



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Novum Gratiae Prodigium: Sive Vita Venerabilis Matris,
Sororis Joannæ à Jesu Maria Monialis Præcipui D. Claræ
Coenobii In Bvrgos**

Ameyugo, Francisco de

Coloniæ Agrippinæ


urn:nbn:de:hbz:466:1-37120




Th. 23 21.

K. IV. 30






R III
36



R III
36





NOVUM GRATIÆ PRODIGIUM:

SIVE

VITA

VENERABILIS MATRIS, SORORIS

JOANNÆ

à JESU MARIA

MONIALIS PRÆCIPUI D. CLARÆ COENO-
BII IN BVRGOS.

Hispanico idiomate primùm conscripta

AB ADMODUM REVERENDO

P. F. FRANCISCO de AMEYUGO

Provinciali Strictioris Observantiæ S. Francisci:

In Germanicum translata in Carthusia Coloniensi,

NUNC DEMUM

LATINITATI DONATA PER F. S. CÆSAREÆ CARTHUSIÆ

Castri B. Mariæ in Walditz Regni Bohemiæ p. t. Vicarium.

CONTINENS ADMIRANDA ET INAUDITA FERE

Gesta, quæ pium Lectorem in multis oblectant, pulchros item & salutare Discursus pro af-

ceticis Concionatoribus, animarumque Directoribus & varia Documenta quæ

Christus Dominus atque Gloriosa ejus Mater aliique Sancti huic Venerab.

Virgini tradidère, & cunctos fideles, animasque Devotas
pro exemplo ædificare possunt.



COLONIE AGRIPPINÆ.

Sumptibus Hæredum JOANNIS WIDENFELD & GODEFRIDI de BERGES

ANNO M. DC. LXXXIX.

Permissu Superiorum.

R III
30

VIT A
CENTRALIA
TOANNA
I
MAGNUS
P. F. FRANCOIS DE MARYUSO
COLLEGIUM



SCHEMA COMPEN- DIARIUM V. VIRGINIS JOANNÆ.

Venerabilis Nobilisque ortu Virgo Joanna Rodriquez, seu, ut postmodum nuncupata fuit, Soror Joanna à JESU MARIA, sponsa JESU Christo fœdere sponsali cõ-juncta, peculiaris filia Gloriosæ DEI Genitricis Mariæ, Virgo nupta, Virgo Vidua, ac demum omni perfectione consummata sanctimonialis D. Claræ; totis undeviginti cum septera mensibus annis, vixit insignita, visibilibus, cruentis, à Christo ei impressis, ac subinde multimodis probatis, approbatisque quinque vulneribus; tametsi ea in apposita illius effigie non luculenter exprimantur. Fuisse etq; etiam necesse eam è vulneribus illis, potissimùm verò profundo illo lateris vulnere mortem oppetere, nisi omnipotentiam suam DEUS eam in vita conservasset. Pari ratione à Cœlesti suo Sponso dignata est, similiter approbata atque à Christo per circuitum capitis impressis visibilibus, innumerisque coronæ spineæ stigmatibus. Ad hæc DEUS illi aliquando sublimissimam cognitionem suæ immensæ ac infinitæ Majestatis, bonitatisque infudit, alia verò ex parte gravissima Mortaliũ scelera detexit, ita ut Sponsæ ejus præ doloris vehementia, ex divini Numinis offensa concepti, pulsantis seu micans cordis vena rupta sit, pectus illi dis-silierit, atque fons sanguinis cordis illius foras proruperit, & tantâ quidem abundantia, ut vestimenta illius perinde cõtingerentur, ac si in fluente quopiam cruoris immersa fuissent. Hæc & alia plura exotica, vixque uspiam audita prodigia, Lector Christianus in præsentis Historia, cum ad voluptatem, animique oblectationem, tum ædificationem, etiam latè perscripta declarataque reperiet. Obijt pijsimè eadem Virgo anno de vextæ ætatis suæ 86. cum dimidio, Burgi in Castilia Anno 1650. 21. Augusti.

APPRO-

R III
30

APPROBATIO.

ADMODUM REVERENDI PATRIS JOANNIS
Ortiz de Zarate, Lectoris Jubilati, sacri Officij Assessoris,
ac bis Ex-Provincialis Provinciae Burgenfis
strictioris Observantiae S. Patris Francisci.

JUssu ac ordinatione Reverendissimi nostri P.F. Josephi Ximenez Samantiego Lectoris Jubilati, atque in Regali congregatione Immaculae Conceptionis Theologi, nec non Generalis Commissarii totius Ordinis S. P. N. Francisci, &c. singulari studio ac complacentia perlegi Librum qui intitulatus est: Novum Prodigium gratiae inveniendum in vita Venerabilis Matris Sororis Joannae à JESU MARIA, Monialis praecipui Conventus D. Clarae in Civitate Burgenfi, Metropoli Castiliae. Istam Sororem Joannam novi in saeculo, ac postmodum in Caenobio cum illa egi, ab ipsa ejus infantia admirandae ejus vitae percepi bonum odorem: Audivi multa de arumoso ejus matrimonio, de mira ejus poenitentia, mortificatione, ardentissima charitate ac zelo, singulari ejusdem patientia, humilitate atque omnium virtutum in summa perfectione exercitio, prout id copiosius in praesentis vitae Historia conscriptum est. singulare quoddam naturae simul ac gratiae vita haec est prodigium, in qua nemo non qui eam legerit, ceu in sacro quodam horto ac grato deliciarum Sponsi Coelestis Paradiso totidem fructus leget, quot virtutum exempla suos derivaverit in usus. Hoc illud est, quod D. Bernardus dicto quodam gratioso indicat; *Tanquam ligna fructifera in horto sponsi & in Paradiso DEI, de quorum bonis actibus & moribus, quod sumis exempla, tot carpis poma.* Comperimus porro quod Venerabilis Mater Sor. Joanna in cunctis statibus, totoque in longum pro te latae vitae spatio, saepe Virgo intaminata, ac singularis odor sanctitatis extiterit, qui merito omnes, qui mortui non sunt, aut in vita spirituali computruere, ad legenda ejus in via virtutis vestigia trahit & incitat. Per simile jam dictus Doctor in ejusmodi consideratione facit conclusionem Bern. serm. 22. sup. Cant. *Ergo qui vitalem hanc sparsam ubique fragrantiam non sentit, & ob hoc non currit, aut mortuus est, aut putridus. Fragrantia fama est, pervenit opinionis odor, excitat ad currendum, perducit ad unctiois experimentum.*

Scriptor hujusce novi prodigij est noster Admodum Reverendus Pater Franciscus de Ameyugo, Lector Jubilatus & Ex-Provincialis hujus Provinciae Burgenfis. Ad tam admirandam raramque & exoticam vitam literis mandandam, erat singularis hic scriptor necessarius, atque ad tam sublimem spiritum, talis tanque bonus calamus, qui ipsa fronte ac titulo hujus libri totam rerum synopsis obtutibus proponit, uti Socrates Gnomol. ex Orat. Conit. Sophist. docet: *Prastandum est ut libri argumentum titulo respondeat.* sua Reverentia utitur gravi, arguto, nitido ac venusto, scribendi modo, neque sublimis ille sententiarum spiritus ornatu eloquentiae quicquam obtunditur, estque liber hic
praeclaro

A P P R O B A T I O

præclaro scriptiōnis genere, velut gemmis quibusdam exornatus; & primis quidem ejus libri partibus superat Author complures alios, in posterioribus verò transcendit etiam semetipsum. Quamobrem ego in hac mea censura & approbatione dicere id queo, quod D. Hieron. tom. 1. ad Paulin. in consimili approbatione eidem Divo Paulino dixit: videlicet; Librum tuum quem prudenter ornatèque compositum transmisisti, libenter legi, & præcipuè mihi in eo subdiviso placuit; cumque in primis partibus vincas alios, in penultimis teipsum superas, sed & ipsum genus eloquii pressum est & nitidum, & cùm Tullianâ luceat puritate, crebrum est in sententiis.

In hac vita reperitur est acrem stimulum peccator ad pœnitentiã, Justus magnanimitatem fortemque animum ad progrediendum in sanctitate, Spiritus illuminationem, Pius calorem atque ignem ad se in ea magis accendendum. Nec minus hic disertus quisque ornatu sententiarum in Eloquentia proficiet. Doctus etiam sibi vitam hanc fructuosam cum primis atque utilem reddere potest. Plurimas ac diversas is inveniet causas admirandi, magnam potentie vim imbecillis nature, per auxilium & assistentiam gratie divinæ sustentatæ. Itaque plus quàm æquum est, ut petita Facultas tribuatur, imò præcipiatur, ut quantocius ad summam DEI gloriam, atque utilitatem universalis Ecclesiæ Catholicæ typis mandetur. Hæc mea est mens & Judicium, salvo meliori &c. Datum in hoc Conventu nostro S. P. N. Seraphici Francisci de S. Dominico in vico lapideo 3. Augusti 1672.

F A C U L T A S O R D I N I S.

F. JOSEPHUS XIMENEZ SAMANIEGO LECTOR JUBILATUS, in Regia Congregatione de Immaculata Conceptione Theologus, Commissarius Generalis, ac servus Ordinis S. P. N. Francisci, quàm procul nimirum Ordo ex hac parte montium extenditur &c.

Concedimus hinc facultatem Reverendo P. Francisco de Ameyugo Lectori Jubilato ac Presbytero Provinciæ nostræ Burgensis, ut typis edere valeat librum ab se confectum, sequentis tituli. Neo-Prodigium gratie invenendum in Vita Venerabilis Matris Sororis Joannæ à JESU MARIA &c. Est liber hic à doctis præcipuisque Religiosis nostris approbatus, quibus præceperamus suam de eo ferre sententiam. Potest itaque præsens liber juxta Ordinationem S. Concilii Tridentini, atque secundum Regias leges typis mandari, atque in publicum edi.

Datum in Cœnobio B. Virginis M. de Angelis S. Dominici, in Vico lapideo. 7. Julij 1671.

*F. Joseph Ximenez Samaniego Commiss. Generalis.
Ex Mandato*

F. Didacus Fernandez de Angulo scriba Generalis

† †

Appro;

A P P R O B A T I O.

APPROBATIO Reverendissimi P.F. Andreae Merino Augustinianorum
Ordinis, suae Regiae Majestatis Concionatoris, Congregatione de Im-
maculata Conceptione, & Ex-Provincialis Provinciae Castellae.

EX Ordinatione Domini Doctoris Francisci Torteza Abbatis S. Vincentii
Canonici Tolerani, nec non Vicarii Generalis hujus Urbis Madritensis, &
pertinentium eò locorum, ego infrascriptus Librum quendam perlegi, cujus titu-
lus est: *Novum gratiae prodigium repertum in Vita Venerabilis Matris Sororis
Joannae à JESU MARIA, Monialis praecipui Conventus S. Clarae in Burgos,*
Author ejusest, Admodum Reverendus P.F. Franciscus de Ameyugo Lector
Jubilatus & Ex Provincialis Provinciae Burgenfis, ex Ordine Seraphici P. S.
Francisci strictioris Observantiae. Postquam liber hic mihi ad censendum at-
que probandum traditus fuerat, cognovi Authorem, ab hac ad meliorem vi-
tam profectum, quod equidem nuncium summo dolore accepi, non solum ob
id, quod hunc Admodum Reverendum Patrem ab aliquo tempore nôrim,
verum etiam, quod doctrinam illius ac virtutem, & singularia DEI dona in
eo magno amore nunquam non suspexerim veneratusque fuerim. Nunc igitur
hoc solum mihi solatii est reliquum, quod in humilitatem atque modestiam
ejus minimè sin impacturus, neque ulla offutias ac palpos lectori obtrudere
queam, dum ego mentem cordis mei de Virtute ejus in lucem profecto, juxta
doctrinam D. Maximi: *Dicit sermo divinus, ne laudes hominem in vita sua, tan-
quam si diceret, lauda post vitam, magnifica post consumationem. Duplici enim ex
causa utilius est, hominum memoria magis laudem dare, quam vita, ut in illo po-
rissimum tempore merita sanctitatis extollas, quando nec laudantem adulatio, nec
laudatum tenet elatio.* Fas ergo nobis nunc est, citra discrimen, imò fructuosâ
etiam cum aedificatione praestantem virum istum laudare, atque dicere, quod
Angelicus Doctor D. Thomas de Seraphico Doctore S. Bonaventura: dum
vitam S. sui Patris Francisci conscriberet: *Sinamus sanctum pro Sancto laborare.*
Et quidem rebus ita constitutis, multum, juxta piam discretionem, non erit, si
asseverâro, ad conscriptionem tam praestantis singularisque vitae, talis nempe
tamque admirandae sanctitatis DEI Famulae, eximiam tam sancti Viri, qualis
Author hic erat, operam meritò requisitam atque optimè impensam fuisse. E-
logium istud eximie fulcitur perpetuâ ejus, & nunquam fastiditâ perseveran-
tiâ in Claustrali observantia ac disciplina, ardenti item DEI gloriae ac salutis,
proximorum promovendae zelo, quem in reprehensione vitiorum, virtutum
conservatione, ac indefinente studio & conatu animas in caelum perducendi
demonstravit. Insignem is quoque ac non immeritam nominis celebritatem
consecutus est, ob praestantem scientiam, quam, uti palam ubique est, cum in
scholis, tum in concionatoriis suggestibus peregre ostendit, facileque ea-
dem deprehenditur è sua cum primis fundata solidè doctrina vividis concep-
tibus & commentationibus, validâ persuasione, tam in Theologicis, quàm
Mora-

A P P R O B A T I O.

Moralibus quæstionibus & documentis, quæ ille singulari, ac prorsus artificiosa dexteritate huic historiæ immiscuit, quorum titulus cum textu ac serie rerum admodum appositè convenit, si non nimium brevis sit: quandoquidem tam admirabilis vita, non unum miraculum centenda, sed plurimorum atque inauditorum miraculorum loco meritò est habenda: ita ut ad præstandam fidem ad eò naturæ vires excedentibus gestis, necesse est oculos intellectus nostri in Omnipotentiam DEI conjicere, apud quem nihil impossibile factu est, quique mirabilis prorsus est in Sanctis suis. In humanis porro atque naturalibus gestis hujus admirandæ Virginis, sunt nobis fide digna, ac validis nixa fundamentis documenta & scripta, itemque Judiciarij processus ac instrumenta, seu materialia hujus historiæ, pro ut Author in suo proloquio memorat. Porro singularis quædam convenientia est inter prodigium præstantissimarum Virtutum sanctæ hujus Virginis, & inter immane portentum Israeliticæ malitiæ, de qua DEUS apud Heremiam velut admirandus conqueritur: Quis, inquit, audivit talia horribilia, quæ fecit nimis Virgo Israël? Liceat nobis hic quoque jure dicere: Quis audivit talia mirabilia, quæ fecit nimis hæc Virgo? Quis unquam talia audivit mira, quæ superabundanter (si tamen redundantia in virtute queat reperiri) Venerabilis nostra Mater Soror Joanna à JESU MARIA operata est? Id ut opinor jure dicere possumus, attentis admirabilium ejus exercitiorum generibus, tamque ingentibus, miris ac peregrinis prorsus miraculis, quæ S. hæc Virgo per totum prolixumque suæ vitæ cursum patravit. Videbatur quidem portentum illud horribilis Israeliticæ malitiæ extendi latius non potuisse, Ex adverso apparet in magno miraculo istius præclarissimæ Virginis effigiando ipsam Virtutem penicillum duxisse, illudque sui prodigium, per omnes vitæ Mortalium conditiones appositissimis coloribus expressisse, dum videlicet Mater Joanna divina dispositione in omnibus statibus, nimirum Virginitatis, Matrimonij, Viduali ac Monastico egit, nullumque non illorum singulari sua Virtute eximie condecoravit. Quod equidem citra ambiguitatem, singulari DEI providentiâ factum, quò scilicet sanctitas ejus, non in uno duntaxat, verum in omnibus unicuique in exemplum esset proposita, Christo, Servator noster nõ in uno loco semper hæsit, sed de loco in locum se contulit, modò cultis in locis prædicans, mox incultis ac desertis. Nunc in solo, mox in mari, jam in hac, jam illâ Civitate. Causâ hujus nobis divus Greg. Nazianzenus exponit. *Loca, inquit, subinde commutat, ut plures locos sanctitate afficiat.* Commutatio ista locorum, amoris divini inventum fuit, ut ne illius sanctitas uno concluderetur loco, verum tam per terras, quam maria, tam per deserta, quam urbes habitatas latè sese diffunderet. Pari modo piè nos asserere possumus, quòd cum hæc Venerabilis Mater status omnes percurreret, divinâ id providentiâ factum, quò scilicet in omnibus ejus sanctitas eluceret, quæ ut apparet, unius duntaxat status orbitis circumscribi non potuit. Optandum foret, ut nulla non hominum conditio, Virginum videlicet, Conjugatorum, Viduarum, Religiosorum speculum istud perfectionis quàm cre-

R III
3.6

APPROBATIO.

herimè sibi ob oculos statterent. Nihil in hoc libro reperio quod Catholica doctrinæ ac probis moribus non conveniat: Existimoque, attento tam elegantiatque mirando exemplari, quod ad correptionem nostræ segnitiei, animoque in divino servitio extimulandos liber hic apprimè sit conducibilis. Hæc mea est sententia. salvo &c.

In hoc Conventu à S. Philippo Madriti 12. Novemb. 1671.

P. Andreas Merino.

FACULTAS ORDINARIÆ

NOS Franciscus Torteza Doctor, Abbas S. Vincentii, Canonicus Toletanus Regiæ Aulæ Ordinarius Inquisitor, atque hujus Urbis Madritensis ac locorum eo spectantium Vicarius Generalis. &c. Concedimus per præsentem quantum nos concernit, facultatem, ut liber hic typis mandetur, qui intitulatur: Novum gratiæ prodigium inveniendum in Vita Venerabilis Matris sororis Joannæ à JESU MARIA, ab Admodum Reverendo Patre Francisco de Ameyugo Jubilato Theologiæ Lectore & Ex-Provinctiali Provinciæ Burgensis ex Ordine S. Francisci conscripta. Quoniam Judicio & sententiâ Patris Magistri F. Andree Merino Augustiniani edocemur, nihil sanctæ postre Catholicæ fidei, aut bonis moribus contrarium in eo contineri.

Datum Madriti 18. Novembris Anno 1671.

F. Torteza Doctor.

Ex mandato

Didacus de Velasco.

JUDICIUM REVERENDISSIMI P. MAGISTRI F.
Joannis Sorribas, Carmelitani Ordinis, SS. Theologiæ Professoris &
Doctoris, Regiæ Majestatis Concionatoris ac Theologi.

Reverendissime &c.

Mandatis Reverendissimæ D. V. parvi, perlegique hunc librum, nimirum
Vitam Venerabilis Matris Sororis Joannæ à JESU MARIA Monialis ad
S. Cla-

A P P R O B A T I O.

S. Claram Burgi, sumque omnino ejus mentis ac sententiæ, quod ea non aliud, quam admirandum sit opus Divinæ manûs, atque unum ex illis in quibus lux Majestatis mirabilia innovantur (*Innova mirabilia Eccl. 36. ubi etiam David 67. Pfinguit: Mirabilia Deus in Sanctis suis. Prorsus mirabilis, ait D. Bernardus serm. 1. in dedic. Eccl. super hunc textum, non modò in cœlestibus, sed etiam in terrenis, utrobique Sanctos habet, & in utrisque mirabilis est, illos quidem beatificans, istos sanctificans.* Infantia rationis compos, præmatura perfectio, sacrificium marutinum, Virgo nupta, innocens pœnitens, Sponsa & Ancilla, Martyr absque Tyrannide; Job sine querela, Isaac absque gladio, crucifixa sine licitoribus, nupta sine viro, Religiosa ante Religionis ingressum, mortua ante mortem, ante usum rationis supra rationem elevata & raptâ, Regionum Secretorum occulta Servatrix, ejus munerum dispensatrix, protectio viventium, auxilium & opitulatio defunctorum est Soror hæc Joana à JESU MARIA. An non in ea DEUS est mirabilis? hoc non patitur ut fileamus, sed ut tibiis, tubis, ac omnibus animæ nostræ instrumentis DEI laudem insonemus, prouti & D. Bernardus ait serm. 13. in Cant. *Siqua sanè digna in Sanctis laude vel admiratione intueor, clara luce veritatis discentiens, profectò reperio laudabilem sive mirabilem alium apparere atque alium esse, & laudo DEUM in Sanctis suis.* Nobilis ac Seraphica Religio S. Francisci, pulchrum istum ac admirabilem flosculum suo in Paradiso plantavit. Sacer quippe hic Ordo hortus est voluptatis, plenus Sanctorum, Pontificum, Episcoporum, Regum, virorum ac mulierum. Ordo hic est, in quo magno numero atque ingenti Majestate Sancti reperiuntur, fecunda Mater Justorum. Ordo hic relucet vulnerum Christi Stigmatibus, custoditque locum nostræ redemptionis, atque idcirco haud mirandum, quod tam varios legat fructus. Author libri hujus est cum primis disertus in sua historica enarratione, ceterà admodum pius. Thesaurus hic occultandus haudquaquam est. Vestra Celsitudo jubere potest, ut petita Facultas concedatur. Hæc mea est sententia.

In Carmelitarum Cœnobio Madriti 18. Febr. 1672.

F. Joannes Baptista Sorribat.

SEQUITUR FACULTAS, CENSURA, ET APPROBATIO pro editione Germanicæ versionis.

FACULTAS REVERENDISSIMI PATRIS GENERALIS
Ordinis Carthusiensis.

Venerabiles in Christo Patres.

Opus à vobis susceptum velut valde Religiosum laudo & approbo. Mirabile quid in vestris apicibus mihi apparet de illa Sancta femina, quam Virgi-

† † †

Virgi-

APPROBATIO.

Virginem appellatis, & Statum Matrimoniale & Vidualem percurriffe dicitis, inde multa miranda in ejus vita occurriffe conjicio. Consensum meum do ad editionem hujus pii libri, dummodò illum priùs tum Patris Visitatoris, tum Patris Prioris vestri Judicio exposueritis.

Bene Valet. Carthusia hac 28. Maii 1681.

Vester in Christo Confrater.

F. INNOCENTIUS Prior Carthusia.

CENSURA ORDINARIÆ

Vitam Venerabilis Matris Joannæ à JESU MARIA, aliàs Madriti à diversis Doctoribus & Ordinario Approbatam & editam, modò à Religiosissimis Patribus Carthusiæ Colonienfis ex Hispanico in Germanicum idioma translata, nihil fidei Catholicæ, aut bonis moribus contrarium continentem, dignam cenfeo ut imprimatur, & à Christi fidelibus legatur.
Signatum Colonia 30. Julii Anno 1681.

Frater THEODORUS DEGHENS SS. Theologia Doctor, Canonorum Regularium S. Crucis Provincialis ad Rhenum & Prior Colonia, Librorum Censor Ordinarius.

APPROBATIO RR. PP. LECTORUM STRICTIORIS Observantiæ.

Venerabilis Mater ac Soror à JESU MARIA. Sicut Virginibus in primæ ætate, & in Matrimonio Conjugibus, ita Viduis in solitudine, & in Monasterio Religiosis fuit omnium virtutum exemplar. Qui ergo Virginealem Statum, Conjugalem, Vidualem & Religiosum inoffenso pede cupit decurrere, legat vitam memoratæ Venerabilis Matris ex lingua Hispanica in Germanicam translata; quam Nos omnis Statûs hominibus lectu utilissimam judicamus. Datum Colonia in Conventu FF. Minorum Recollectorum Ordinis Seraphici ad Olivas dicto. Anno 1681. 5. Junii.

*F. Franciscus Braun SS. Theol. Lector Ordinarius.
Fr. Matthias Keul SS. Theol. Lector Ordinarius.*

Facultas

APPROBATIO.
FACULTAS, CENSURA ET APPROBATIO
pro editione Latina.

EGO infra scriptus vigore potestatis à Reverendo Patre INNOCENTIO Carthusiæ Priore & totius Ordinis Carthusiensis Ministro Generali acceptæ, Vitæ mirabilis Virginis Joannæ à JESU MARIA, à quodam memorati Ordinis Alumno, è Germanico idiomate in Latinum translata & à tribus Patribus nostris ad hoc deputatis revisam, censam & approbatam, typis vulgari permitto. Cujus rei fidem facio, manu mea & Sigilli appositione, in Carthusia Olomucensî 8. Januarii Anno 1688.

*F. BERNARDUS GEPHARD Carthusia
Olomucensis Prior, diſſique Ordinis per Provin-
ciam Alemannia Superioris Viſitator.*

ADMONITIO UTRIUSQUE INTERPRETIS
ad benevolum Lectorem.

QUoniam quamplurima mira, rara ac vix audita usquam gesta in hac præſenti historia leguntur, benevolum Lectorem prius commonefacere conſtitui, ut proximè sequentem hujus vitæ Præfationem impendio observare in animum inducat, in qua ipsi fideles, ac ipsa demum totius historię veritas pluribus declaratur. Ad hæc assatim etiam actorum vitæ hujus veritas firmabitur, si tota eorundem series ac tenor ordine haud perverso ac præposito cum longanimitate legendo decurratur. Monere etiam secundò volui, quòd mira hæc & admiranda facta, juxta testificationem Hispanici Authoris, accepta sint è Judiciario processu, quem Reverendissimus ANTONIUS PAINO Archi-Episcopus Burgenſis instituit super exoticis omnibus hisce gestis, totaque Venerabilis Virginis Vitâ, ubi cum primis observandum, quòd in eo ita constituto Processu, auditi sub jurejurando sunt illi, qui res hæc suismet conspexere oculis, aut illis præſentes interfuere, quas inter est etiam usitata Sororis Joannæ Feriæ sextæ exercitatio, quæ sæpenumero atque à compluribus personis est visa, ac deinceps eorundem jurejurando confirmata.

Hæc mihi præcipuè fuere indicanda, ob effigiatam in capite libri crucifixionem Joannæ, quæ mira quibusdam, ac quasi à veritate aliena videtur, cum tamen ad prædictum modum complures fide digni homines eandem conspexerint, atque juramenti religione firmarint. Porro tamen Christi Dominus cum sua Gloriosa Parente, Divis Cælestibus, atque Angelis, non à testibus, sed à sola duntaxat Joana visifuerint, nihilò tamen secius ad crucifixionem eosdem appingere placuit; eò quòd Soror Joana dum in virtute sanctæ obedientiæ à suis Superioribus ex ea quæreretur, adige-

retur-

R III
36

ADMONITIO AD BENEVOLUM LECTOREM.

rerurque veritatem patefacere, testata sit, quòd Christus cum Dilectissima sua Matre aliisque Sanctis, nec non Geniis Cœlestibus huic suo Feriæ sextæ exercitio sdsuerint. Monialis scopis verrens, eò solummodo est in ea imagine apposita, ut copiosum significet sanguinem, quem tunc Joanna profundere sivevit, eo quippe pacto is inde amovebatur. Hæc omnia & plura etiam benevolus Lector in quarto capite Libri hujus vitæ ubertim perscripta reperiet. Equidem non me latet, quod protervi ac perversi Hæretici, atque alii, ea quæ mundi ac carnis sunt sapientes nonnulla hujusce historię acta exhibilaturi, aut cachinno sint explorsuri; at enim verò ejusmodi fursuris homines meritò item ridendi spernendique sunt, vel si mavelis potiùs deplorandi, dum nimirum fateri coguntur ipsi, DEUM in Sanctis suis mirabilem, neque apud eum impossibile esse omne verbum. Si horum talium causâ deterreri nos à bono patiamur, plurima sanè bona à nobis intermitteri foret necesse. Vita Ven. P. DOMINICI PRAGENSIS est pariter valde mirabilis, multisque in rebus cum hac nostra convenit. Reverendissimus P. ac Episcopus JOANNES CARAMUEL, nullâ ejus habitâ ratione illam conscripsit, ait verò in sua Præfatione & Ego cum eo: Nihil scribo pro Hæreticis, addo Ego profanis illis pseudo-Catholicis, Pseudo-Politicis, Natutis, Momis, qui Sacra Divinaque omnia ad leges animalis sapientiæ exigunt, quod sapit probant, quod non arridet rident, sensu omnia metiuntur. Pietatem quæstum æstimant, pietati impietate litant, veri impii, mendaces pii. DEI Omnipotentiam, sapientiam, providentiam aut non credunt, aut intra orbitas cogunt: Possè, aut velle plura non arbitrantur, quàm sua eis ratio suadet, quod in se desperant, negant in aliis. Nihil inquam hos omnes classesque totas eorum moramur. Solis probis ac verè fidelibus Christianis, qui pro bona sua voluntate ex historia hac ut speramus fructum capere possunt, scribimus. Nimirum ut DEUM in Sanctis suis, atque operibus mirabilibus tantò magis laudibus extollant, salutemque suam præclarissimis hujus piissimæ Virginis exemplis tantò faciliùs promoveant. Benignissimus DEUS ad hoc ceu unico versonis nostræ scopo, benedictionem suam impertiri dignetur. Amen.

Ego verò Latinus Interpres pauculis adhuc te, Lector faventissime, conveniam. Ut primùm in manibus meas Germanicè edita Vita hæc prodigiosa, cui an par usquam repertiunda sit, valde addubito, devenit, ill eò claudi illam intra oleas duarum duntaxat linguarum indolui, operæque pretium fore existimavi, si iis etiam Nationibus, quæ utramque ignorant, tantum tam stupendum prodigium innotesceret, idque eo idiomate, quod nulla non totius Europæ Gens magna ex parte probè complexa sit. Ipse igitur, dum vota fundo, in opus exarsi, Divinoque quodam stimulo incitus, pagellam unam alteramve Latinè hortabar loqui, sensumque, ut fieri amat, tentando plura, gressus eousque promovi, ut denique in manibus hisce opus prosperaret Fons omnium boni, Motor cordium, calami stylique rector DEUS. Conatus quidem
sum

ADMONITIO AD BENEVOLUM LECTOREM.

sum hoc in opere, quantum licuit, Interpretis Germani germanè verba red-
dere, discedendum tamen compluties à verbis ad sensum fuit, eò quòd Lati-
ni eloquii majestas, haudquaquam se pateretur Germanicorum verborum
stringi angustiis. Fidem tamen boni Interpretis servasse ubivis me arbitror,
nisi quòd frequens conjunctionum usus & interjectiones aliæ, non nihil acci-
di debuerint, ac manente tamen sensu, mutari. Fruere pie Lector labore no-
stro. Faxit Divinum Numen ut quisquis operis hujus apices oculis inspexerit
corporis, per canales hosce tota intorsus latens medulla succusque in ani-
mum influat, quâ ceu adipe impinguitus, lab'is exultationis laudet os ejus,
Ter Magni Optimique DEI tam largè imbecilli creaturæ, se communicantis
benignitatem, tamque mira, rara, inaudita, infirmo in vase operantis, ipseque
cùm in amorem ejus tum, quod maximè specto, præclaros in se causus à tan-
torum exemplorum face inardescat, nihil non adjutam DEI auxilio naturam
posse, eodem destitutam nihil, volentique & audenti illud nusquam deesse,
Discretionis tamen & prudentis consilii moderamine servato, divisiones
enim gratiarum sunt teste Apostolo, neque omnia possumus omnes. Si vo-
ta hæc mea ac desideria Superi audiant & vel quadantenus compotem eorum
efficiant, næ ego optimè operam locavi, jam fructum uberem cœpisse DEO
cordis mei gratulari non desistam, qui mihi, tibi que pie ac benigne Lector
sit pars in æternum. Amen.

PRÆFATIO AD BENEVOLUM LECTOREM.

In qua res quædam scitu necessariæ, ad intelligendam
tanto melius præsentem Historiam, in-
sinuantur.

Vetus consuetudo est, ut Author Libri cujuspiam ante omnia mentem
suam exponat, quâ ad scriptionem accesserit. Hunc morem ut sequat
benevole Lector, unum ac alterum tibi hîc insinuabo, ut cognita causâ,
opus hoc favorem tuum ac benevolentiam adipiscatur. Unica causa, quæ me
ad scribendam hanc Matris Joannæ à JESU MARIA Vitam adegit, fuit ut
Obedientiæ, juxta debitum obligationis meæ, parerem. Jam verò perspi-
cuum vulgoque notum est, quòd is qui Præsidibus suis morem gerit, DEO
ipsi obediat, atque ita in executione operis impositi transversim agi errare-
que nequeat. Causa porro, quæ Majores impulit, ut mihi id muneris im-
ponerent, egoque eisdem eò parerem lubentiùs, fuit jussio Spiritus Sancti, ut
videlicet conscribantur atque in lucem edantur, vitæ & facta exemplaria prædi-
torum virtute hominum, quòd nimirum posteris eo pacto relinquatur specu-
lum eorundem Christianorum ac præstantium facinorum, exemplar que ac
prototypon ad imitationem statuatur. Confirmat id D. Bernardus *serm. 22.*

† † †

de Resurr.

PRÆFATIO AD BENEVOLUM LECTOREM.

de Resurr. Nullus sermo, inquit ille, tam potens est ac penetrans uti bonum exemplum. Exemplum dum probat opere, monstratque factibile quod ad imitandum proponitur, magnam vim ad persuadendam imitationem habet; proindeque plurimum interest, inter exemplum & nudam doctrinam: Doctrina quippe duntaxat instruit, exemplum doctrinam implet, Doctrina illustrat, exemplum robur fortitudinemque præstat, doctrina lumen tribuit intellectui, illud verò voluntatem impellit, Doctrina iter monstrat, exemplum incitat ad ineundum iter, Doctrina arguit & castigat rationibus solido fundamento nixis, exemplum autem pervincit, dum scilicet utraque velut manuprehenditur. Et ut tandem finiam, Doctrina persæpe valde difficulter intelligitur, exemplum verò cum voluptate legitur. Est itaque hæc ejus rei conclusio, quòd historia de perfectis ac exemplaribus hominibus, voluptatem utilitati misceat, atque ita dulciter & cum voluptate ad oporatum progressum extimulet. Ita, inquit D. Basilius, mens est eorum, qui Sanctorum virtuteque præstantium virorum Vitas edunt; eadem quoque & mihi mens est, atque idcirco non ego solam perfectionem unius Vitæ describo, sed compendium summariumque omnium Vitarum, nec multis tantummodò exemplar istud ob oculos statuo, sed in commune mortalibus cunctis, quippe in hac Venerabili Virgine, ceu quodam universali compendio status omnes conditionesque mortalium plurimis lectissimisque virtutum flosculis ornati reperiuntur. Fuit illa siquidem Virgo, fuit Nupta, fuit Vidua, ac denique Religiosa Sanctimonialis, semper tamen Virgo perseverans. Singularem namque prærogativam adepta est, ut in Conjugio Virgineum pudorem intactum conservaret. Omnes etiam status accuratâ & eximiâ observantiâ coronavit, ut in universis ejus perfectio perinde eluceret, atque si uno in statu, vitam duntaxat traduxisset. Quia igitur nulli non hominum conditioni vita hæc Speculum est, ut omnibus tantò evadat utilior, variis Christianæ moralitatis floribus eam exornavi, talique artificio totam historiam iisdem intexui, ut Lector cum Doctrina simul voluptatem inde capiat.

Non equidem me latet quosdam asserere, officium Historici scriptoris non esse, ut erudiendo narret, sed ut narrando erudiat. Videlicet ut unam duntaxat historicam seriem pertexat, neque ad ullam aliam materiam aut moralem considerationem deflectat. Hi autem sanè perquam liberaliter errant, siquidem ut Cornelius Agrippa de Vanit. scient. ac Rudolphus Agricola, de form. Stud. doctè demonstrant: historię scopus est, post propositum Virtutis exemplar, ad ejus imitationem adhorrari, quod etsi in profana historia forsitan non observaretur, est tamen in Vitis virtute insignium personarum tenendam. Ita omninò agit Divus Hieronymus in vita Sanctæ Paulæ, dum è sex ejus partibus, quinque omnino in morali ponderatione insumit, quam etiam Divinis humanisque literis egregiè

PRÆFATIO AD BENEVOLUM LECTOREM.

egregiè exornat. Difficiliter inter Sanctorum Patres atque Authores Catholicos, qui Vitas Sanctorum conscripsère, unum reperias, qui hunc scribendi modum non persequatur, si tamen, hoc non attento, adhuc aliqui historici arguant, hoc ita fieri non debere, his ego respondeo, quod opinione meâ tutius arbitrer cum SS. Patribus tute errare, quàm sine his minus tute non errare.

Expositâ jam formâ modoque hujus Historiæ, necesse nunc erit de materia ejusdem agere, ut posteaquam ad lumen pietatis hæc inspecta fuerit, pro merito suo æstimetur. Materies igitur, è qua fabrica hujus Historiæ constructa est, sunt sequentia manuscripta. I. Relicta Authographa, quæ Famula Domini Joanna suis manibus exaravit, quippe quæ ante suam postremam cæcitatem, majorem vitæ suæ partem compulsa à Superioribus ac Confessariis suis, ex Obedientia literis consignavit, atque post se superstitem reliquit. Idem itidem Majores non longè ante mortem ejus eam de veritate suorum scriptorum percontati sunt, jussuruntque illa juramento firmari, quo sciri posset, quid eis impostitum sit tribuendum. Ad quod nostra Soror Joanna respondit: Sanctè assevero nunc in hoc mortuali meo statu, quòd omne id quod meâmet manu scriptum post me relinquo, verum sit, quantum videlicet mihi veritas perspecta est. Extat hæc declaratio in Archivo Sancti Francisci Burgis. Ex hac testificatione facillè eorum scriptorum apprimè fundata autoritas colligitur. Crassa namque ac stolidâ admodum foret temeritas, imaginari sibi talem personam, in qua nunquam per omnem vitæ cursum ulla notata est hypocrisis, fraus ac simulatio, in supremo vitæ punctu deservitricem veritatis factam esse. Neque impedimento ulli est, quòd ipsamet testimonium hoc de se exhibuerit, quando quidem id ipsum complures aliæ Sanctæ fecerunt, nimirum D. Hildegardis, Mechthildis, Birgitta, Angela de Fulgineo, Elisabeth Escoma-genis, Catharina de Senis, ac Sancta Mater Theresia, cum pluribus aliis, quæ vitas suas, mandato suorum Superiorum adactæ conscripsère, quæ scripta à multis viris doctis, imò præcipuis Ecclesiæ Prælati, scilicet Episcopis, Cardinalibus, ac summis Pontificibus approbata sunt.

Cùm itaque hæc conscriptio tam ædificatoriæ, puræ probatæque, qualis hujus Christi famulæ fuit, vitæ innitatur, nihil ultra inquirendum restat, sed pro certa veritate æquissimè haberi potest, prout sua Sanctitas statuit, & pluribus etiam cõmonstrant Canonizationis Bullæ Sancti Francisci de Paula, Bonaventuræ, Franciscæ, Raymundi, Theresæ, aliorumque Sanctorum. His, itaque puncto huic sit factum satis. Alia secundas tenentia scripta sunt judicialium processuum instrumenta, quos ad pro-

††† 3 moven;

PRÆFATIO AD BENEVOLUM LECTOREM.

movendam Matris Joannæ Canonizationem, sedique Apostolicæ transmittendum consuetâ Archi-Episcopali Authoritate instituit Reverendissimus Dominus P. ANTONIUS PAINO eo tempore Archi-Antistes Burgen- sis, qui postmodum Archi-Episcopus Hispalis obiit, in eo Processu maxi- ma miraculorum pars historiæ nostræ continetur.

Tertia sunt illa, quæ Sororis Joannæ posteriores Confessarii post se reli- quere, nimirum Reverendissimus P. Magister, F. JOANNES de MATA, Generalis Prædicator Ordinis S. Dominici, qui etiam ubivis locorum suis scriptis innotuit. Reverendus P. F. SEBASTIANUS SANCHEZ Jubilatus Lector, qui eo tempore, quo Guardianus S. Francisci Cœnobii Burgen- siserat, non sine bono Sanctitatis odore, in Balneo de Amedillo è vita excessit. Reverendus P. PETRUS de SOBREVILLA Lector Jubilatus, Diffinitor hujus Provinciæ, de cujus singularibus dotibus ac Virtutibus, si- quidem is Magister meus fuit, nihil ultra memoro, ceu uno suo tempore è præcipuis totius Ordinis, & hic pariter post se famam sanctitatis reliquit, decessitque è Vita Burgis in Monasterio S. Francisci.

Reperiuntur quidem apud me adhuc alia scripta, neque me latet ea ex- scripta, multisque in locis vulgata fuisse, & quidem major eorum pars eo no- mine, quasi relicta à Matre Joanna fuissent. Ut verò ea cum Autographis conferre sum aggressus, usque aded authentica originalia in ejusmodi apo- graphis tum delumbata, tum vitiata detortaque deprehendi, ut nullo mihi horum utendum esse arbitrarer. Sanè in ea re cautè cum primis incesse, ac velut in re conscientiæ scribere quippiam abhorruì, quod non certum ra- tionibusque probè fultum esset. Itaque omninò oportet fieri; quando- quidem candida nullisque fucis illita veritas anima est; Historiæ: & quia Hi- storia sine veritate, est res magis informis, quàm corpus sine anima, potissimum verò in ejusmodi materia, in qua sine sacrilegio veritati detrahi nihil potest.

Hæc ubi sic benevolo Lectori indicavi, adhuc ultra mentem meam eidem declarate volui, quò nimirum Historia hæc tantò melius intelligatur. 1. Ve- ram germanamque Sanctitatem haudquaquam in miraculis consistere, sen- in eo, quòd quis mirabilia patret, neque etiam quòd extasi extra se abripia- tur, aut apparitiones visionesque habeat; verum propriè in Charitate, id est perfecta DEI dilectione. D. Gregorius Magnus *lib. 20. Moral. cap. 9.* S. Augustinus *epist. 137.* Estque hæc non solum Sanctorum Patrum ac Theo- logorum doctrina, sed & fidei veritatum una, quam D. Paulus Apostolus primâ Epistola ad Corinth. sequentibus verbis confirmat: Et si habuero prophetiam, & noverim Mytheria omnia & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, Charitatem autem non habuero, nihil sum &c.

Ex

PRÆFATIO AD BENEVOLUM LECTOREM.

EX quo de nunc sequitur, quod qui Charitatem habet, sit omnia, tametsi alia dona DEI, quæ gratis, ac pura ex gratia donantur, non possideat. Equidem fatendum est, quod ea dona, si verè à DEO proveniant, signa sint interioris sanctitatis, quodque juxta communem regulam, cum eisdem anima brevi tempore plus proficiat, quàm sine eis sat etiam longo. Eapropter in Bulla Canonizationis ejuspiam sancti, primò ejus Virtutes, tum raptus ejusdem & extases, visiones, apparitiones, Revelationesque cum aliis supernaturalibus donis recensentur. Attamen quamvis res hæc ita se habeat, nihilominus unanimis est SS. PP. Doctrina, non esse à nobis prædicta DEI dona, gratiasque expetendas, aut desiderandas, sed ut desiderium nostrum feratur ad diligendum ex toto corde DEUM, ei serviendum & de virtute in virtutem progrediendum. Tutissimam hanc viam semper tenuit sponsa Christi Joanna, uti tota vita ejus testatur. Indefinens unicaque ejus semper erat petitio, velle DEUS singularem illam gratiarum copiam sistere, id se unum cupere ac unice velle, ut eum amet, ei serviat, atque quovis modo pro eo patiatur; erat proinde scopus ardentis illius cordis constans exercitium Virtutis, ac perfecta dilectio. Hæc dilectio necesse est sit unicus scopus, ac destinatio earum animarum, quæ contemplationi se dedunt. 1. quod, uti dictum est, sanctitas in sola DEI dilectione & virtutum exercitio consistat. 2. quod stygius dæmon perfectam charitatem imitari atque assimilare nequeat, uti hoc ipsum Christus S. Angelæ de Fulgineo revelavit, licet alioquin falsas extases, apparitiones, revelationes, ac miracula commiserit ac exhibere queat, prout de facto indies in Angelum lucis sese transfiguravit.

Sciendum est deinde, quod sicut cognitio in homine ex tribus potentiis originem ducit, nimirum externo sensu, imaginatione, ac intellectu, ita SS. PP. ac Ecclesiæ Doctores divinas revelationes apparitionesque in tres distinxerint classes modosque, juxta cujusvis trium harum potentiarum operationem S. Bonavent. de Professione Relig. l. 2. c. 75. S. Thomas 2. 2. q. 174. art. 1. ad 3. & alij.

Primi generis & Classis est apparitio corporalis, quando nimirum corporali oculorum intuitu, aut alio corporis sensu, apparitio aut revelatio videtur vel agnoscitur, aut materiali & corporea specie representatur.

Secundum Genus sit per imaginationem, quando videlicet Revelatio media vi imaginativâ, aut quapiam specie imaginariâ phantasia representatur.

Tertium sit per intellectum seu rationem, quando absque ulla corporea aut imaginativa specie ac figura divinas revelationes agnoscit. Omnibus hisce tribus modis quidè DEUS mysteria sua Matri Joannæ revelavit, ego tamen in hac historia non semper proprium quemque eorum modum indicavi. 1. Quod sponsa Christi id etiam expressè non indicavit. 2. Quod futurum sit, ut noster benevolus lector aut doctus sit, aut indoctus. Indoctus sanè difficulter id intellectu comprehendet, tametsi quam studiosissime ei explicetur. Doctus verò

RIT
30

PRÆFATIO AD BENEVOLUM LECTOREM.

In lectione ipsa satis illud cognoscere discernereque poterit; fuisset igitur, meâ opinione, explanatio harum revelationum supervacua. Dicit quidem nostra Soror Joanna locis quibusdam, in cœlum se abreptam fuisse, non memorat tamen, an in corpore, an spiritu id factum fuerit, fortè, quia id ipsum eam latuit, prout & ipse D. Paulus ait: se ignorare an in corpore, an extra corpus ibi fuerit 2, Corinth. 12. vers. 2.

Postremò indicare item volui, quòd citra ullam dubietatem in Ecclesia Catholica multæ falsæ apparitiones & revelationes factæ sint, quarum quidem aliquæ probis etiam, atque virtuosis alioquin hominibus absque eorundem culpa, occulto DEI iudicio ussvenère. Dum nimirum finit DEUS, ad eorum sive humiliationem, seu cautelam, ut dæmon aliquâ imposturâ & commentitiâ apparitione aut revelatione eos deludat atque decipiat. Potestque id in eorum utilitatem bonumque cedere, ne suo proprio fidant iudicio, sed suis spiritualibus rectoribus sese submittant. Ubi igitur illi sic se humiliarint, tum DEUS quoque illis aderit auxilio, suâque illustratione veritatem deteget, atque itâ eorundem corona augebitur, ac malignus dæmon confundetur. Reperiuntur, proh dolor! adhuc & aliæ fallaces, dolosæ, mendacesque apparitiones & revelationes, quas mortalium quidam ipsimet proprii lucri gratia seu expetunt, seu confingunt, atque hæc in materia ista ingens profus est miseria. Quomobrem spiritualibus Patribus summa cum circumspeditione agendum, potissimumque iis, qui mulieribus in spiritu præsunt, siquidem proh dolor! nonnulli Conscientiæ Præsides in filiarum suarum spiritum, ad eò amore exarserunt, ut omnia, quæ filiarum illorum asserunt sibi evenisse, pro revelationibus vel visis ac apparitionibus accipiant atque suspiciant, tamen si id aliud non, quàm fraus atque delusio sit diaboli, Proh! quantas non misérias huius rei causâ sæpe vidimus! At verò hoc non attento dubitari non potest, quòd in Catholica nostra Ecclesia sint etiam piæ DEOque placentes animæ, quibus sua Majestas familiarem se præstat, & quibus in earundem oratione veræ divinæ ac supernaturales visiones revelationesque obtingunt. Eam ob rem uti nimum credulus, qui nimirum ea in periculi plena materia facilè omnibus credit, meritò reprehenditur, quòd levis sit corde, itâ etiam aut inscitia aut malevolentia, aut vanitati, tumori que superbæ mentis adscribendum est, qui nolit ullum rei solidis nixæ fundamentis assensum præbere.

Ut verò benevole mi Lector, rectè ferre iudicium queas de singularibus magnisq; gratis ac favoribus divinis, qui huic Ancillæ Christi cœlitus obvenère, consideres velim totâ vitæ illius ferè ætate, à prima quadrimultæ illius usq; 86. annû senectutis: perpendas velim per totû illud temporis curriculû, constantem ejus purum, inflammatumque in sponsum divinum amorem: Consideres, oro quàm multa honoris ejus atque animarum salutis causa egerit pertuleritque; considera item sanctas ejus virtutes, & peculiariter profundam ejus humilitatem, quò nimirum pacto, quantò majores ei exhibebantur gratiæ, tantò majores in sui abjectione, cognitione ac contemptu illa progressus fecerit. Et post accuratam sa-

nam-

PROTESTATIO AUTHORIS

namque discussionem hanc ut opinor tantis nixam, fundamentis historiam suspicias ac veneraberis, DEUMque ter optimum dilaudabis, à quo omne datum bonum & optimum, ceu fonte bonorum promanat. Vale.

PROTESTATIO AUTHORIS ET UTRISQUE INTERPRETIS.

In fideli atque Catholica veneratione decretorum à supremo Romanæ Inquisitionis Senatu emanatorum, atque à sua Sanctitate Urbano VIII. beatissimæ memoriæ, Anno 1625. 13. Januarij & 25. Junij Anno 1634. approbatorum, unâ cum facta ab eodem summo Pontifice Anno 1631. 5. Junij modificatione ad eos pertinente scriptores historicos, qui Vitas, Miracula, Revelationes, aliaque supernaturalia dona eorum conscribunt, qui bona quidem cum sanctitatis opinione è vita excesserunt, non tamen adhuc dum canonizati aut beatificati sunt, protestamur cum Authore ambo Interpretes in forma Catholica, quòd omnia & singula miracula, revelationes, divinàque munera, tam hujus famulæ DEI, quàm aliarum personarum, quarum in hac historia fit mentio, aut quomodolibet de iisdem agitur, nullâ, ne in minimo, divinâ aut Ecclesiasticâ sedis Pontificiæ autoritate nitantur, sed solâ duntaxat humanâ fide, autoritateque subsistant, quemadmodum alioquin pura humana relatio aut historia solet à Christi fidelibus legi & accipi. Similiter protestamur, quòd in nominibus seu titulis honorariis & appellationibus, Sancti aut Beati (quibus nonnunquam cum in hac famula DEI, tum aliis personis ornandis utimur) ne utiquam nostræ sit mentis eosdem Sanctos, Beatosve proclamare; sed quòd nomina hæc & prædicata, tituli que, secundùm humanam, & bonam de iisdem opinionem tantùm sint intelligendi. Nec ullo pacto animus nobis est, per ejusmodi nomina venerationem sanctis debitam inducere, sed volumus id duntaxat eo modo intelligi, quo in communi usu sermonis magnâ virtute præditi homines, in vitis suis, Sancti appellari solent. Hæc nostra est mens ac protestatio ex integro corde, Burgis 4. Augusti, 1671.

F. Franciscus de Amejugo

Et cum eo

Ambo Interpretes Carisiani.

ISAGO-

I S A G O G E

SEU INTRODUCTIO AD LIBRUM ISTUM.

Cum ego præstantissimas Virtutes, singularia vitæ exempla, nobilissimas virtutias atque triumphos, admirandam cum læta, hilarique morte Vitam Venerabilis Sororis Joannæ à JESU MARIA, in modica hujusce historie tabella delineo, verificari omnino mihi persuadeo, quod D. Gregoris Magnus ait 1. part. Past. in fin. nimirum eundem pictorem pulchram depingere mulierem. Id si ita est, meritò sanè mihi metuendum est, quod in simili casu. D. Anselmus pertimuit lib. 10, Cur DEUS homo c. 2, Cujus etiam verbis utendum mihi fas arbitror, quòd nimirum, Uti ego imperito rudique pictori succenseo ac indignor, qui Christum Dominum ac Servatorem nostrum, ejusque, sanctissimam Matrem, indecorè, in venustè, nullaque cum aspectus gratiâ depinxit, ità pariter pertimesco, quod benevolus Lector meus in hujus historie decursu mihi indignabitur, quod aded impolitus sermone, parumque disertus, præstantem hanc vitam conscribere audeam. Optassem equidem pennæ cujuspiam Seraphicæ habere copiam, quòd materiam istam pro dignitate meritoque suo, lectori exhiberem, sed quid agendum, cum Obedientiâ urgeat, imò veriùs cogar? Operam igitur dabo, ist ex obedientia DEO bene juvante delineationem vitæ hujus perficiam, eâ fiduciâ victurus, tenuitatis atque impotentiae meæ caliginem, radiantem hujus scæminæ splendorem, claritatemque coruscantium ejus virtutum, haud quaquam obscurare posse.

Agedum, tandem ordiamur, juxta Archetypon Sponsi divini hanc ejus Sponsam depingere. Siquidem juxta doctrinam D. Pauli Rom. 8. quos DEUS prædestinavit, & præordinavit conformes fieri imaginis Unigeniti Filij sui. Hic porrò DEI Filius de se ipso ait: Ego sum flos Campi; Cant. 2. v. 1. An non poteratis longè venustiùs magisque propriè dicere, Ego sum Flos amœni horti? Nequaquam, sanè inquit D. Ambros. lib. de Viduis. quoniam per campum, latissimus Ecclesiæ suæ campus intelligitur, in quo totidem diversi sunt horti, quot status ac conditiones Virilis, Muliebrisque sexus in universali Catholicaque Ecclesia numerantur. Si dixisset, Ego sum Flos horti, existimasset eum unius duntaxat conditionis florem esse. Nunc verò dum asserit, se florem campi esse, qui omnibus communis est, indicare vult, ut exprimit Honorius, suam Majestatem Sponsæ suæ Ecclesiæ Catholicæ semper divinum purum ac Virgineum florem esse, qui sui nivei candoris blandimento, gratiâ & pulchritudine, nullum non ordinem ac statum Ecclesiæ suæ, honore, decore, splendore ac mirifico ornatu coronat, cunctisque exemplar est virtutis ac perfectionis. Jam velim benevolus Lector meus sibi complaceat, in animamque inducat imaginem
quæ

ISAGOGE AD LIBRUM

quæ ipsi hic proponitur, uti convenit, contemplari, tumque ad verum lumen liquidò noscet, suo illam Originali conformem, atque à divina manu elaboratam esse.

Fuit Mater Joanna Virgo innupta, Virgo nupta, Vidua ac sanctimonialis, omnibus in hisce statibus Virgineum florem pudicitia intactum conservavit. Eoque pacto imitando Christum atque perpetua illibataque puritate servandà nulli non Ordini S. Catholicae Ecclesiae suâ specie ac decore, eximium splendorem dedit.

Inde tota ejus vitæ series in 6. libros dividitur. Primus agit de illius statu Virginitatis. Secundus de Conjugali. Tertius de Viduali. Quartus de Cœnobitico. Quintus est eximius quidam selectusque libellus, Virtutes omnium prædictorum statuum complectens. Sextus agit de ejus felici ex hac vita migratione, quâ illum divinus ejus sponsus è vita hac avulsit, & in cœlestium deliciarum hortum transplantavit. Postremò siquidem omnes Virtutes admirandæ fuerunt, eas ego naturali loquendi usu:

Novi Gratia Prodigij nomine indigito, quòd verò hæc nuncupatio cum omni sua proprietate eidem conveniat, studiosus Lector nullo negotio deprehendet.



††††

INDEX

R III
30



INDEX CAPITUM, QUÆ IN HOC LIBRO PER-
TRACTANTUR.

LIBER PRIMUS.

De Vita Venerabilis virginis Sor. Joannæ à JE-
SU Maria, ab ejus Natali usque ad conjugium.

CAPUT II.

DE ejus Patria Parentibus & Na-
tuitate. pag. 2.

lio suo dilectissimo, isque ei fidelis ac
benevolus est, ut sponsus: erudit eam
ut Magister, suique cruce invitat ad
patiendum. 12.

CAPUT III.

De prænunciis sanctitatis sororis
Joannæ ejus educatio, & sanctæ in-
pag. 4, infantia exercitationis.

CAPUT V.

De virtutibus quas Deus sponsus
suam in pueritia docuit: de quo zelò,
quò easdem illa exercuit. 16.

CAPUT IIII.

Divi Patriarchæ Dominicus &
Franciscus, Instituant Joannam, quo-
modo horas ac Rosarium DEI matris
orare debeat: Christus Dominus in
matrem ei dat suam propriam ma-
trem sanctissimam virginem MARI-
AM. 8.

CAPUT VI.

De patientia quam habuit soror
Joanna in adversitatibus: & de pœ-
nitentia, quam primis in annis excer-
bat. 20.

CAPUT IV.

Virgo Deidara desponsat eam fi-

CAPUT VII.

Soror Joannæ ætate ac virtute
proficit: de ejus singulari devotione:
in audiendo sacro Missæ sacrificio, &
gratia quadam, quæ illi in eo obve-
nit, 24.

INDEX CAPITUM.

nit, sicut & de quibusdam documentis
à sponso cœlesti eidem datis: 25.

CAPUT VIII.

Angeli eam Zenâ præcingunt, vir-
ginæ puritati in tuto collocandæ,
magnanimus amor, quo semper erga
hanc virtutem flagavit. 29.

CAPUT IX.

Dæmon incipit virtutem ejus im-
pugnare, ac illa cum DEI auxilio de-
co triumphat. pag. 33.

CAPUT X.

De sororis Joannæ Ingenti cupidi-
tate ac desiderio Religiosi status, &
monasticæ vitæ. Mater ei in hoc ad-

versatur, aufert illi instrumenta om-
nia pœnitentiæ. Christus Dominus
invitat eam cruce suâ ad patiendum.

37.

CAPUT XI.

Virginis Joannæ parentes statuunt
eam Matrimonio jungere, ea de re
queritur apud Deum, & sua divina
Majestas eam confortat. 42

CAPUT XII.

De nuptiis virginis Joannæ, & te-
stimonio intaminatæ ejus castitatis:
quæ evenere quamdiu cum suo con-
juge in ædibus paternis morata est.

46

VITÆ VENERABILIS MATRIS.

LIBER II.

DE VITA VENERABILIS VIRGINIS SOR:
JOANNÆ à JESU MARIA IN STATU CONJUGII

CAPUT I.

M Aritus virginis conjugatæ eidem
proponit, ut se patiat interfi-
ci, incipitque lethales ei pœnas, ac
tormenta inferre. 54

CAPUT II.

Deus adjungit Joannæ quattuor
seraphinos, qui eam comitentur &
confortent dolores ejus atque tor-
menta perseverant. 62

CAPUT III.

Joanna multa patitur in quintanil-
la de Bon. Maritus eam raptat Bur-
gas, atque hac in Tribulatione comi-
tantur eam JESUS MARIA Joseph 68

CAPUT IV.

Joanna confortatur à Christo cruci-
fixo, imponit is ejus humero suâ cru-

cem, pergit illa pœnas & cruciatus
tolerare. 75

CAPUT V.

Magno studio Joanna incumbit
spiritualibus exercitiis spiritus malignus
eam persequitur, utiturque mari-
to ejus atque aliis adjutoribus 85

CAPUT VI.

Virgo nupta pergit in suis sanctis
exercitiis, quemadmodum & dæ-
mon in ea tentanda, DEUS verd in-
tuenda. 92

CAPUT VII.

Sanctus Franciscus obarmat & a-
nimat Sor. nostram Joannam ad Cer-
tandum cum Tartareis spiritibus:
hique horribiles inferre illi pœnas in-
cipiunt. 100

†††† 2 CAPUT

R III
36

INDEX CAPITUM.

CAPUT VIII.

De pœnitentiis Sor. Joannæ in
sæculari statu, & magnis mortifica-
tionibus, quibus illam spirituales eius
Patres probaverunt. 105

aut passionem, illa verò pati elegit.
Christus ei declarat passionem suam,
& qualiter eam Joanna meditatione
expenderit. 148

CAPUT IX.

De Eleëmolyinis quas soror Jo-
anna hoc tempore faciebat, uti & de
miraculis, quæ inter hæc contigerunt. 112

Soror Joanna in præfatis exerci-
tiis, sensibilibus in corpore suo idem
patitur, quod Christus Salvator no-
ster perferit in sua sanctissima Pas-
sione. 157

CAPUT X.

De Soror, Joannæ, bene ordinata
charitate, quemadmodum videlicet,
per exteriorem curam corporis, curâ
gerebat salutis animatum. 117

CAPUT XVI.

De gratis ac favoribus, quos Rex
atque Regina cœlorum cum univer-
sa cœlesti curia tam ante quam intra,
& post peracta prædicta exercitia Sor.
Joannæ exhibuerunt. 162

CAPUT XI.

Miteticia præcedens ulterius ex-
tenditur; recensenturq; aliqua admi-
randa ferè facta. 125

CAPUT XVII.

Quâ ratione corona spinea, & san-
ctissima JESU Christi salvatoris no-
stri vulnera corpori Sponsæ suæ Joan-
næ sunt impressa. 170

CAPUT XII.

Sor. Joanna conjungit in summa
perfectione externa opera sua cum
contemplatione. DEUS etiam patrat
miracula, ne quid sponsa sua de alte-
nro negligat. 124

CAPUT XVIII.

Judicialis informatio super veris
vulneribus coronaque spinea Spon-
sæ Christi sororis Joannæ à JESU
MARIA. 176

CAPUT XIII.

De Sor. Joannæ ardenti amore in
Deum: deque miraculosa imagine
Christi D. N. quam illa pingi curavit.
Itemque de zelo honoris divini &
Ecclesiæ suæ, quem illa habuit. 140

CAPUT XIX.

Declaratio Reverendissimi Do-
mini D. Ferdinandi de Azevedo, Ar-
chiepiscopi Burgenfis & Castellæ
Prælidis. 184

CAPUT XIV.

Liberam dicit Sor. Joannæ optio-
nem DEUS eligendi aut gaudium,

CAPUT XX.

De quibusdam miraculis, quæ
circa hoc tempus per famulam suam
Joannam patravit DEUS, ejusq; per
hoc virtutem tantò reddidit glorio-
sorem. 186

LIBER

LIBER III.

VITÆ SOR. JOANNÆ à JESU MARIA, à STATU
VIDUITATIS USQUE AD COENOBITICAM VITAM.

CAPUT I.
DE obitu Matthiæ Ortitz Ven.
nostræ Virg Sor. Joannæ à JESU
MARIA mariti. 195

CAPUT II.
Mater Joanna sub initium sui sta-
tus viduitatis renovat pristinum
Spontale fœdus, cum Christo Cœ-
lesti suo Sponso. D. Archi-Episcopus
est illi fidelis Pater spiritualis. Orato-
rium Joanna instrui curat, in quo mi-
racula patrantur. 199

CAPUT III.
De spiritualibus exercitiis famulæ
Christi Joannæ, in pia virtuosaque
vita status viduitatis. 202

CAPUT IV.
De favoribus Divinis, quos per
hoc tempus Christi Sponsa conseque-
batur. 207

CAPUT V.
Sequuntur alæ consimiles gratiæ,
quas tempore Sponsæ suæ contulit
DEUS. 214

CAPUT IV.
Mater Joannæ obtinet, ut ad in-
crementum pietatis ac fidelium ani-
marum utilitatem, complura Rosa-
ria & Cruces à Christo benedicantur.
Ubi etiam narratur, quod circa
hanc Divinam benedictionem in uno
alterove casu mirabile evenerit. 221

CAPUT VII.
Mater Joanna liberat hoc tempo-

pore complures energumenos ab
oppressione Tartareorum spirituum. 225

CAPUT VIII.
Mater Joanna multos vivos ab
horrendis periculis, multosque de-
functos à pœnis purgatorii liberat. 228

CAPUT IX.
Christus D. renovat Spontale fœ-
dus cum Sponsa sua Joanna, consul-
tatur an ei status monasticus præli-
gendus, an vero in sæculo sit persi-
stendum. 234

CAPUT X.
Vocatio Sororis Joannæ magnâ
contentione disceptatur, quæritur-
que an Carmelitarum Discalceata-
rum, an vero Clarissarum Ordo illi
sit eligendus. Seraphicus S. P. Fran-
ciscus litem illam dirimit. 238

CAPUT XI.
D. Archi-Episcopus consultat de
vocatione Sororis Joannæ, tandem-
que reperit eam verè ad Clarissas vo-
catam, ultimamque ea de re pronun-
ciat sententiam, nimirum Sor. Jo-
annam à JESU MARIA Clarissam
fieri debere. 243

CAPUT XII.
De triumphali & miraculoso Ven.
Virginis Joannæ à JESU MARIA
in Monasterium S. Claræ ingressu. 249

LIBER IV.

DE VITA SOR. JOANNÆ à JESU MARIA IN RELIGIOSO ET CLAUSTRALI STATU.

CAPUT I.

DE Novitiatu Sponsæ Christi. Divina Majestas eam à gravi tentatione liberat. 255

CAPUT II.

De Professione Venerabilis Virginis Sor. Joannæ: & quæ in ea contigerunt. 261

CAPUT III.

De amore Sor. Joannæ erga suum habitum, nec non S. Patrem suum Franciscum. Efficit ut D. Archi-Episcopus terræ Regulæ S. Francisci habitum suscipiat, & quid in ejus susceptione acciderit. 266

CAPUT IV.

Quomodo Sor. Joanna suæ Religionis Regulas observavit, quam ferventer, quamque eximie præteriti sui status exarctica etiam in Cœnobio impleverit. 270

CAPUT V.

Virtute obedientiæ Sor. Joannæ sanguinis profusio in præactis exercitiis tollitur, uti & externa stigmata ac vulnera manuum, pedum atque lateris. 278

CAPUT VI.

Sor. Joanna Majora semper eximie perfectionis capit incrementa, ex quo ei stigmata fuere sublata, quatuor Seraphini sunt ejus Pædagogi, imò Rex ipse cum Angelorum Regina sunt ejus Magistri ac Præceptores. 285

CAPUT VII.

Unus è 4. Seraphinis configit ja-

culo cor Sor. Joannæ. Christus deinde cor ejus è pectore eximit illudque purificat. Isque idem Sponsus Cælestis renovat cum Sponsa sua Joanna spirituale conjugium, mutuoque corda permutant. 290

CAPUT VIII.

Hortatur ac excitat Sponsus Cælestis Sponsam suam ad patiendum pro peccatis totius mundi; eidemque exponit, quàm graviter humana malitia Divinam ejus bonitatem læcesat. 295

CAPUT IX.

Sor. Joanna pectus præ dolore, de gravibus mundi peccatis & offensis DEI rumpitur, ubi etiam sanguis è corde illius emanat, postea quam Christus ei vulnus sanavit, peccatorum eam protectricè constituit. 300

CAPUT X.

Sor. Joanna pro totius orbis peccatis enormes à Tartareis spiritibus pœnas, dolores ac Martyria sustinet. 304

CAPUT XI.

Sor. Joanna horribilia cum spiritibus malignis ingreditur certamina, nobilesq; inde reportat victorias. 312

CAPUT XII.

Qualiter maligni spiritus Sor. Joannam diversis tentationibus infestarent, & ex adverso Joanna stygios Genios cruciarit, adegeritque ad laudandum DEUM, ac virginitatem benedictæ Matris confitendam. 318

CAPUT

INDEX CAPITUM.

- CAPUT XIII.**
 Christus D. monstrat Sor. Joannæ penas inferni ac Purgatorii, ut ad patiendum pro peccatoribus tanto acius animeretur. 326
- CAPUT XIV.**
 Peculiaribus favoribus ac gratiis D. DEUS famulæ suæ Joannæ gratum se exhibet, pro multiplici ejus peccatione: eamque per hoc excitat ad patiendum & exorandum ultra pro peccatoribus. 331
- CAPUT XV.**
 Sor. Joanna DEUM rogat ut ad filium animarum utilitatem denuo velit multas cruces, numismata & Rosaria benedicere: enarraturque multiplex virtus, quam DEUS eisdem indidit. 337
- CAPUT XVI.**
 Sor. Joanna exorat pro animabus in Purgatorio: referunturque illarum innumera, quas illa ex eo pœnarum ergastulo liberavit. 341
- CAPUT XVII.**
 Sor. Joanna preces pro totius orbis peccatoribus fundit multosque illorum è gravibus horrendisque periculiseruit. 351
- CAPUT XVIII.**
 Christus Servator noster preces ac merita Sponsæ suæ Joannæ dirigit ad salutem & utilitatem animarum perque illa magna patrat prodigia. 357
- CAPUT XIX.**
 Christus D. Sponsæ suæ sententiam Sanctorum, ac prophetiæ spiritum donat. 361
- CAPUT XX.**
 De singularibus donis, quæ DEUS famulæ suæ Joannæ in Religioso statu contulit. 366

LIBER QUINTUS.

DE PRÆSTANTISSIMIS VIRTUTIBUS VENERABILIS Virginis Sor. Joannæ à JESU MARIA in statu Religioso.

- CAPUT I.**
 Omnes in Virgine Sor. Joanna flo-
 cuere virtutes, veluti in amœ-
 nissimo horto flores. 375
- CAPUT II.**
 De viva fide Sor. Joannæ à JESU
 MARIA, quoque illa pacto ejusdem
 primarios præcipuosque articulos
 procul distitos in fideles edocuerit. 380
- CAPUT III.**
 De firma spe Sor. Joannæ à JESU
 MARIA, quantasque in hac virtute
 gratias DEUS Sponsæ suæ contule-
 rit. 383
- CAPUT IV.**
 De ardenti charitate famulæ DEI
 Sor. Joannæ à JESU MARIA. 386
- CAPUT V.**
 De prompta parataque semper
 obedientia Ven. Virg. Sor. Joannæ à
 JESU MARIA. 393
- CAPUT VI.**
 De Apostolica paupertate Sponsæ
 Christi Sor. Joannæ à JESU MA-
 RIA. 397
- CAPUT VII.**
 De Angelica castitate Sor. Joannæ
 à JESU MARIA. 401
- Caput

INDEX CAPITUM.

CAPUT VIII.	De profundissima humilitate Sponsæ Christi Sor. Joannæ.	406	gratis, quas in hoc illi Majestas Divina contulit.	417	
CAPUT IX.	De sublimissima oratione, abreptæ in DEUM Virginis Sor. Joannæ à JESU MARIA.	413	CAPUT XI.	De intima devotione Sor. Joannæ erga Sanctissimam Virginem Mariam.	420
CAPUT X.	De singulari devotione Sor. Joannæ erga Vener. Sacramentum, deque		CAPUT XII.	De invicta Patientia donoque perseverantiæ Ven. Joannæ à JESU MARIA.	426

LIBER SEXTUS.

DE OBITU VENERABILIS VIRGINIS SOR. JOANNÆ à JESU MARIA.

CAPUT I.	Qualiter Ven. Virgo Sor. Joannæ à JESU MARIA sese ad montem obeundam comparaverit, eandemque præverterit.	432	CAPUT IV.	De pio ac perquam celebri funere, quo sponte propria famulæ Dei honorifice parentavit Reverendissimum Burgenſe Capitulum.	442
CAPUT II.	De postremo Virginis Sor. Joannæ morbo, deque gratia quam ei Divina Majestas ante beatum suum obitum concessit.	436	CAPUT V.	De piis quibusdam devotisque scriptis, quæ Ven. Virgo Sor. Joannæ post se reliquit.	447
CAPUT III.	De felici obitu Ven. Virginis Sor. Joannæ à JESU MARIA.	439	CAPUT VI.	Versus aliquot seu Rythmi quos Vener. Virgo Sor. Joannæ à JESU MARIA fecit, atque ad Cytharæ sonitum cecidit.	455



LIBER



LIBER PRIMUS
 DE VITA VENERABILIS VIRGINIS
 SOR. JOANNÆ
 à JESU MARIÆ.
 Ab ejus Natali usque ad Conjugium.

CAPUT I.

De ejus Patria, Parentibus & Nativitate.

*Urbis Jo-
anna na-
talis elo-
gium.*

REL cujuslibet virtus debet secundum rectum rationis judicium, ex ejusdem operatione desumi. Bona arbor, bona tellus, ex fructibus ac germine utique æstimari debet, quemadmodum terra Hevilat, à præstantissimo celebratur auro: pari ratione quævis Urbs ac Regio, à præclaris facinoribus, à virtute ac sanctimonia incolarum cum antecessorum, tum succedentium, celebranda, laudanda, æstimandaque

est. Hanc ob rem Urbs Burgensis Castiliæ Metropolis, & præcipuum fundamentum Coronæ Hispanæ, cæteris omnibus hujus regni Civitatibus est anteferenda. Ingentem equidem hæc Urbs famam assecuta est, ceu Regum Mater, qui hîc in terris dominati sunt; at longè majori famæ præconio gaudet, velut Mater multorum Sanctorum, qui in Cœlis cum Deo regnant in æternû. Illa temporanea & in transitu est, hæc perseverans, manet in æternum,

Subinde tamen Urbs Burgus celebre admodum & peculiare decus, nomenque adeptæ est ex eo, quod in ea nata, primam lucem vidit, vixit, devixitque purissima Virgo, pru-

Δ

R III
36

prudētissima conjux, honoratissima Vidua, & perfectionis summa Sanctimonialis, quæ omni in statu, labis expers virgo, omni tempore eximia Martyr fuit; Venerabilis Mater, Soror Joanna à JESU MARIA, ante Joanna Rodriguez dicta.

*Tempus
Nativitatis,
Joanna.*

Nata est Anno 1564. 30. Januarii, qua die Burgi semper solenni ritu summoque plausu colitur festivitas Gloriosi cælestis Elefmes, seu Adelhelmi, qui fulgidi instar Phosphori, eluxit in ordine Divi Benedicti. Sanctus hic ad instantiam Alphonsi Sexti Regis Burgum velut incola advenit, ac totâ vitâ suâ præclaro exemplo & doctrinis eam Urbem illustravit, ac post mortuus, exuviis corporis sui ditavit, per multisque decoravit miraculis.

Fertur in antiquissimo Divi Joannis Evangelistæ Cænobio Abbas fuisse. Hoc temporis est illud, celeberrima Paræcia nomine S. Elefmes insignita. Sanctus iste fuit omni tempore Burgenfium Pater fidelis; quamobrem, iidem grati velut filii, Sanctum Elefmes pro Patrono ac tutelari habent, ejusdemque annuam festivitatem devotè ac summo cultu celebrant; haud dubium, quin gratitudo hæc, quam sanctis exhibemus, Deo summè accepta est, ad ejus quoque gloriam & utilitatem nostram cedit.

Eâ perquam celebri die, Burgi primùm illuxit Sor. JOANNA à JESU MARIA velut stella primæ magnitudinis, quæ suo jubare Bur-

genes ut illa tres Magos, ad JESUM DEUM nostrum finemque ultimum deductura esset, quæque suâ humilitate ac sanctitate esset instar Pygmæorum Tyri (Ezech. 27. v. 11) decus, robur, & murus inexpugnabilis natalis suæ Urbis.

Parentes illi fuere Nobiles genere: Patri nomen erat Joannes Rodriguez, Matri Joanna de la Fuente. Ille erat ortu Nobilis, loco terræ de Monion Regionis de Campos. Hæc itidem Nobilis è Montibus, & Familiâ Colindres; Ambo hi matrimonio juncti erant Burgi, ubi prædivites mercatores fuere, indulfit eis Divina Majestas filium, cui Laurentio Rodriguez nomen erat, & duas filias, Ellsabetham, nostramque JOANNAM à JESU MARIA: Multum interest, ait Div. Ambr. (lib. 1. in Luc.) ut principium hominis laude digni à virtute & justitia derivetur, ut virtus cū sanguine ei connascatur, & cohæres fiat. Ea propter priusquam Sanctus Lucas Præcursoris Christivitam describeret, Parentum ejus justitiam & sanctitatem nobis exposuit. Nos nolumus à vestigiis hujus Sancti Evangelistæ discedere. Quin potius priusquam de præstantissimis virtutibus Ven. Sor. Joannæ tractemus, aliquid de Parentibus ejus dicemus; & probabimus quòd virtus in eam quodammodo cum sanguine transfusa sit, donec omnes in hoc Electionis vase capedines, crystallinâ puritatis ac sanctimoniali abyssu replerentur.

*Parentes
Joanna.*

Fortu-

*Eorundem
encomium.*

Fortunatos hosce Conjuges Joannem Rodriquez & Joannem de la Fuente possumus cum Ecclesiastico (*Eccles. 31. v. 9.*) aptissime beatos divites appellare; quandoquidem ii non ut plerique alii post aurum abièrè, nec spem suam locaverunt in pecunia & thesauris; sed magis satagèrè in cœlo, quàm hic in terris thesauros aggerere. Tempus suum prius christianè partiti sunt; & quidem mundo minimam, potiorè verò Deo partem tribuebant. Matutinum ferè in templis, audientibus cum devotione Missarum sacrificiis transigebant, Vespere, priusquam quieturi cubitum concederent, separabantur ab invicem horè spatio, ad vacandum precibus ac piis meditationibus. Apprimè devoti fuèrè, atque cupidi lectionis spiritualium librorum, non sine ingenti animarum suarum fructu.

*Tenuis
terrenarum
cura.*

*Tempus ut
partiti sint.*

*Recreatio
vespertina
qualis.*

A cœna haudquaquam concedebat Joannes ad orchestram lusoriam (quæ scaturigo est ingentium malorum) sed continebat se domi suæ, atque ut tempus utiliter falleret, iussit quempiam unum servorum, Historiam Divi Francisci, aut aliquem alium pium librum prælegere, quam lectionem omnes domestici summo studio ac cupiditate audire. Optima sanè fallendi temporis ratio est, dum cum emolumento fructuque animum divertimus. Insigni etiam flagrabat unà cum uxore sua ardore frequentis Confessionis Communionisque sequebantur domestici eorum vestigia sedulo, siquidem bonum exem-

*Sacramen-
torum fre-
quens usus.*

plum Præsidum, præclara est subditorum instructio.

His in ædibus, non solum nulla audiebatur temeraria juratio, sed nè quidem ullum mendacium aut leve murmur. Effecit hoc bonum exemplum Dominorum, quorum os, ut sapientum, in corde erat, sicut è contra cor fatuorum est in ore illorum, (*Eccles. 21. v. 29.*) lingua eorum juxta illud (*Psal. 44. v. 2.*) sicut calamus scribæ velociter scribentis nimirum, qui nihil scribit, nisi quod bene ponderavit & meditatatus est. Tali pacto nullum ex ore ipsorum verbum exiit, nisi libratè prius, probè suis momentis, rerum circumstantiis, loci, personarum ac temporis. Cum primis de nullo malè loquebantur, quamobrem passim amabantur, magna que erant in astimatione hominum. Anteibat tamen omnes alias virtutes eorum, præcipuus in pauperes amor, quibus liberaliter suas opes elargiebantur. Præter continuas eleemosynas, quas extra domum faciebant, tenuèrè domi suæ pauperem anum, parvamque puellam orphanam; Cujus etiam majorem habuèrè curam, quàm propriorum liberorum. Utramque etiam pauperem honestè convestitam, ad prandium canamque, speciali charitate, mensa suæ adhibuèrè. Singulari tamen compassione dilectioneque in orphanam illam puellam ferebantur. Tempore Hyemali, si quando ad focum vespere se calefacerent, eandem blandissime, ponè se igni admovebant; Eius-

*Custodia
oris ac lin-
guæ.*

*In paupe-
res amor
ac benefi-
centia.*

modi sanctis operibus fideles hosce
Conjuges, ac talis filia parentes
dignatus est Altissimus. Benedixit
terram istam Deus, ad producen-
dum tam pulchrum, ac fragrantem
flosculum, fructumque lectissi-
mum, secundum eor suum ac bene-
placitum.

*Joanna
corporis
habitus.*

Non solum tam nobili sanguine
ornata est nostra Soror Joanna, sed
singulari miraque pulchritudine et-
iam donata. Statura fuit longa, atq;
concinna; Facies ei plena, gravis,
suavis, pulchra; oculi cœrulei ac
grandiusculi, membris denique a-
liis, omnibus numeris suis perfecti.
Indoles ejus affabilis, natura synce-
ra, suavitas in agendo, efficiebat
ut ab omnibus intimè amaretur, ac
honoraretur. Talibus naturæ don-
is, Sponsam suam decoravit Deus,
voluitque per crystallum corpo-
ris, perfectionem, ac puritatem ani-
mæ ejus patefacere. Sacro-Baptis-
mi latice abluta est in Parochia San-
ctorum Cosmæ & Damiani, in quo
Joannæ nomen accepit, utpote,
quæ teneris ab annis, magna Divi
Baptistæ Joannis imitatrix esset fu-
tura. Cognomen habuit à suo Pa-
rente, & dicta est in sæculo Joanna
Rodriguez; at posteaquam Virgo
MARIA eam JESU Salvatori no-
stro copulavit, appellata deinceps
est, JOANNA à JESU
MARIA.

* * *

*De prænunciis sanctitatis Sororis Jo-
annæ. Ejus educatio, & sancta in
infantia exercitationes.*

Perfectio magnorum, mira pa-
trantium Divorum seu Thaumatur-
gorum, sæpe singularibus osten-
tis præsignata fuit. Priusquam Or-
bi primum illuxisset manè, Divina
vox intravit, atque Angelis, pul-
chritudinem lucis annunciavit,
(Gen. i. v. 3.) ut in hac pulcherrima
creatura bonitatem ac sapientiam
ejus Conditoris contemplarentur
ac laudibus celebrarent. Ante le-
gem gratiæ, Angeli ac Prophetæ,
velut cælestes quædam cantatrices
aviculæ, Christi veræ lucis mundi
adventum præcinnere. Pari ratione
honorat Deus magnos sanctos,
quando ordinat, ut eorum sanctita-
tem, vel prophetia quæpiam, vel
miracula, sive ante, seu post ortum
eorum, perinde ac lucifer solis lu-
men, prænunciet. Hac in prærogati-
va, nihil defuit Sorori JOANNÆ
à JESU MARIA. Siquidem per
duas miraculosas prænunciationes
ejus admiranda sanctitas præsigni-
ficata fuit ac prophetata. Imprimis
vaticinata est de ea, Diva Mater
Theresia, quæ velut Angelus in car-
ne, ac velut Seraphinus in amore
fuit. Hæc illuminatissima Virgo
Burgum advenerat, quod illic suæ ar-
dentissimæ charitatis incendia dif-
funderet latius, ac Divi Josephi
Cœnobium fundaret, quod hodie-
que

*Magno-
rum SS. or-
tus præce-
dere solent
præsigna.*

*Joanna
sanctitas
prædicium.*

que inhabitant spirituales ejus Filia; veræ hæredes spiritus suæ sanctæ Matris. Eo tempore, quo sancta Mater Theresia Burgum appulit, ætatulâ unius anni; aut bima, parvula Joanna fuit. Parentes ejus, qui ex æquo virtute insignibus hominibus ac virtuti ipsi summè addicti erant, è penitissimo corde Divam Matrem Theresiam diligebant, summoque devotionis ardore cooperabantur ad aream exædificando monasterio comparandam. Vades etiam pretii se fecere, quandoquidem Sancta Mater nullo ad solvendum ære instructa fuit. Postremò; instrumetra ipsa ac litteræ conventionis, eorum in ædibus confectæ sunt. Præsens tunc aderat illi Sancta Mater Theresia, conjectisque in Joannam aliquanto tempore oculis, posteaquam puritatem hujus animæ inspexit, accepit amicebiliter infantulam in ulnas suas, & post complures blanditias, Parentibus ejus ait: »Magnam habetote curam hujus »tenellulæ parvulæ. Assèvero vo- »bis ego, felices vos æstimandos »esse, quòd Deus hanc talem vobis »filiam indulxit, per quam multa »miracula est patraturus. Dubio procul Sanctus Spiritus, qui in ejus corde fuit, hanc irrefragabilem ve- riratem per os ejus prolulit.

Alterum prænuncium æquè illustre ac miraculosum est. Parvula Joanna ætate erat, inter quartum quintumque annum, quum ejus Parentes foras in rus suburbanum concessere cum ea, ad se exhilaran-

dum, quopiam vespere, æstate calente, veneruntque ad Sacellum, quod hodieque Sanctæ Annæ dicitur, ubi posteaquam suas preces effudere, in agello quopiam confederunt, qui circiter unius lapidis jactu est absitus à præfata Capella, ex parte viæ, quæ in Arcos ducit. Ibi resederunt, expectantes canam. Inter hæc parvula Joanna cum parentibus suis admodum sitibundi, & itinere, magnoque temporis illius æstu delassati erant: Advenerunt quidem ancillæ cum collatione, quoniam verò nihil aquæ attulerant, neque eò loci quicquam fontis reperiendum erat, indoluerunt pariter omnes, nihil suppetere potùs, qui eorum sitim restingueret. Sedebat Joanna sicco, ac arente loco; ibi cepit digitulis terram scalpere, ac velut ludibunda fodicare, & ecce illicò erumpit, copioso latice fons in anras, è qua potavere omnes & Deo gratias retulere. Fons iste semper pro miraculoso habitus est, qui & usque in hodiernum diem fons Matris Joannæ dicitur. Complura etiam miracula in ægrotis patrata sunt divinitus, qui de aqua hac, verâ fide ac devotione biberunt.

In mentem mihi nunc venit alius quidam fons, de quo meminit R. P. F. Antonius de Castillo, (in via terræ sanctæ lib. 2. c. 3.) lib. 2. cap. 30. sui Pii peregrini quamvis magis clarè patheticeque de eo scribat Doctissimus P. F. Hieronymus de Ayala (via terræ sanctæ manu

A 3 scripta.

*Ipsa Joannæ
na mira-
culo suam
sanctita-
tem præ-
nuntiat.*

R III
36

scripta. l. i. c. 15.) Franciscanus hic Reverendus Pater, toto quadriennio omnia Sacra loca lustravit, quæ Christus Dominus & ejus Sanctissima Mater, dum adhuc viverent, præsentia suâ sanctificavere; Ad hæc scripsit librum sanè doctum curiosumque de mirabilibus ac prodigiis, quæ summo ac peculiari illic studio indagavit, Is, c. 15. ejus libri ait, Virginem Deiparam dum cum suo sanctissimo filiolo timore Herodis in Ægyptum profugeret, devenisse ad locum quendam nomine Materea, altero circiter à magna Cairo milliario; Eo in loco, complures equites conspexit venientes per viam, timuit Virgo ac Regina MARIA, nè illi fortè emissarii Herodis satellites essent, qui ad eam capiendam advenirent. Igitur filiolum suum, tenerrimè amatum pignus, in solo depositum, gramine herbisque operit, se verò ipsam post ficulneam quandam abscondit, quæ sese mox aperuit. Matremque Creatoris sui sinu complexa est. Ità expertes etiam rationis Creaturæ huic Virgini corda sua donant. Interea Equestris ille populus locum prætervehitur; Sanctissima Virgo Maria è ficulneæ latebra prodit, atque aliunde etiam, ubi delituerat Sanctissimus ejus Sponsus Joseph advenit: ambo tum admodum lassificati arebant. Confestim retegunt suum Sanctissimum filiolum, & ecce parvulus JESUS tenellis suis digitulis qui cælum condidère, terram fodicare cepit, atque è vestigio crystallinus fons eò loci prorupit, è

quo ipse & parentes ejus biberunt. Ab eo tempore usque nunc Fons iste, B. V. MARIE fontis nomine insignitus manet. Fons iste, apertissime potest cum fonte Sororis Joannæ componi; Deus quippe ei in hoc parem gratiam præstitit. Miraculosa hæc sanctitatis Joannæ præfagia, magnam in spem parentes ejus erexere, qui alioquin magnam sollicitudinem in educatione prolium suarum gesserunt. Ea in remomenti plurimum situm est (Plato Dial. 4. de leg.) quandoquidè bona educatio & disciplina, bonos liberos ducit in melius, malos efficit bonos, potissimum juvenili ætate, quando parvæ proles tenellarum instar plantarum, se flecti regique patiuntur. Sic doctrinam hanc intellexere, sic in opus deduxere hi providi parentes. Liberos suos discretis, intellectu ac ratione pollentibus præceptoribus subdidere, ut parvuli bonos imprimis mores, tum etiam legere, scribere, tæniæ fimbriasque auro texere, cytharam arte pulsare, & ejusmodi artes alias, talis conditionis liberis convenientes condiscerent. Quod verò pietatem ac spiritualem vitam attingit, disciplinam istam non alteri cuiquam, aliæve curæ concedidère; ipsimet proles suas edocuerunt rudimenta fidei Christianæ, modum recitandi Coronam Beatissimæ Virginis, sacrum sacrificium intima cum devotione auscultandi, & summa cum exteriore compositione ac modestia hisce altissimis mysteriis assistendi.

*Prodigio-
sua fons*

*Materea
in Ægypto.*

*Joanna ac
aliorum li-
berorum
educatio-
nis ratio.*

di. Sollicitudo hæc quanquam communis erga omnes liberos fuerit, peculiaris tamen erga Joannam extitit, eò quòd præ omnibus aliis, plus ab eis amaretur, firmâ opinione conceptâ, quod eorum Joanna, ad maxima quæque sanctæ instar nata esset. Boni parentes, inquit Divus Ambrosius (*Gen. 26. v. 5.*) debent ad modum Rebecæ, suo amore liberos sanctificare, & ad majus virtutis incrementum conducere. Parvo eis equidem constitit is labor & educationis cura, ob eximiam Joannæ docilitatem & capacitatem, eò quòd parvula hæc, ob præstant ingenium & intelligentiæ vim citra laborem, exiguo temporis spatio perfectè didicerit ea quæ alii imperfectè ac magno labore condiscunt. Quantum verò vitam spiritualem attinet, adhuc minore instructione eguit, quandoquidem Deus Magistrorum summus, suâ providentiâ eam in omnibus operibus dirigebat, intellectumque ejus adeò illustrabat, ut sinè ulteriore indagine, spontè reprobarer malum, bonum verò eligeret, semperque optimi desiderio flagraret.

*A teneris
annis terrena
cuncta fastidit,
fugit.*

In tenera ætate sua annorum quatuor, mortis instar, summeque adversum ei erat, quidquid humanæ naturæ adlubet; sic ut omnes pueriles ludi ac solaria summo ei tædio aversionique essent. Gaudium ei solo in Deo fuit: quapropter quantum licebat, hominum vitabat consortia, ut solo cum Deo agere, ejusque bonitatem considerare

posset. Habuere domi suæ, parentes ejus pulchram & probè decenterque ornatam Capellam, in hac sublimi in throno, supra modum pulchellus infans JESUS fimbriatâ auro vesticulâ tectus erat. Puellus iste amore sui cor parvulæ Joannæ altè fauciavit; quare cum parentes liberis suis ludendi seque recreandi facultatem tribuere, ipsa se à fratrum consortio sejungebat, propeperans ceu cervus telo vulneratus ad domesticum lararium, ubi ingenua ante parvulum Jesum tali devotione ac compositione procumbebat ut Seraphinorum quispiam esse videretur.

Compellabat eum summâ fiducia ac simplicitate; sua verò Divina Majestas, amicissimi ac ingenti cum amore ei respondebat. Mirum quid erat non hominibus solùm, verum & Angelis Deum tam familiariter ac domesticè cum homine agere. Ambo siquidem mutuò conversabantur sicut duo parvuli, se invicem impendiò amantes, prout Christus testatur (*Prov. 8.*) delicias suas esse cum filiis hominum. Hæc divinâ societate ac amica conversatione, ignis amoris divini, in corde hujus humani Seraphini usque ad eò auctus est, ut extra se posita, tota in dulcissimum dilectum suum JESUM transiisse videretur. Sinè eo vivere non poterat, modicæ moræ parva absentia, longa ei videbatur, flebat, gemitabatque instar turturis solitarii ex desiderio comparis sui. Dum igitur tam flagranti amoris

Cum parvo JESU parvula sermones confert.

Magnus parvula in JESUM amor.

R III
36

ac desiderii erga dilectum suum JESUM igne arderet; evenit ut parentes ejus secum eam ducerent ad Sorores Clarissas, duasque cognatas ibidem Moniales; hac in visitatione, nostra Joanna profundè immersa fuit in consideratione Religiosi status ejusque rigoris: tumque etiam habitus, clausuræ, & segregationis à mundo, & tam bonæ ac beatæ vitæ. Ubi dum Sancti- moniales ita eam abstractam conspexere, quidnam est inquit filiola? Etiamne Religiosa talis fieri vis, ut nos sumus? Respondit ad hæc confestim & alacriter tenellus hic Angelus, quin imo Charissimæ. Quid felicius mihi evenire possit? Perbellè locuta. Nam servire Deo est sola, suprema, veraque felicitas. Omne quod hoc non est, vanitas est, ac mera deceptio.

*Religionis
ingredien-
da in tene-
ra aetate de-
siderium.*

Ab ea die ferventi æstuabat desiderio, Religionis capessendæ. Quoniam verò adhuc dum possibile non erat, id in effectum deducere, intereaque cõceptus ardor cordis ejus eventilationem auræque cuperet, capit ipsa seorsim in domestico Oratorio Religiosæ vitæ experimentum facere. Constituit itaque se imprimis ante puerum JESUM. Tum scamnum sat magnum invertit, sic ut suprema pars ejus in terra jaceret, intra illud ingressa consedit, & ait: Hoc est meum Monasterium, hic permanendum mihi est, siquidem Moniales foras non exeunt. Accepit quoque ornamenta Sacelli, & ad suum propositum aptè in or-

dinem omnia digesta locavit, & hæc inquit, est mea plurimum Reverenda Domina Abbatissa, hæc sunt cæteræ sanctæ virgines, sorores meæ; talique charitate ac reverentiâ illic versabatur, velut revera præfens adesset Abbatissa cum suo Religiosorum Sororum cætu. O præclarum sanè puerilem ludum, unius quadrinæ puellulæ! Filius Dei sæpè numero ante suam Incarnationem humanâ specie apparuit. Hoc erat inquit Tertull (de Char. Chri. 16.) præfagium & experimentum eorum, quæ postea verus homo gesturus esset. Voluit namque eo pacto summum suum, hominam induendi desiderium, fovere. Ad eum modum nostra parvula Joanna summum desiderium Religiosi status amplectendi semper aluit, semper divinior in ea cum Deo conformitas apparuit, quandoquidem à cunabulis Deum secata est.

Ludus Religiosus ac amabilis.

CAPIT III.

Divi Patriarchæ Dominicus & Franciscus, instituunt Joannam, quomodo horas ac Rosarium Dei Matris orare debeat: Christus Dominus in Matrem ei dat suam propriam Matrem Sanctissimam Virginem MARIAM.

NON abs re Catholica Ecclesia Amantissimæ Domine nostræ, titulum tribuit lunæ, auroræ & solis. Luna splendet in tenebris noctis, aurora rutilat in ortu diei, sol verò totâ

Beatissima Virgo Maria cur luna, aurora ac sol dicantur.

totâ die lucet: Per noctem atram, significatur peccatum, per auro-ram pœnitentiâ, & per claritatem dici splendor Divinæ gratiæ. Itâ Beatissima Virgo MARIA omni tempore, & omni statui profus clarum est lumen. Pulchra ut luna est, quia peccatores illuminat, nè in suarum noxarum nocte dispe-reant; est etiam rutilans aurora, quia illustrat & confortat eos, qui tempestivè evigilant, & præparant se ad pœnitentiâ. Postremò est sol, quoniam ipsa suavissimâ in-fluentiâ & operatione suorum ra-diorum illuminat, accendit & vi-vificat justos, qui perpetuò vitam traducunt in clara die gratiæ. Hoc etiam more vivere debuerat Soror Joanna; atque idcirco Divina Ma-jestas ordinavit, ut flos juventutis ejus, ad umbram solis hujus educa-retur. Hinc designavit Deus duos Gloriosos Patriarchas, Dominicum ac Franciscum, ut ipsi velut sinceri verique cultores suæ Sanctissimæ Matris, parvulam Joannam ejus venerationis lacte enutrent, ut de virtute in virtutem progredi, ac usque ad summum perfectionis apicem perpetuis incrementis in-crescere posset.

Duo Joannæ à Deo Magistri ac Præceptores constituntur.

Primus apparet ei S. Franciscus.

Primus ipsi apparuit Divus Fran-ciscus, dum juxta consuetudinem suam in domestico sacello, in ante-dicto magno scamno, velut in Mo-nasterio exercitationi suæ vacaret; Eâ occasione vidit ad suum latus adstantem Franciscanum quendam mediocris staturæ, suavi aspectu,

oculis latis. Mirabatur quòd is sic inobservatus & non vocatus, supe-riora ædium conscendisset, aitque illi: Quis te pater huc sursum, & ad hoc conclave direxit? Fortè Pater meus hîc me adesse tibi dixit? Itâ, fi-lia mea, respondit Divus, Cœlestis tuus Pater mihi dixit, ut huc adve-niam, te videam, & invisam: Age, dic mihi quid hîc agis? Ego inquit illa: sum hîc in Conventu isto, vo-loque vesperarum officium dicere, prout suevère Moniales: Apparet, reponit sanctus, te bonam in his in-tentionem habere. At filiola mea tu itâ parvula es, ut propterea ne A. B. C. quidem adhuc dum docearis, dum igitur huc usque legere nescis, quo pacto amabò Vesperas recita-bis? At ego tuus instructor ero, ora mecum. Itâ ambo pariter minores de B. V. Officii horas recitârunt: quibus finitis ait parvula ad San-ctum Franciscum, mi Pater, ego te suprâ modum amo. Ergo quando tu meus Magister ac institutor esse vis, oro nomen tuum mihi indica, & quo tempore huc redire velis? Sanctus respondit; Filia, nomen mihi est Franciscus, invisam te omni die, atque hîc ipsâ horâ ambo unâ orabimus. Id faciebat Sanctus lon-go tempore. Parvula expectabat eum velut Angelum, & ille condi-cto tempore incessanter aderat, ve-lut Seraphinus, amboque eâ devo-tione hic in terris orabant, quasi duo Angeli in cœlis: Sedulitas Ma-gistri permagna fuit; docilitas verò discipulis puellulæ tam consumma-

Orat. cū eo Vesperas Officiis B. V. M.

Quotidie eam invisit & ad orand. dum insti-tuit.

ta, ut facile Officium de Beatissima Virgine Maria exterius perdisceret, suæque memoriæ velut cere altè imprimeret, atque ità fixum retineret, perinde ac esset metallo insculptum. Interea dum sic Sanctus Franciscus ad orandum cum ea veniebat, venit quoque cum eo Divus Dominicus, unà cum filia sua Sancta Catharina Senensi. Hi duo Gloriosi Patriarchæ, Dominicus & Franciscus, quemadmodum hic in terris fideles conjunctissimi que fratres ac amici fuere: ità in cælis gloriam, quam quisque propriam habet, communem inter utrumque esse volunt. Quapropter ut primum introgressi sunt Oratorium, ubi expectabat Joanna, Sanctus Franciscus per brachia acceptam, Divo Dominico eam præsentavit, jubebatque genu utroque flexo profundissimâ humilitate ei manus exosculari, ac benedictionem expetere; Ità fecit parvula, Divus Dominicus ut mundissimam hanc creaturam, tali simplicitate, modestitiâ ac devotione, pedibus suis advolutam vidit, amabiliter ac subridenti ore ad eam: Filia mea, omnia quæ postulas faciam; verùm dic illi, qui tibi hoc facere præcepit, ut ipse prior suam tibi benedictionem impertiat. Prò quàm civiles sunt cælestes Aulici! Ità sanè nos coram exemplo, alterutrum honore prevenire debemus. Postremò uterque pariter eam suâ benedictione nuniere, præsidiumque ac tutelam suam spondere.

Posteaquam igitur Divus Dominicus ei benedictionem largitus est, eam ad se vocavit dixitque; Filia mea præter parvas Deiparæ horas, debes etiam Rosarium Beatissimæ Domine nostræ orare. Recepit se facturam parvula, prout etiam toto vitæ suæ tempore summâ diligentia id executâ est. Atque ut majore reverentiâ ac devotione id fieret, effecit ut vesperi ancillæ in ejus cubile ahenum aquâ plenum deferrent; postquam igitur ejus parva Soror indormiit, surrexit illa, & ahenum illud ingressa, bonis cum paulis, magna que cum devotione illic Rosarium Beatissimæ Virginis deurebat, Sanctus verò Dominicus venit ac cum ea oravit. Dum igitur pariter orant, apparuit unâ nocium ei etiam Divus Franciscus cum Sancta Matre Clara: tum quoque ipsa Cælorum Regina, cum amantissimo Filio suo; Parvula verò tota extra se abrepta fuit, ob cælestem hanc visionem, eam itaque mitissimè Christus non tamen sine Majestate, allocutus dixit: Filia quid hic agis? Domine, inquit illa: hic ego orocum Sancto Dominico. Bene ait Christus; at dic mihi, etiamne me amas? Parvula summâ simplicitate respondit, Domine, nescio quid amor, quidve amare sit, si tamen quidpiam mihi amandum esset, vellem amare JESUM Christum, nimirum parvulum illum, quem pater meus in suo Oratorio seu Sacratio habet. Ille ego sum, ait ad eam Christus, ego sum Prottypon illius

Docetur à Sancto Dominico Rosarium orare.

Per noctes aqua immersa Rosarium cū S. Dominico orat.

Christus eū sic orantem cum SS. Matre aliisque SS. apparet.

Et D. Dominicus cum Sancta Catharina Senensi.

Divo eam benedicens, domituo honore condecorans.

imagine, & eam imaginem eò so-
lum amare debes, quod me referat,
qui sum originale ipsum, & semper
scopus amoris tui mansurus. Dum
hæc Christus Dominus dixisset,
porroxit suæ Sanctissimæ Matri
pulcherrimum Rosarium, cui ap-
pensa Crux erat quinque radians
pretiosissimis lapidibus. Ut verò
parvula id ipsum cum debita reve-
rentia susciperet, sancti qui aderant,
jussere eam in genua procumbere.

*Celesti eam
donat per
manus SS.
Matris
sua Rosario.*
Ut porrò genibus nixa est; Domi-
na Cælorumque Regina, è collo ei
illud Rosarium suspendit. Gratiâ
istam mirari nemo debet; siquidem
cælestis hæc virgo summè grata est,
ideoque hoc pretioso Rosario re-
munerari ac compensare voluit
coronam rosæve Rosarii, quas illi
hæc parvula, quot noctibus tam ar-
denti devotione præsentarat.

*Jam cum
casto sponsi
amittendi
timore te-
nebatur.*
Ab hac maxima gratia, remansit
parvula Joanna usque ad eò in
Deum amore succensa, ut igne illo
quasi consumeretur, semperque in
metu viveret, dilectum suum JE-
SUM amittendi. Considerabat
multiplices & per omnes vias spar-
sos Diaboli laqueos, quamquam
necessaria sit mortalibus gratia, au-
xiliumque Dei. Quapropter nullâ
non die, calidis flagitabat lachry-
mis, vellet ipse Pater sibi esse, pro-
mittebat vicissim ipsa ei in omnibus
obedientiam, obsequiumve germa-
næ filia.

Magni facere solet puram re-
ctamque intentionem Deus, quæ
ab innocenti simplicitate procedit.

Quàm verò ei accepta esset hæc suæ *Christus ei*
famulæ postulatio, sat ostendit, *manus ap-*
quando ei iteratò apparuit, & per- *paret ac*
inde ac Mater infantulo ubera *cordi eam*
ad exhilarandum eum monstrat, ità *suo inserit.*
is illi cor suum Divinum nudavit, ad
extremumque eam in illo conclu-
sit (prout istud ipsa Sor. Joanna de-
clarat; illic dilectissimo ardebat igne,
& consumebatur, velut illi duo Se-
raphini Isaiæ Prophetæ visi (c. 6. v. 2.)

Hisce peractis Christus suam ei *Matrem*
auxilium, atque omni tempore pro- *suam eide*
tectionem alarum suarum ei polli- *in Matrem*
citus est. Aliâ vice per novam gratiâ *donat.*
idem ei in Matrem, propriam suam
Matrem dedit ac dixit: Abhinc
Mater mea, tua Mater erit, tuque
ei velut vera filia obedire obsequi-
que debes. Et observa, quandoqui-
dem ea Mater mea est, magnam ei
me potestatem dedisse (S. Bern. hom.
2. sup. Missus est) sicut enim Pater
meus sine me nihil facit (S. Bernardi-
nus) Ità neque ego hominibus gra-
tiam impertior, nisi per manus
meæ amantissimæ Matris. Quare
aniam eam & servi eidem, si vis ut a-
mem te, tibi que sim benevolus,
quantùm namque ei serviveris, eam-
que tibi benevolam effeceris, tan-
tundem etiam mihi servies, experi-
mento que discas, me tibi quoque
benevolum esse. Candida hæc Co-
lumbula auscultabat summo studio
loquentem Christum Dominum,
penitissimusque animæ fibris do-
ctrinam ejus imprimebat. Flagrabat
ea quidem amore ac devotionis fer-
vore in SS. Virginem huc usque
sem-

*Quantum
honoratur
Mater,
tantum
honoratur
in Matre
Filius.*

semper ab hinc tamen eam amplius
reverebatur ac amabat: serviebat
illi ut Filia, observabatque eam ut
veram Matrem, uti Divus Joannes
Evangelista observarat eam, postea-
quam Christus Dominus illam ei in
Matrem assignavit.

CAPUT IV.

*Virgo Deipara desponsat eam filio suo
dilectissimo, isque ei fidelis ac benevo-
lus est, ut Sponsus: erudit eam
ut Magister, suamque Cru-
ce invitat ad patien-
dum.*

UT primùm vidit Deus, quod A-
dam filius secundùm gratiam
suam esset, protinus ei (ut loquitur
D. Basil. orat. 2. Gen. v. 15.) Paternum
suum amorem demonstravit: siqui-
dem ei mox amèntissimum illum Pa-
radisum, quem manibus suis plan-
taverat inhabitandum dedit; Non
minùs, quinimò haud paulò etiam
majus quid præstitit filia suæ Joan-
næ Intemerata Deipara Virgo MA-
RIA: Ut primùm namque ei in
Matrem ordinata est, constituit
non terrenum quempiam Paradi-
sum suâ manu factû, eidem donare;
sed benedictum fructum illum, pu-
rissimi uteri sui impartiri. Coelestem
Divinamque hanc gratiam percepit
parvula Joanna una dierum, dum
orationi magnâ devotione in Sa-
crario suo vacaret, apparuit quippe
ei Augustissima Cælorum Regina,
cum gloriosissimo Filio suo Ma-
ternis brachiis insidente.

Puer parvus, ut apparebat, ætate
quasi annorum quatuordecim vide-
batur, omni decore ac formâ
elegantior. Cum utraque Regia
Majestatem advenerant, ingenti
splendore ac gloria corusei Sancti
Patriarchæ Dominicus & Francis-
cus, sicut & Diva Catharina de
Senis. Relucebat ab hæc Sanctorum
præsentia in modum cæli cujusdam
Sacrarium: Parvula nostra attentè
spectabat omnia. Aspiciebat mi-
ram pulchritudinem Matris, ac
Majestatem ejus Filii. Ut ergò vidit
Sanctissima Virgo, Joannam ita
spectaculo abreptam, ait. Quid est
Filia? quid tibi videtur de parvu-
lo isto, quem ulnarum mearum
throno insidentem aspicias? Putasne
Cælum pulchritudinem similem,
creatam habere? An non facies ista,
regno digna est? Putasne ab ortu
solis, usque ad occasum uspiam,
tam amabilis vultus reperiendus,
est? Quid dulcius spectari potest,
ocellis istis? An non ii ostendunt
felicitatem ejus qui sese in illis in-
spicit perinde ac duobus speculis,
cristallinis? Filia mea, visne eidem
manum tuam porrigere, ac spon-
dere, te sponsam ei fore? Respon-
dit parvula innocenti simplicitate,
ego proposui Sanctimonialis fieri,
ac virginitatem meam Domino
Deo consecrare; Attamen non
in hoc sita est mea difficultas,
quandoquidem is mihi significat,
& ego in anima mea experior,
quod desponsatio cum infante
isto, propositum hoc meum im-
pedi-

*Beatissima
Virgo cum
parvulo fi-
lio ac aliis
sanctis ei
apparet &
eam allo-
quitur.*

*Quærit an
in Sponsam
Filio suo
cedere ve-
lit.*

pedire nequeat, imò ego existimo
 illius amore me castiorem, & at-
 tactu fore puriorem, & si ejus
 Sponsa sum, me tantò magis labis
 expertè virginè fore. Verùm amā-
 tissima Mater, quàm hic infantu-
 lus plenus est decore & gratiā!
 Quàm pulcher, quàm suavis,
 quàm plenus majestate! Multò is
 sanè pretio dignus est; & ego nihil
 habeo; & ipsa valeo nihil. Pulchel-
 lus hic infans non me vult habere.
 Imò, respondit Deipara, vult ipse,
 si tu velis. Quandoquidem sic res
 habet, bene est, (reponit illa) itaq;
 Mater, si ille me habere vult, &
 ego cum habere volo. Vix hæc
 verba effata est, & extento infantu-
 lus brachio, manum ei porrexit in
 signum desponsationis, & Beatissi-
 ma Virgo MARIA indidit digito
 ejus, qui cordis seu cordialis dicitur;
 pretiosissimum annulum, in signum
 subarrhationis pactique sponsalicii.
 Post hæc parvulam suavissimè
 complexa est velut Filii sui Spon-
 sam, & uterque, tam filius quàm
 Mater benedictione suā eam mu-
 nière; uti & alii Sancti, qui postea-
 quam ei benedixère, felicitatem il-
 lam ei sunt gratulati. Inter hæc gra-
 tiarum Divinarum dona, provida
 nostra parvula summè se anxiam
 sentiebat, una ex parte quòd tan-
 topere Cœlorum Reginæ obligata
 esset, alterâ verò, quòd impotentem
 se gratiæ referendæ videbat. Sanè
 nobili ac Heroico animo major
 crux non est, quàm magna in obli-
 gatione, magna impotentia. Qua-

propter conversa ad Sanctos, in-
 genti cum sensu animi lachryma-
 bunda ait: Vos mei Sancti Patres,
 ac Magistri, amabò dicitè, quid
 factò opus, ut ego Divinæ huic
 Virgini condignè servire possim?
 Jam equidem ea mei Dominium
 obtinet, animam ego ei corque
 tradidi, sed quid hoc illi est, cui e-
 go tantum debeo? Quid porò
 agendum, quod illi acceptum
 gratumq; sit? Sancti ad hoc respon-
 dère. Filia si huic Cœlesti Virgini,
 complacere vis, ama ardentè,
 Sanctissimum ejus Filium, quem
 ipsa tibi in sponsum tradidit; pro-
 cul jube facessere ludos, aliàsque
 pueriles nugas; bullas, & crepun-
 dia. Nam tu sic vivere, sicque
 actiones instituere debes, ut ad-
 ulta Virgo. Loco nugarum, de-
 bent in te resplendere exercitia
 sapientiæ; Ad omnia paratum
 habes de cœlo lumen, ne te finas
 à vanitate mundi seduci. Clari
 namque ac perspicaces oculi fa-
 cile vident, nihil in orbe esse nisi
 imposturam & mendacium, quod
 alioquin turbidi & caligantes ocu-
 li ut ipsam veritatem æstimant.
 Nunc Sponsa Dei esse debes.
 Quare abhinc velut veram Spon-
 sam, ejus honori ac gloriæ propa-
 ganda cum primis intentam te esse
 oportet.
 Divinâ hâc instructione ei data,
 tota apparitio illa videri desit, &
 exinde parvula Joanna nullo majore
 arsit desiderio, quàm omni tem-
 pore in præsentia Sponsi sui versari;

*Pulchra de-
dem à san-
ctis præce-
ptoribus
instructio
data.*

R III
36

*Christus
eam sibi de-
sponsat.
Mater a-
nulo sub-
arrhat.*

*Animi ge-
nerosi in-
doles.*

*Joanna-
nicè obser-
vat spon-
sum suum
& ab eo ob-
& vivat.*

B. 3. Cœle-

Cœlestis item Sponsus, per Can-
cellos (*Cant. 2. v. 9.*) omnia sponsæ
sue vestigia observabat, prorsus
quoque zelotypus, omnes ejus co-
gitationes unice appetens, vetabat,
ne quis ejus mentem amor alius
quàm sui solius subiret, locumque
in ea capesseret. Nunquam eam de-
ferēbat; nocte diuque aderat, cum
ea colloquens, eamque invisens,
nunc quidem apertus reiectusque,
nunc velatus & aliam formam in-
dutus.

*Christus ab
ea flores le-
gentis flores
petis,*

Hæc omnia sunt operationes
amoris, nunquam otiosi, ut Lauren-
tius Justinianus testatur. Duxerant
eam quodam tempore secum pa-
rentes ad hortum Licentiani cujus-
piam & Medici Civitatis Burgensis
Antonii de Aguilar nomine; dum
illic nostra Joanna flores legit, subi-
tò ac ex insperato, videt ponè ad la-
tus suum suprâ modum speciosum
puellum, qui ait ad eam: Parvula da
mihi de floribus tuis. Illa respon-
dit; Quos à me flores petis? Quid
agis? Cur non ipse? Illos colli-
gis? Ad hoc responsum vidit par-
vulum subridentem, & reidentem
ore iterum ab se flores petentem.
Hoc in alloquio, id evenit ei, quod
duobus discipulis cum Christo in
Emans gradientibus, qui nesciēre
quidem cum quo confabularentur,
introrsus tamen sentiebant, quod
interloquendum corda eorum igne
Divini Amoris accensa essent: Ità
nesciebat pariter parvula nostra
Joanna cum quo colloqueretur,
sentiebat tamen cor suum amore

istius parvuli collinescere; Ne ve-
rò isti parvulo fortè adversaretur ait
ei. O pulcher parvule, tunc flori-
bus egeas? ego penitus exittimo
te esse velut pulcherrimum florem
campi (*Cant. 6. 2. v. 1.*) si tamen ni-
hilominus de meis floribus ali-
quid petis, en hos paucos quos
habeo accipe; nec grave tibi sit
modicum prætolari, ego ibo tibi
captura plures. Ubi Christus eam
latus expectasset, abiit illa, rediit-
que solite, cum lectis iteratò flo-
ribus, eosque in sinu parvuli repo-
suit, atque orâ tunicellæ ejus conte-
gens, dixit ei: Jam nemo scit te
flores ferre, & ità nemo tibi ad-
versabitur, si tamen quispiam no-
taret flores te gestare, dic me tibi
eos dedisse, sic nemo tibi, sed po-
tius mihi molestiam faceffet.
Hicce parvulus evanuit. Nostra au-
tem parvula mysteriū istud id tem-
poris non cognovit, sed longè post,
acri ac rigidâ hyeme, ubi Christus
ei apparuit, aliquot flores manu ge-
stans in specie pusionis, qui in horto
illi apparuerat ajens ad eam: No-
stine me? Cui illa, videor mihi, re-
sponderet, alias vidisse te. Novisti-
ne hos flores? prosequitur pugio.
At illa: Non est, inquit, nunc hu-
jusmodi florum tempus, ve-
rum dicis Sponsa mea (infert pu-
gio) neque enim hoc eos lectos
tempore mihi dedisti. Tunc re-
cordata exclamabat? Eia Domi-
ne mi! jam nunc in memoriam
redeunt flores isti: Eo quantum-
vis tempore, velut infans exhibi-

*Suavissi-
mus par-
vulorum
lusus.*

ram mihi à tuâ majestate gratiam
 benevolentiamque non agnove-
 rim. Profecit intercâ ingratitudo
 mea, dum aucta tui erga me amo-
 ris argumenta. O sponse dulcissi-
 me! quis sis, innotescit facile ex de-
 sectibus gratiæ, quam ex solo infi-
 nita bonitatis tuæ impulsu præro-
 gas. Hæc illa ex agnitione tantas sibi
 in tenellâ adhuc præstitas à Deo gra-
 tias, effata est, quando eam carissi-
 mam veluti sponsam in benedictio-
 nibus dulcedinis suæ præveniens
 tractavit. Divinus ipse sponsus, à
 die desponsationis suæ cum Joan-
 nâ, tanquam Magister instituendæ
 ipsius curam in se recepit. Siquidem
 (innuente D. Matre Theresia) per-
 pauci inveniuntur sic amatis & visi-
 tatis à Deo personis idonei modera-
 tores. Quandoquidem Spiritus
 Sancti loquela subtilis admodum &
 delicata, captu penetraturoque per
 quam difficilis est, ita ut ad securam
 præfatarum personarû directione,
 in Magistro plurima requirantur.
 Quamobrem in instituenda Spon-
 sâ suâ Sor. Joannâ nulli alteri Deus
 Magister, tum concredidit, sed sibi
 soli reservatum voluit; ut videlicet,
 velut altera Mariâ, ad pedes JESU
 doctrinam suam, ac divina eloquia
 sedulo audire adimplereque factis
 posset. Primò omnium eam in o-
 randi studio instituit, præcepta re-
 gularumque tam meditandi, tum con-
 templandi tradidit, invisibili quoque
 ealamò, cordi ejus, ceu tabulâ rase
 nitidâque omnia & singula opera
 vitæ, passionis, mortisque suæ in-

scripsit. Atque ut teneris ab un-
 guiculis, ad sui imitationem pellice-
 ret, ferè quot diebus ei specie pu-
 sionis cruce humeros onusti appa-
 rebat, suavissimæque vocis sono
 eam compellabat dicens: Sponsa
 mea, cne in hæc cruce portandâ me
 juvare parata? Talibus verbis ac
 specie sui ccelestis Sponsi exardescer-
 bat cor ejus, celerique cursu con-
 tendens ad Crucem, ab humeris sui
 Salvatoris sublatam, suis imposuit.
 Certâ quadam die iteum ei in eâ-
 dem formâ apparuit, parvuli videli-
 cet, crucem humeris bajulantis, sed
 usque adeò pondere gravati, atque
 defatigati, ut indicaturus videretur,
 sese ulterius provehere non posse.
 Magnam compassionem Sponsæ
 ejus conscivit spectaculum istud,
 corque ejus penitissimè convulne-
 ravit. Rogabat igitur Dominum,
 vellet ei (ut sepius fecerat) suam
 Crucem dare. Quo sibi negato,
 capit amarissimè flere; dumque itâ
 fleret anxieturque, ait ille: Vis tu
 Crucem hanc portare donec vivis?
 Illa respondit etiam Domine. Do-
 minus porrò ad eam ait. Ad rem
 grandem te obrulisti. Sicque Cru-
 cem ejus humeris imposuit. Vix
 Cruce humeris exceptâ, dolore
 simul repleta fuit; sentiebat etiam,
 se tantò sub pondere, ne movere
 quidem posse; ait igitur: Non pos-
 sum cruce hæc onusta usquam,
 progredi. Dominus respondit illi:
 Cadendo resurgendo, exemplo,
 meo, me sequi assequique oportet.
 Quibus dictis Dominus eva-
 nuit;

*Christus
 ipse sit ejus
 Magister.*

*Orandi
 contem-
 plandi mo-
 dum eam
 doce.*

*Blandè in-
 vitat ad
 Crucem
 ferendam.*

*Apparet
 illi Crucem
 onustus.*

*Quærit an
 se juvare
 in ea feren-
 da velit.*

RIII
 36

*Qualiter
ad Deum
peruenien-
dum.*

nuit, intravitque illic ancilla ad
eam, que ex occulto, omnia illic
gesta audierat ac viderat. Aitque
illi: parvula quidnam agis? quò-
cum sermonem miscuisti? Illa
velut parvula candida simplicitate
respondit, cum parvulo quodam
pustone, miræ pulchritudinis & sua-
vitatis, qui mihi dixit, quod me
in regnum Patris sui velit intro-
ducere; Et vis nē tu lubeas ac
prompta (iterat ait ancilla) cum
eo illuc ire? Etiam, reponit par-
vula, quia multa bona loquitur mi-
hi, ac me docet. Hæc illi sexenni
evenere. Tam tempestivè erexit se
ad ferendam Crucem, Sponsus-
que suum amantissimum imitan-
dum.

*Sexennis
puellula jã
Cruci fe-
renda ap-
tatur.*

Haud tamen solò bono isto
Sponse suæ affectu ac promptitu-
dine ferendæ crucis contentus erat
Dominus; sed cordi ejus simul &
semet infigere voluit: Itaque qua-
dam dierum vidit complures ad se
venientes Angelos, quorum unus
mirè splendentem gestabat manu
Crucem, ceteri induti erant præ-
longis ac fluentibus togis, candore
nivem vincuntibus, quamvis eo-
rum desuper sacerdotali stola cru-
cibus ex omni parte obsitã operie-
batur; Igitur circumdantes eam
Angeli, brachia arcè strinxere sto-
lã, porro gestabat crucem Ange-
lus, eam humero illius imponens,
aitque. Crucem hanc mittit tibi
Sponsus tuus pro totã vitã tuã,
velut pretiosum suum monile.
Hæc est clavis cordis illius, quod
Gazophylacium est omnium the-

*Christus
per Ange-
los crucem
mittit Jo-
anna.*

sauroꝝ Patris ejus: Hæc est scala,
& vitæ Dux ad superna, suiq; æter-
nam fructuam. Suscepit Crucem
hanc Sor. Joanna, profundissimã
demissione ac reverentiã, brachiis-
que eam complexa, firmissimò sta-
tuit, totò vitæ suæ decursu, nun-
quam eam deponere. Super illud
divinæ Sponse effatum in Canti-
co Canticorum. Trahe me post te,
& curtemus in odorem unguen-
torum tuorum. (Cantic. 1. v. 3.)
Mellifluus Doctor Bernardus sin-
gulari affectu, verborumque suavi-
tate Christum Salvatorem nostrum
alloquitur: quæ proposito nostro
non inconcinne quadrat. O Do-
mine, inquit ille: quàm pauci sunt,
qui ista dicunt; & pauciores qui
faciunt! (Bern. in Cantic. serm. 2.)
Volumus quidem omnes regnare
tecum, sed non omnes volumus pati
tecum; volumus quidem tua di-
vinitate frui, sed per angustam cru-
cis viam te sequi recusamus: parvu-
la nostra Joannam non sic egit: sed
sua in tenellã ætate crucem Domini
summò amore compl. xi est; ne-
que eam unquam deserere voluit.

*Eam avidè
excipit.*

*Neque un-
quam de-
seruit.*

CAPIT V.

*De virtutibus, quas Deus Sponsam
suam in pueritiã docuit: deque
zelò, quò easdem illa ex-
ercuit.*

EXORTA cum ineunte ætate virtu-
tes ceteras omnes longò post se
intervallò relinquunt. Quod cur-
rus ille Cherubicus apud Ezechie-
lem (Ezech. c. 1. v. 10.) cetera inter
mylta-

mysteria quorum ille plenus est, denotasse videtur: Juncta ei quidem legimus quatuor alata animalia; supervolabat tamen omnibus Aquila, siquidem ei primò ab ortu alae crevere; aliis verò sensim & tempore succedaneo crescunt; Sor. Ioanna nata est mundo, ut velut generosa Aquila, caelum peteret, seseque volatu ad superiora attolleret, Cui proinde ipsa ab infantia, DEUS alas indulsit. Posteaquam in orandi methodò instituta fidei nostrae mysteria explicuit Sponsam suam profundissima humilitate, quae primus fundamentalis lapis Christianae perfectionis est stabilivit. Atque ut sapiens Architectus, qui quanto altiore fabricam molitur, tanto altius fundamentum ponit, sic quia altum cum primis virtutis, perfectionisq; aedificium in Sponsa sua machinabatur DEUS, profundissimam eiusdem animam in humilitatis vasi locavit.

est is, qui cum nullam se exaltandi causam habeat, se deprimat. Hoc in supremo ac sublimissimo humilitatis gradu fundavit Sponsam suam Ioannam DEUS, dum quandoque in suo Sacrario parvuli IESU vocem audivit, ita ut verba eius animam illi penitissimè penetrarent. Sponsa mea (aiebat ille) vnicè cupio te plurimum humilem esse, atque in virtute meam sanctissimam matrem summò ardore sequi, in qua tam excellenter humilitas eluxit, ut se Ancillam meam reputaret, summo etiam in honore (Luc. 1. v. 38.) nimirum posteaquam eam in matrem mihi elegi; pari modo te geras oportet. Dum cernis me tibi ut sponsae adblandiri, tunc te vilissimam creaturam credere reputareque debes, atque altissimam tuam vilitatis cognitione tibi persuadere, quod omne bonum quod in te est à mea liberalissimam manu profectum sit, cumque maiores pra aliis gratias consequeris, ideo solum fieri, quod ego ita velim, non vero quod tu id merearis. Talibus profus melioribusque verbis, Christus Dominus Sponsae suae ardentissimè infixit desiderium imitandi humilitatem sanctissimae Virginis MARIAE. Quod tam eximium propositum protinus cepit executioni mandare; miror atque proflus factò, quod tamen mirandum magis est, quam imitandum. Quemadmodum ei à Domino dictum erat, quod sanctissima eius mater, Regina dum esset, sese ancillam fecerit, ita etiam post praedictam divinam admonitionem Sor. Ioanna non solum servitutem cordi suo altè impressit; sed etiam ut se ipsam, ceu

Doctrina
eximia
Christi de
sancta
matre sua
in humili-
tate se-
quenda.

Christus
Ioannam
in humili-
tate funda-
vit.

Tres hu-
militatis
gradus

Summū
in humili-
tate quid
sit.

Divi Bonaventura ac Bernardus aiunt (S. Bonaventura 6. Re. c. 22. S. Bernardus serm. 3. in cantic.) hanc virtutem tres gradus complecti, qui gradatim se ipsos transcendunt. Primus est, de se ipso humiliter sentire, seque ipsum vili pendere. Alter est optare etiam ab aliis vili pendere; ita ut à nullo laudari, sed ab omnibus potius contemni cupiamus. Tertius est toto ex corde, Christi exemplo, sese abdicere, humiliare, (Matt. 11. v. 29.) nihilque facere, etiam tunc, cum DEUS gratia speciali nos visitat & altius altiusque evehit. Hoc summū est, quod cor animusque ritè humilis praestare sufficit.

Non equidem magni pendendus

C

manci-

*admiran-
dus Ioan-
na hami-
lilitatis ar-
dor*

mancipium DEI, actu ostenderet, DEoque ex toto transcriberet, forcipem quampiam igni immisit, & ferre candentem ingenti spiritus ardore ac impulsu, tenellâ suâ manu arreptam fortiter, utrique genæ appressit, ut tali inustione ac stigmate, velut Domini sui signo, servam se ac mancipium IESU profiteretur, talemque se ei statueret. O Heroicum facinus ardensque devotionis Fervor! O magna Parvula! quam belle agnovisti, melius esse Ancillam mancipiumque caelestis Regis, quam Regina orbis dici ac esse: Quandoquidem Maiestas terrena propriè servitus est, Divina vero servitus omni regno maior aestimanda.

*à matre
ceditur
virgis*

Vbi suam Joannam sic male ab se met ipsa acceptam faciemque fæde notatam conspexit mater, irâ protinus excalescens filiolum suam virgis peracriter cecidit. Bene illa quidem maleque ex æquo egit. Male quidem, quia factum hoc revera ab ingenti Divino impulsu processit, eratque ideo præmio quam pœna dignus. Bene autem fecisse videri possit quia secundum humanum iudicium excessus iste corruptione dignus. Sic parvula nostra, una ex parte tam male se fauciam, altera tam acriter se casam videns, accessit suum parvulum IESUM, aitque: Quid tibi videtur
 „ Domine? Placetne Maiestati tuæ,
 „ quod ipsa me ita tractaverim, &
 „ propterea ita correpta fuerim? Fe-
 „ ci id ego, ut tuo Divino sermone
 „ morem gererem; sæpius mihi o Do-
 „ mine tuos dolores narrasti; ideoq;
 „ ego te nunc accedo perbelle con-
 „ tenta, si enim Pater tuus mea causa

*amabilis
cum IE-
SVlo ex-
postulatio*

„ flagris te cædi permisit, & mater
 „ mea tui causa cecidit me virgis, &
 „ quidem atrociter.

Denique ab ea die in servam ac mancipium Domini confirmata est, atque ita in humilitate fundata, ut suis ancillis sæpe memoro pedes osculis disfluaviaret, ingentique fervore ab eis expeteret, ut in scia matre, sor-des domus everrere, lances orbisque abluere sinerent. Quibus respondere ancillæ, quæ alioquin eam intime diligebant; Non convenit Virgo, ut hæc facias; econtra quærebat Joanna: eccur nam? Quantum nam ego vobis præsto? Imo vos meliores me estis: Forte id est, quia Parentes mei divitiis affluunt? Ego vero oro DEUM ut eos inopes videam, tanto etiam ut sint humiliores. Sic ubi vis Joannam agebat, seque gerebat velut imitatrix Christi, mitis & humilis corde, quæ germana est humilitas.

*mira sui
despectio*

Semper humilitati Junctus est timor Domini. Hic porro (ut docet S. Augustinus in Psal. III.) est lapis angularis cui tota virtutis moles innitur, primumque est principium sanctorum: Id in quadam revelatione B. Gertrudi DEUS aperuit, (Vit. S. Gertr. L. I. c. 13.) dum eius manibus virentem Virgam insereret, dicens: Hæc virga est timor Domini, sicut Pastor Virga pastoritia greges suas pascit, regitque; à noxiis vel prohibitis pascuis abstinet, eosque ad tuta proficua salubriaque ducit, ita quævis anima debet virga sancti timoris suos sensus potentialque regere, neque tinere ut regulas ac limites rationis, metasve Virtutis transgrediantur Virgam hanc Divini timoris non so-
lum

*Humili-
tas ac
Timor
Domini
semper
una mee-
dunt.*

lum manus nostræ Soror Ioannæ in-
didit DEUS, sed etiam cordi eius
infixit. Habebat ea in tantilla etiam
ætate, consuetudinem sese in spe-
culo mortis contemplandi, ut tanto
melius vitam suam ordinare, com-
ponereque posset. Cum igitur quā-
doque suo in Sacello imaginationi
profunde immersa esset quasi sibi fo-
ret sepulta ut id tāto efficacius cordi
infigeret, scabellum quoddam alta-
ri proximum apprehendens sese in-
tra illud situ mortuali collocavit,
cæpitque cogitare se iam sepulchro
iacere inclusam. Hæc inter circum-
dedit eam caterva infernalium spi-
rituum velut fumentium Leonum
aviditate maxima hanc innocentem
oviculam deglutire gestientium.
Sed Divinus Pastor, qui eam ut
sponsam deamabat, apparuit illico
nudo cum ense, quem ubi manu sua
vibravit, ad lumen radiorum eius, e
vestigio stigiæ umbræ illinc profu-
gere. Divinum hoc adiutorium eam
abunde confirmare, omnemque ti-
morem ac tremorem poterat effu-
gare; sed profunda ex humilitate
dupliciter illam visionem interpre-
tabatur, metuebatne præsens illud
auxilium gratiaque Christi Domi-
ni forte illusio falsaque imaginatio,
& contra ne illa malignorum spi-
rituum apparitio vera fuerit, quan-
doquidem sua opinione ipsa infernū
promerita esset. Quapropter tota
tremore concussa, ac fere obrigida,
tamque sacro illo metu plena erat,
ut toto ex animo firmissime statue-
ret (pro ut ipsa Christi Sponsa in
vita sua loquitur, n. 6.) nullius
prorsus conceptibilis rei causa

DEUM offendere.

Sed dicere quispiam posset, ti-
morem hunc servilem esse, qui in
vita spiritali pro perfectione ha-
bendus non est. Hanc objectionem
ut evertam, advertenda est cum-
primis communis Theologorum à
Spiritu sancto inspirata doctrina
(Eccles. 25. v. 16.) quod nimirum
servilis timor initium sit filialis me-
tus qui à perfectissima charitate dero-
vatur. Quamobrem consuevit DE-
UM sanctis animabus servilem
principio timorem indere ad indu-
cendum eo pacto filialem.

Non venit, ait Divus Augusti-
nus (tract. 9. in Ep. Ioan.) timor
Domini in animam ut ibi maneat,
sedem habitationemque figat, sed
ut charitatem introducat: Amor est
scopus finisque, timor autè est ini-
tium, & hoc initium sequitur statim
finis, videlicet ipsa charitas; Ita
prorsus evenit nostræ sorori Ioannæ
Vix namque timorem illum, regi-
men affectuum suorum assumpsisse
intus persensit, cum illico ardentis-
sima Charitas, intima eius subiit,
quæ foras timorem expulit, perinde
ac ignis calorquæ frigus. Operatio,
ait Divus Ambrosius (de Isaac. c.
8.) in quâ hæc virtus magis eluces-
cit, est zelus honoris dilecti, atque
ut anima eius læsionem intime sen-
tiat. Hic excellens gradus, & flama
perfectissima charitatis; tanto-
pere aucta pæpetuo invalescebat in
corde Sororis Ioannæ post illam de
quâ ante egimus visionem, ut mor-
tis instar ei esset audire aut videre,
quidquid DEUM offendere posset,
cor ei tum rumpebatur, oculique
C 2 evade-

Speculo
mortis eti-
am tenella
se inspicere
consuevit
Ioan-
na.

Christus
eam à do-
monibus
protegit.

verus ti-
mor quid
operetur.

Timor ser-
vilis est
principium
filialis.

Qui chari-
tate intro-
ducit.

Operatio
& effectus
timoris est
zelus ho-
noris divi-
ni.

R III
36

evadabant gemini lachrymarum fontes.

Gradus iste charitatis nunquam sat verbis calamoque exprimi potest. siquidem eius dignitas inexplicabilis est. Quod in aliquâ nee dum fere rationis compote puellulâ, tam nobilis operatio benevolæ voluntatis ac zeli honoris gloriæque sui conditoris reperta sit. quis oro sincero in corde illo omnes effectus istos operatus est.

*Pauper-
tatis amor
in
Christi
sponsa D.
artis ma-
gis in se-
nerat.*

Non verbis solum, sed & exemplis, typis, figurisque Sponsam suâ paupertatem edocebat Divinus Sponsus; quæ splendor est omnium aliarum virtutum quam ipse nunquam non adamavit, tota vita sua deseruit. Per hæc ei in mendicabili formâ apparuit, unde illa tantum eius virtutis amorem concepit, ut si forte pauperem conspiceret, summo eum honore prosequeretur, quoniam in eo sponsum suum Christum IESUM ob oculos sibi statuebat. Dum domus sua omnia affluere & superfluere, Pauperesque defectum rerum penuriamque sustinere conspicere amarissime flebat, nec facile animum suum solari poterit instanter precabatur DEUM, ut se parentesque suos ad paupertatem redgeret. cui postulato etiam sua Majestas assensit, pro ut infra videbimus. Priusquam tamen id fieret, in consideratione, quod Sponsus suus cum dives esset, propter nos egenus factus est, cogitavit, quomodo ipsa etiam pauper fieret, cum dives esset. Ad eum finem pactum iniit cum puella illa orba, quæ in domo eius educabatur, ut

foras exiret, Eleemosynas corrogatum, sibi que emendicata servaret, vicissim vero suos ei cibos illa asservaret, sic ubi mutuo conventum est recipiebant se silentio in supremo ædium, ibique seorsim depositis utrinque vestimentis, Joanna pauperis puellæ. hæc vero illius vestes induebat. Tum accedens ad pauperem petebat intuitu DEI amoris eleemosynam, & pauperula illa tribuebat ei emendicatum panem. Et quanquam pauper hæc orba leprâ propemolum obsita, aspectuque horrida esset, tamen è manu eius lubens fragmenta panis accipiebat, eis que cupide vesceretur, asservabatque omni ea melle sapidiora esse. Quid non vincit amor! Tali modo Sponsa Christi Ioanna in sua efflorescente ætate paupertatem adamavit, ut vel eius mentio aut imaginatio gaudium ei & gloriatio ex adverso divitiæ Crux mera & tormentum esset.

*Vide mi-
rum puel-
le artifi-
cium ca-
lende
paupertatis.*

CAPVT VI.

*De patientia, quam habuit soror Ioannæ
in adversitatibus: & de penitentia,
quam primis in annis exerce-
bat.*

Divus Papa Leo, ut supremam maximamque perfectionem vitæ Salvatoris nostri Domini IESU Christi in compendio a principio ad finem atque depictam nobis proponeret, ait (*Serm. 2. de Ephiph.*) Christo Domino nihil in virili ætate suaque in passione desuisset, de infantibus mansuetudine, neque in in-
fancia

fantia de virili fortitudine, prorsus idem (cum analogia tamen, quæ DEUM inter hominemque intercedit) dicere possumus de Virgine Sorore Ioanna. Tam perfecte illa Sponsum suum est imitata, tamque vestigiis eius fixè impressit sua, ut omnes dolores cruciatusque pertulerit, & quidem dum iam annosa provectaque ætate esset infantili mansuetudine, & dum parvula fuit, virili generositate ac patientia.

Ioanna imitatur Christum in patientia.

Posteaquam fratres eius viderunt usque adeo eam omnem humanam inanemque gloriam & honorem contemnere, tantopere eam exosâ habuere, ut factis verbisque plurimos ei despectus, iniuriasque irrogarent, fere semper alapis caderent pugnisque converberarent; sed in furente hoc turbine cautis instar immota fixaque perstitit. Eo tempore apparuit ei Diva Catharina Senensis aitque ad eam: Filia, etiamne ægrè ac dolenter fers, quod hi tam dire tecum agunt, tibi que tot ac tam ingentes iniurias & contumelias inferunt? Non sane, respondit patientissima parvula Ioanna: meis namque maximis malis hæc & plura sum probe commerita, ideoque nulla mihi aut querelarum aut indignationis suppetit causa. Sic tibi ait rursum Sæta sæper agendum erit. Conice oculos tuos in Christum Dominum nostrum; semper hoc exemplar in oculis tuis gere. En, filia, multæ sane tibi tribulationes erunt tolerandæ sed hæc sunt gaudia & gratiæ, quas DEUS electis suis confert. Hisce Diva Catharina videri desit, remansitque cor huius tenellæ Vir-

Alapis a fratribus caditur.

Sed omnia profert libenter.

ginis usque adeo corroboratum, ut sese animo erigèret, ad ferendas fortiter omnes injurias & adversitates, caputque tum etiam peracerbas pœnitentias exercere.

Circa Annum sextum ætatis, ignara adhuc Ioanna quid peccatum mortale esset caput suum innocens tenellumque corpusculum grandis peccatoris instar castigare. Quatuor genera flagrorum ei in usu erant. Alia fuere è catenulis ferreis acutis acubus intorsum recurvis armata. Alia fuere vrticæ. Tertium genus erant virgæ. Reliqua fuere funiculi in quibus aculeorum vicem subiere clavi. Hisce quaternis flagris sese diverberabat quotidie singulis centum sibi rebus infligens, sic ut delicatum corpusculum eius suo se in sanguine balnearet. Post hæc vulnera sua curabat sale, aceto, & potio, quo nimirum acerbior castigatione pœna esset curatio. Id vero nequaquam ei suffecerat, quandoquidem existimabat propriam lenem nimium propitiamque manum, ideoque sæpe numero suam efflictim orabat Sororem ut se flagellaret, quæ quod dirius id exæquebatur eo gratias ei Ioanna majores habebat. Interrogata ab aliis mala beneficium reputabat. Sentiebat namque Sponsa Christi afflictiones, cruciatus, corporisque castigationes, animæ suæ perquam salubres proficuasque esse. Quæ tamen omnia necdum amoris eius sufficiebant moriebatur fere præ infatiabili plus atque plus semper patiendi desiderio. Vota eius etant dolores; siquidem semper hanc animo formabat intentionem, ut

A sexto ætatis anno in se savire incipit.

Horrendæ eius flagellatio & crudelior curatio.

Ingens eius desiderium patiendi.

Salva-

R III
36

Salvatoris nostri dolores, quos ad columnam flagellatus sustinuit; suis tantisper doloribus leniret. Ad eum sinem serviebat, apprimè pauper illa puella, quæ in domo eius enutriebatur. Hanc suo proposito aprissimam arbitrata est, partim quia domi propriæ semper ad manū erat, partim quia sat viribus quippe quindennis; pollere videbatur. Apud hanc muneribus precibusque pervicit, ut proposito suo implendo operam commodaret, quo tandem assensu obtento tacite ad supremam partem domus ambæ se contulere, ubi in obscuro conclavi sese vestimentis nudavit parvula, quam pauper illa puella apprehensam, arctissimeque ad columnam, quæ illic stabat revinctam per acibus funiculis, nodis undique asperatis totis viribus cecidit. Anhelitus viresque puellæ flagellantis sufficiebant flagrum quoque per acre & asperum, at vero corpus quod ictus excipiebat, præteritum delicatumque erat, quare multo profuso sanguine, delicia istæ illi consistere.

Quantumvis tam dire faucia, plenaque vulneribus esset Ioanna, eius tamen ardor plus ultra semper progredi debuit; ut videlicet doctrinam Christi de serpentina prudentia sequi assequique posset, (Matt. 10. v. 16.) nudatum vestibulum per obscurum noctis supra iunceamstoream, quæ cubilis eius pavimento instrata erat, hac illaque trahebat, perinde ac veteris Adami pellem eo pacto exuere, &

aliam novam nimirum christianam induere cuperet. Ad has quotidianas exercitationes, adiciebat etiã continuas alias. nudo corpore gestabat asperam pilis fetisque vestè, quinque nodis protuberante fetosa resti corpus brachiaque eungebat: à Patruo suo lorica ferream obtinuerat, quam iniiciebat nudæ carni, quæ plurimum pondere ferri premebatur, priusque sentiebat pœnas quam pœnam meruisset. Super hæc adinveniebat semper eius deliciasus amor novas dolendi rationes. Dum cum Matre extra domum procederet, pisa immittebat calceis, & strenue figebat vestigia, perinde ac illa comminuendi calcibus plantisque propositum haberet, tanto ut gravius læderentur. Divinis quidem oculis gressus eius plurimū accepti erant, at matri eius nescio quid bardum rusticumque olere videbantur, ita ut ira excandescens, filiolæ suæ immites multos impingeret colaphos. Erat in paterna eius domo ovis domestica, quam irritare solita, efficiebat ut brachia mordens pleno ore frustra carnis avelleret. Ut verò plurimus inde fluens cruor, sisteretur, eluebat vulnera, sale aceto atque urinâ; sed hoc medicamenti genus, peracerbi erat doloris plenum. Si Ancillæ aliquid utensilium fregissent, aut alias errore aliquo aut incuria deliquissent Ioanna advertens eas exinde anxias & tristes, aiebat: ut culpam in se reitterent; proinde mox alienæ culpæ causa vapulabat. Qua in re Christum Dominum nostrum imitata est, de quo Sanctus Paulus ait:

*Prelio ac
prece sibi
ipsa torto-
rem com-
parat.*

*vulnera
sibi flagris
allata re-
novat a-
cerbe.*

*mira enim
sui puni-
endi do-
lendique
inventis.*

*etiam ali-
enas cul-
pas luit.*

qui

Supre-
mus pati-
entia
gradus.

Admi-
randam
Joanna à
tenuis
abstinen-
tia & ga-
le morti-
ficatio.

qui peccatum non fecit, semetipsum peccatum maledictumque effecit. Ita Sponsa eius Ioanna semet peccatricem efficiebat, pœnas, dolores-afflictionesque perpetiando, cum tamen omni culpa vacaret. Hic est supremus patientiæ gradus, ut quis nimirum innocens, velut nocens patiat, & bona eius opera velut malefacta plectuntur. In prædictis sui ipsius mortificationibus insuperabiliter temper constans perstitit. Admirandum insuper in sustentando corpore temperantiam sobrietatemque observavit: & quia parentes eius opibus affluebant, mensis eorundem dapiles cibi, esculentorum varietas, aliaque gulæ irritamenta minimè deerant, quorum tamen nihil unquam Ioanna degustavit. Carnis esu semper abstinuit. Jejunium indies, & quidem diebus Mercurij & Sabbathi in pane & aqua servabat, reliquis verò pane ac lance jusculi seu calentis obsonii contenta. Ut verò hisce eius dapibus omnis sapiditas tolleretur, diluebat eas nonnunquam aquâ aut cinere condiebat, vel absinthii succo amaricabat. Quod quidem edulii genus palato insipidum afflictivumque admodum, spiritui verò animoque eius dulce, ac deliciosum erat. Hoc vescendi more usa est valde cautè, & quantum possibile erat secretò & latenter. Convenerat namque cum ancillis, ut ubi modicum parentes divertisse vultum conspicerent, illicò suam lancem sibi subtraherent. Denique hac in materiâ in sororem Joannam quadrat, quod sanctus Matthæus (c. 11.

Abul. in Matth. 4. 17.) de Præcursore Christi divo Joanne dicit, quod venit Joannes in hunc mundum, neque manducans neque bibens; siquidem tota eius vita perpetuum fuit jejuni-um & continua abstinentia. Tam modicum huiusmodi sustentaculum vitæ, tamque dura mortificatio corporis, id valde debilitaverant. Nihilominus illa nihil ei refocilationis indulgit, noctes enim quieti necessariæ deputatas, in vigiliis, & quidem admodum pœnosis expendebat. Coronâ Beatissimæ Virginis MARIÆ recitando decursa, prædicto in cacabo aqua repleto divina meditari cepit. Cacabo egressa super nudam gelidumque humum nudam sese extendebat, expansisque in formam Crucis brachiis totam consumebat noctem sic perseverans, donec ancillæ ad serviendum ingrederentur; quod toto anni cursu, tam hyeme quam æstate, Christo domino, qui nudus pro nobis in cruce passus est, sese sociam exhibendi animo actitabat, solita tamen sibi dicere: Hoc tempore sponsæ Christi ad Divam Claram in choro pervigilant, ubi divinam majestatem laudibus colunt ac venerantur, & ego tam ingens peccatrix quieti indulgeam, & in lecto meo jaceam? Absit hoc ò Deus, Prò quàm multis fatuis virginibus ruborem hoc factum meritò excutere posset, quæ opinione suâ sanctæ, & tamen in servitio DEI usque adeò segnes ac pigræ existunt.

At nostra prudens Virgo non ita egit, quæ divino in obsequio ac cultu, noctes diesque totis viribus irremisse

Noctes
qualiter
ducit per-
vigiles.

R III
36

*Perdita
& per
in servicio
DEI Io-
anna, e-
ius tamen
gratia in-
dignam
se repu-
tat.*

missa se doloque perstitit, & nihilo
secius gratiâ eius indignam se repu-
tabat. Quodam tempore peracti
hyeme, quales fere Burgi esse sue-
vere edebatur in Urbe illâ speciale
quoddam personatorum scenico-
rum spectaculum, honori celebri-
um quarundam nuptiarum, qua-
propter eius parentes maturius cœ-
navere; ancillisque iussis, liberos
quantocyus in lecto componere,
domo egressi sunt, ut eo spectaculo
fruerentur.

*Vide mi-
rum eius
sui mortifi-
candi
artifi-
cium.*

Parvula verò joanna ancillis ait:
se nihil eas morari, quin lectum su-
um peterent, quod & ipsa factura
sit, quam primum sua peregisset:
habuerunt fidem dictis ancillæ, &
recesserunt. At verò joanna deside-
rio aliquid pro DEO perpetuendi,
aperit fenestras, seque super emi-
nentia foras clathra collocat, col-
lectis in modum tormenti aut can-
nabis globosum in fascem membris.
Perseverabat ita totâ nocte in atro-
ci frigore, nive geluque, quod tum
præter modum sæviebat. Habita-
bat in vicinia faber suis cum sociis,
hi præ maturè antè lucem suo ope-
ri incubuere. Ubi dum fortè oculos
attollunt, quiddam intra clathra,
in modum compactæ globatim ve-
stis aut floccorum, totum nive co-
opertum conspiciunt. Admonent
eius rei domesticos, & quærunt
quidnam id rei sit? Ubi igitur illi
fursum accurrerunt, joannam illic
reperiunt, quæ velut infans Bethle-
emiticus, plus amore intus ardebat,
quàm frigore foris tremere. Ita in pri-
ma ætate studuit suum Sponsum
imitari.

Quantumlibet spiritus eius tam
fortis, semperque pati paratus esset,
quia tamen caro eius infirma ac
prætenera fait, tam dolorosæ duræ-
que exercitationes istæ, vires eius
usque adeo dejecere, ut ex inde in-
præfens discrimen vita laboretur.
Dirum quoddam ulcus, tumensque
aposthema eius gutturi infederat,
quod Medicos omnes ac Chyrur-
gos in summam coniecit anxietate-
tem, parentibus verò summo dolo-
ri fuit. Quilibet eorum ex hoc mori-
endum illi indicabat. Nuncium
hoc, ad quod alioquin toto cum
sanguine medullæ inhorrescere so-
lent, Sor. joannæ gratissimum acci-
debat, interius eius gaudium è læto
ac renidenti ore facillè deprehende-
batur; omnes igitur stupore attoni-
tos tantaque lætitiæ causam inqui-
rentes in multo maiorem rapuit ad-
mirationem subsecutum mox res-
ponsum, quo ait: Quod si nunc
“moriar confido in misericordia
“DEI, quod ne purgatoriiis pœnis
“addicet; sursum ingentia & terri-
“bilia profusus torturata; quamo-
“brem lætor, quod mediante morte
“eo deventura sim, ubi DEI causa
patiar. Exemplum istud nobis me-
rito ruborem eliciat; qui cum tan-
ti peccatores simus, tantam tamen
aversionem à pœnitentiâ gerimus.
Excusamus nos, dicimusque: debi-
les ac infirmi sumus. O vana ex-
cusationum effugia! Certè culpa
hæc non naturæ, sed inutilis, frugis-
que nullius status nostri est. Quod
Angelica ista sexennis puellula,
tam multa ultrò patiat, suæque
pueritiæ ac tenerimæ complexio-
nis

*E nimis
afflicti-
onibus in
morbum
incidit.*

*Prodi-
gium pa-
tientia.*

*Quod
omnes
nos con-
fundit.*

nīs immemor, tanta pœnitentiæ agat opera, neq; his omnibus exfatietur hoc sanè omnē nostræ defidiæ excusationis umbram velumque tollit, & impœnitentiæ nostræ duritiem redarguit.

CAPUT VII.

Soror Ioanna ætate ac virtute proficit: de eius singulari devotione in audiendo Sacro Misse Sacrificio, & gratia quadam, quæ illi in eo obvenit, sicut & de quibusdam documentis à Sponso cœlesti eidem datis.

SAcer Evangelista Lucas ait: (Luc. 2. v. 42.) quod puer Jesus proficiebat ætate & sapientiâ, & gratiâ coram DEO & hominibus. Quod intelligendum est, non quod ille secundum divinitatē sapientiâ & gratiâ profecerit; sed quobis, ut verus homo, suæ humanitati se accomodaverit; & sicut ætate proficiebat, ita exterius etiam sapientiam virtutemque suam demonstrabat magis. Quapropter si verba hæc intelligimus prout sonant; possumus id, quod sacer Historicus de puero JESU asseruit, cum omni proprietate suâ, de Parvula JOANNÆ de IESU Maria asserere, quoniam juxta ætatis annorumque incrementum, etiam in sanctis exercitationibus suis crescebat.

Postquã 8vum ætatis annū attigerat, pœnitentias assumebat acerbiores, castigationes, quoq; corporeæ, diversis flagellorum generibus illatæ, erant totæ cruentæ. Non sufferunt illi cruentæ plagæ, quas in-

ferebat pauper illa puella, sed ad eandem operam præstandam, etiam sororem suam invitabat incitabatque. Ita tres illæ concedebant ad obscurius illud superiorum ædium cubile, ubi ambæ JOANNÆ vestimenta detraxere, atque ad columnam alligatam, primùm una earum acerbè flagellabat, qua flagellata succedebat altera, ita ut utraque verberando lassesceret, JOANNÆ verò nunquam patiendo lassari potuit. Ab eo pleno dolorum exercitio, dum consideraret qualiter sanctis Martyribus unguis ferreis corpus disceptum fuerat, rogabat pauperem illam puellam, ut vel unguibus, vel asperiore lima corpus suum à planta pedis ad caput usque dilaceraret. Er postquam undique à multa flagellatione illa, horrendum in modum convulnerata esset, totum corpusculum eius suo in sanguine quasi natabat. Ad hæc rogabat fratres ac patruales suos, ut eam terræ afflictâ pedibus calcarēt, tū verò capillis in altū sublata iteratis colaphis & alapis collum vultumq; diverberarent. Dum sola erat, sæviebat in se ipsam alapis, neque ullus patiendi modus concipi ab illa potuit, quem non in opus deduceret, corpus namque suum pro connato inlitoque ac capitali hoste semper habuit. Undè frequenter repetebat nomen Divi Bernardi; Exurgat DEUS in animam meam, & dissipentur omnes inimici eius, nimirum concupiscentiæ carnis moriatur caro, quæ DEI bonitatem contemnit, se ipsam deperit, amica mundi est & mancipium Diaboli.

Insatiabilis patienti fammes.

Exemplo Martyrum quali se martyrio afficiat vide.

Suum corpus hostis loco habet.

D Hisce

Ioanna cum Christo crescit ætate & sanctis exercitationibus.

Hiscæ carnis mortificationibus, virtutes eius indies crescebant, siquidem iuxta dicta Sanctorum Patrum mortificatione perficitur virtus; velut igne aurum Humilitas & timor Domini eò usque in eâ convaluerunt, ut cum tremore cubiculo suo egressa vix progredi auderet, timens ne terra dehiscens, vivam absorberet. Maximam totius orbis peccatricem se arbitrabatur, planeque existimabat se ob ingentia ac plurima sua scelera, palam à DEO confusum iri. Per id tempus circumdabat eam frequenter lux, & quidam cælestis splendor & quanquam indubitatum certumque haberet, è cælo dimissam gratiam illam, tamen arbitrabatur ex profundâ humilitate, Divinum id monitum esse, ad se præparandum, pro suscipiendâ pœna à divinâ manu immitendâ. Quamobrem nudabat se vestimentis omnibus, sicque nudata in genua procubuit, & inclinato demissoque corpore, brachiis expansis, ac toto demum corpore, coram DEO in solum prostrata, cum pœnitente Davide „ aiebat: Domine, hic vides ante „ oculos tuos, inutile hoc tuum „ mancipium, quod haud quaquam „ tibi servit, sed te magis offendit. „ En hic paratam me habes; ad pœnam afflictionemque quamcunque suscipiendam, sine eam super „ me venire iuxta beneplacitum tuum „ tam gravis acerbique non erit, „ quam ego mereor; te siquidem, „ dum iratus fueris misericordiæ „ recordari certum persuasumque habeo. Vix credibile videbitur, vi-

quantum
in Ioanna
Timor
Domini
& humi-
litas ac-
creverint.

admiran-
da sui
despectio.

tæ spiritualis parum peritis, tam puram labe innocuam sanctamque animam, se in veritate mximam peccatricem agnoscere potuisse, at ii qui hoc in genere vitæ experti sunt, facile id concedent & fatebuntur. Sicut namque in obscuro quopiam cubiculo, nihil sordium advertitur: cum vero à sole illustratum fuerit, undique volantes minimos atomos vides: Eodem prorsus modo, quando anima nocte peccatorum obtenebrescit, tum lumine destituta, difficulter peccata sua quamque ea gravia & multa sint agnoscit, ubi vero à DEO illuminata fuerit, tunc in lumine Divino clarissime novos malaque sua aspicit, ita minima quæque ei maxima videant, quandoquidem DEUS magnus per ea læditur, qui immensum summumque bonum est, proindeque dignissimum, qui infinitis modis ametur.

Habebat Soror joanna perfectam illuminationem divinam, per quam defectus suos clarissime cognoscebat, ita ut minutissimi errores illi, ut abominabilia flagitia, omnique pœnâ dignissima viderentur, quia nimirum DEUS illis offenditur. Ornata quoque venustè erat compluribus cælicis virtutibus, potissimum tamen magna & profundissima humilitate. Ea tamen virtus non alias magis eluxit, quam dum eius conscientia arbiter illam ad sacram synaxim accedere iussit. Id ipsa recenset hisce verbis: Tempus advenerat, quo præcipiebatur, ut ad sacram Communionem accederem, hic ego plurimum anxiebar, quoniam „ non præsumebam, timebam enim

Qua ratione fiat ut purissima anima se pestiment omnium.

Sublimissima sui despectio.

ne

ne me deus fugeret & hoc ipsum omnes homines visuri essent (*Vit. ipsius n. 6.*) Potestne hac in materia plus majusque aliquid dici? Quid humillimus quisq; humilius de se dicere, quid abjectius sentire possit? Optandum foret ut sic animati essent mortalium quam plurimi, qui audacter nimis sacræ mensæ quotidie accumbunt. Sed hoc in puncto regula certa unaq; observari nequit; quapropter summa curatoribus animarum decreto adhibenda est, qui e quidem bene dispositis probatisque hominibus, quotidianam communionem laudabiliter permittunt.

Ex salutari isto timore, summaque erga augustissimum Altaris Sacramentum reverentia, nascebatur in Sorore joanna demississima in audiendo sacrosancto Missæ Sacrificio devotio ac veneratio. Quisque eam videns, singulari eius devotione, morumque modestia, & compositione inter divinatorum mysteriorum celebrationem, eximie ædificabatur; quandoquidem celesti cupiam Angelo, quam cuiquam mortalium similior videbatur. Christus Dominus eam eruditit quemadmodum in hoc sacrosancto Sacrificio eius Passio representatur; quare ut mysterium hoc majore cum doloris sensu expendere, scrupulos genibus alligabat, omnia sacra flexis genibus saxi adinstar immota audiebat. Confabulatione forte sub sacrificio exorta, quodlibet verbum acutissimi instar speculi intollerabilem cordi eius doloris sensum insigebat. Cum verò de eius modi loquaculis, ejuscemodi lo-

quaculis vindictam sumere non posset, caro sane id proprium corpus eius solvere debuit; linguam quippè suam & labia atrociter dentibus mordicans cruentabat imò particulas linguæ morfu avellebat. O Christiana proffus ira, qua tam mitis agnellas velut leo exarsit! O quid non potest zelus capti semel DEI amore cordis! Quis oro in consideratione tanti fervoris non desleat, tam exiguam devotionem distractosque ad alia mortalium animos, quibus aliqui huic sacratissimo maximoque mysterio, Regiæque Christi Domini in sanctissimo Sacramento præsentia interfunt? Ipsi Missam non audiunt, & alios in devotè audienda impediunt, eoque pacto horrendam severamque divinæ justitiæ hoc Sacrosancto Missæ Sacrificio in se provocant, censuram quod immensus alioquin thesaurus, inexhaustæ ipsius misericordia existit. Ex adverso devota creatura hæc, sua singulari modestia, devotionis fervore, profundaque reverentia, qua sacrosanctis mysteriis intererat multas ingentesque gratias à DEO est consecuta. Præsens quandoque ad majorem aram, videbat ostiolum tabernaculi apertum, & Christum Dominum in eodem tabernaculo forma ascendentis in cælum, se ei exhibentem. Quod illi semel ac iterum ingentem quidem, mox tamèn evanescentem incussit pavorem, contemplantur Domini tali in ecstasi, velut oculis undiq; prædita decor eius ac venustas, cor ei rapiebant; nesciebat quid ageret aut loqueretur. De-

Vide stupendum honoris Divini zelum.

Devota Sacri auctio est multorum bonorum thesaurus.

Christus ei in tabernaculo apparet.

mum eo in raptu cœpit alta clamare voce: Videte vos Dominæ, videte. Sed illicò percepit amœnissimam intus vocem sibi dicentem: Tace, tace: hoc namque non est pro omnibus Humilitas simplicitasque innocentis huius columbæ, tanta fuit, ut persuaderet sibi, DEUM Sanctosque eius toto orbe, cum hominibus perinde agere atq; secum, quodque omnes eisdem gratis donisque fruèrentur, quippe quæ de se minimam, de aliis ingentem sanctamque opinionem gereret. Dum igitur ad præfatum eius clamorem circumstantes quærerent, quidnam spectandum esset? Respondit: nihil, nescivi namque quid loquerer. Hisce actis apparuit illi diva Mater Theresia de JESU, dixitque: Filia, gratias istas, quas DEUS tibi largitur, non debes in vulgus propagare, sed de iis solo cum Confessione tuo conferre, atque id summa cum humilitate, indignam quoque te iis percipiendis censere. Hac instructione melius erudita fuit. Optandum oppidò esset, ut plurimi mortalium id bene adverterent, qui cum vix quadriduò orationi vacarint, seque cælestibus meditandis exercitarent, protinus DEUM ad colloquium trahunt, ajuntque hoc illudve Deum ad se dixisse, quibus tamen in veritate Deus nunquam loquitur. Qui si insuper apud homines boni sanctiq; videri ac haberi quærunt, tanto miserabilius & periculosius errant quandoquidem statum reique animæ ac spiritus istud concernit.

Post acceptam à Diva Matre

Theresia instructionem; aliâ vice DEUS eam vocavit, dicens: Filia Ego sum præceptor tuus; inclina ad vocem meam aurem tuam, & accipe documenta, quæ ego tibi trado, quæ admodum salutaria sunt, quippe quæ à me proficiuntur. „Primo reverere debito honore ac „respectu Patres spirituales Confessoresque tuos, qui meas vices agunt. Dum eis morem geris, mihi „obedis, non tamen multa cum eis „colloquia misce, neque conversationem alias cum eis habeas, nisi quantum ad directionem conscientiæ tuæ pertinet. Præsentibus „eis aliisve te maioribus ac senioribus, nunquam loquere, quasi aliquid scias, sed velut aliquid discere velis. Cum aliis vero loquere, „non nisi interrogata, vel cum res „præsens id multum exigit, & hoc „tam paucis, ut necessitatem non „exceedant omni tamen tempore „bene attende, ne quid loquaris, „non ante bene perpentium. Tametsi materiam, de quâ agitur sermo „jue sit, intelligas, non tamen „id foris prodas, plaris æstima te „inscientem, quam intelligentem „sipientemque haberi. Otiare nunquam dum domi es, otium desideramque velut ignem fuge. Tempus quod exercitationibus tuis „superest, impende manuali cupiam operi, & exerce te inter illud „in sacrâ rerû mysteriorûq; divinorû „meditatione, ut ex æquo operis „sæper, foris corpore, intus animo. „In mensa gere te perquam modestè, & considera te mensæ meæ accumbere, & priusquam buccellam

*Doctrina
Ioanna à
Christo D.
tradita
profus
Divina.*

*Divina
dona
gratiæq;
non sunt
vulganda.*

lam

Quomodo
Religiosè
comeden-
dum.

Quomodo
domo e-
gredien-
dum.

Præsentia
DEI ubi-
que ob-
servanda.

“Iam ori ingeras, animi meditatio-
“ne in pretiosissimo meo sanguine
“intinges. Antequam domo exeas,
“pete à me, ut gressus tuos, verba
“actusque dirigam, ut omnia ad
“meum maximum honorem glori-
“amque cedunt, nec à te in aliquo
“eorum offendar. Dum domo egre-
“deris, id fiat summa cum mode-
“stia, humili gravitate composito-
“que gestu; considerando te versari
“in oculis DEI, Angelorum & ho-
“minum. In plateâ nulli loquere
“nisi magna cogente necessitate,
“vive quantum fieri potest à crea-
“turis segregata folique Creatori tuo
“dedita. Obliviscere mundi; con-
“versatio tua sit in cælis. Desidera
“unicè & suspira cælestia; & sum-
“mam ad perfectionem aspira:
“proptereaque perfice omnia di-
“ligenti cura ac sedulitate, quæ ego
“cordi tuo ingesserò. In præsentia
“mea ubique age & ambula, sicque
“te gere velut is, qui coram DEO
“astat, & cogita, quod cogitationes,
“verba tua ac opera, oculis meis nu-
“da aperta que sint, egoque ea om-
“nia inspiciam, ponderem & judi-
“cem, quodque omnium rigidam
“rationem sim exacturus: Nun-
“quam adverte animum de ea quæ
“egisti, sed quæ agenda negle-
“xisti, & quanto amplius mea causa
“laboras, tanto intimioribus è me-
“dullis cordis fateri debes inutilem
“reservant, nulliusque fugis usus,
“que esse: & quod cum te crearem,
“alias plurimas condere potuis-
“sem, te gratitudine exuperaturas,
“mihi que impensius servituras,
“Confidera in hoc quantum mihi

“debeas, quantumque mali re-
“pendas: Vide sis quam luculenter
“in te reluceat mea munifica mise-
“ratio, neglecta vilitate & indigni-
“tate tua. Nunquam temerè alium
“judices, de eoque male sentias;
“sed de te sola. Si errorem quem-
“piam in proximo observaris, ex-
“cusa ea charitate quâ potes: ut mi-
“nimùm intentionem excusato, si
“factum nequeas.

Proximus
nunquam
judican-
dus.

Hæc & alia complura documen-
ta tradidit charissimæ discipulæ suæ,
divinus magister. Illa quoque animæ
suæ, non attenta puellari imbecilli-
tate, memori animo alte ea impres-
sit, pro speculo habuit, ad quod to-
tam vitam suam composuit.

CAPUT VIII.

Angeli eam Zonâ præcingunt, virgineæ
puritati intuito collocandæ. Magnanimus
amor, quo semper erga hanc vir-
tutem flagravit.

Virginitas de cælo venit (Luc. I.
vers. 14.) Filius DEI cum
Sanctissima matre sua etiam eam
hic in terris cohonestavit. Et qui-
dem immaculata Virgo Maria, tan-
ti eam fecit, ut virgineo profus pu-
dori consultum voluerit, quam ut
Mater DEI fieret, concessum præ-
beret. Immo promptior Divino illo
honore quam Angelicæ Virginita-
tis integritate carere. Quam Filius
dignissimæ huius Matris non mino-
ris æstimavit; quippe ex sensu Divi
Hieronymi (Ep. 21.) ut primum is
in orbem introiit, cohortem virgi-
neam seu chorum terrestrium An-
gelorum instituit, ut ab his æque
D 3 hic

R III
36

*Virginū
Chorus à
Christo in
terris in-
stitutus.*

*Ioanna
preserva-
tur à
commu-
nibus ca-
stitatis
hostibus.*

*sopiendo
in ea fo-
mitem
concupif-
centia.*

*Angeli
eam Zo-
nā casti-
tatis præ-
cingunt.*

hic in terris, ac ab illis in cælis coli adoratique possent. Ex quo colligimus Virgines, Angelos, & Virginitatem Angelicam magis, quam humanam esse. Hac virtute Soror Ioanna à IESU MARIA, tam excellenter eluxit, ut hoc in mortali corpore, Seraphinus quidam cælestis potius, quam terrestris famina videri æstimarique potuerit. Non solum ab ineunte ætate DEO virginitatem sacravit, sed & idem benignissimus Dominus illam servavit, à communi omnibus discrimine, in quod eam, hac in materiâ castitatis, tres illi animarum hostes præcipitem agere potuissent; quandoquidem in ea sensualem vel carnalem concupiscentiam quæ præcipuus, insitus, conatusque hostis nostrer est, nostris nos impugnans debellansque armis in eâ sopivit repressitque. munus hoc octenni illi contulit Deus. Dum nempe iam in ea lumen rationis sensim glisceret; atque tunc, cum eâ considerando tot tamque gravia pericula, quæ castitari hoc in orbe imminet, in perpetuo timore eius amittendæ versaretur. Rogabat ergo DEUM instantissime ut cor corpusque suū immaculatum conservare vellet. Dum igitur vice quadam eâ intentione flagris se diverberaret, vidit duos Angelos venientes ad se, qui lumbos eius Zonâ quadam, plena reconditis mysteriis cinxerunt, corporique artē distinxerunt, dicentes: Vive porro tuta securaque: quippe Deus tibi confert gratiâ, quâ illibatam virginitatis pudorem tota vita tua ferves. Ab eâ die non solum

à carnis concupiscentia ac incen-
vo libera vixit; sed toto etiam suæ
vitæ descursu nihil obscœni, ac ne
minima quidē impura affectio sen-
sasve titillatio eius animū impetiit.
Id ipsa asseverat verbis suis, quæ e-
go accuratè perpensi, non solum
quia eius sunt, sed quia magnam
continent ædificationem. Ita igitur
ait: Alia quadam vice, dum me
flagris cæderem, contigit sub an-
num circiter ætatis octavum, ut
duo Angeli mihi apparerent, qui
me candido quodam cingulo cin-
xere, mihi que asseverarunt divi-
num hoc munus esse, ad conser-
vandam virginitatem meam;
possumque in veritate dicere,
nunquam me deinceps vel tenuè
judicium lasciviæ in me depræ-
hendisse. DEO sint immensæ gra-
tes, cui perspectum cum primis
est, quam parum mihi sit fiden-
dum. Quantæ prudentiæ est
humilitas ista, quæ summas inter
cælestes gratias, sui demittendi an-
sam invenit?

Jam dicta à fomite concupiscen-
tiæ sororis nostræ Joannæ immuni-
tatis collatio, perquam rarò ad eum
modum alicui hominum confertur.
Quibusdam equidem sanctis qua-
dantenus id contigit Angelico vide-
licet Doctore Divo Thomæ Aquina-
nati, qui duos Angelos renes suos
Zonâ cingentes vidit, nec posthac
ullum libidinis motum persen-
sit.

Sororis tamen Joannæ liberatio
specialis in modo fuit: quippe ea
Zona invisibilis ac imaginaria, sed
vera ac materialis Zona fuit. Istud

*Cuius ea
zona for-
ma mate-
riæ, sue-
ris.*

illa

illa jam Monialis effecta, Superiorum iussu jurejurando firmatum, ac totius denique rei seriem ac modum declarare ediscere reque coacta est. Quod nimirum zona illa, quæ ab Angelis præcinctæ lumbos fuerat, verè realis ac materia constans fuerit; se tamen liquido scire non posse, an materia hæc serica, an lanæ, an linea fuerit, tamen sibi visa è bysso candida prætenui texta, fuisse. Ignorantiæ verò hanc subesse causam. Quod zonam illam summam cum reverentiâ habuerit, nec ausa sit unquam eam deponere ac inspicere. Aiebat quoque se zonam illam pluribus gessasse annis, donec eam cuidam Abbatisse, Eleonoræ Gallo nomine tradidisset, quam illa expectabat aservandam. Demortuâ porrò eadem Abbatisse, zona illa summo studio, sed nequicquam quæsitæ est, siquidem cognosci à nemine potuit, quorsum devenisset. Forsitan visum DEO, quandoquidem de cælo allata fuerat, ne in terris porro remaneret, quippe quæ ad cælestem penam, remque illic vestiariam pertineret. Deinde causa specialis, quare DEUS tantam gratiam ei contulit, est alia (quàm illa per eandem occasionem innuit) nimirum persuadere illam sibi ac pro certo habere, potissimam rationem, quare DEUS tantum in eâ prodigium patrarit esse, quod cum is statuisset sacratissimæ Passionis, ac vulnerum suorum stigmata eius corpori imprimere, debuerit eâ de causâ, materia illa excipiens, corpus videlicet suum præfati muneris beneficio summa puritate ad excipiendâ cor-

pore Divina Regiæ; insignia Christi veri DEI hominisque, disponi & præparari. Resplendet sol in Porphyrite, marmore, Alabastro, nec tamen eorum ibi figuræ aut imagines videntur, requirit ad materiam magis diaphanam, levem ac pelluentem, ut videlicet purissimam Chrysellum, aut illinem limpidissimamque lympham. Quanquam igitur ea in virtute tam solidum posuisset fundamentum Ioanna, tamen perinde ac quisquam fragilissimus mortaliu custodiam sui gessit: quippe hæc in materia vitanda summeque cavenda est minima etiam præfidentia Veritatis namque ipsius dicto: qui amat periculum in illo peribit. Quapropter pudicissima Virgo nostra, morte peius fugit omne discrimen. Segregatio eius à rebus creatis erat proflus rara & singularis nihil confabulationem nõrat, cum pone accolentibus vicinis ad ostia domorum. Nunquam in vitâ sua è fenestrâ prospexit, seve visendam illinc præbuit. O quam multis Virginibus vana curiositas exitii origo fuit! Viros Ioanna abominabatur, ut Basiliscos, qui oculis suis eminus virus transfunderent; ea propter cum nullo familiarius egit, aut colloquia miscuit, tamen propinqui essent non nescia quam res prætena sit Virginitas, quæ perinde ac Crystallus halitu solo impuratur & obscuratur. Summo studio doctrinam Divi Ambrosii secuta est: (Exord. ad Virg.) quam cuidam Virgini tradidit. Ne passum quidem unum (inquit ille) feceris; sine matre

Tanta
in securi-
tate
quam
caute &
solicite se
Ioanna
gesserit.

Causa
genuina
cur ei De-
us id be-
neficii
contulit.

“matre tuâ. Hæc sit pervigil custos
 “tuæ honestatis & decoris. Eadem
 “ratione secuta est eius Mater con-
 “siliium Sancti Hieronymi, quod
 “Lætæ suæ dedit ad educandam
 “Paulam filiam suam. Nunquam,
 “ait ille, sine te eam foras progre-
 “di sinas. Ne ad templum quidem
 “progrediendum est filia sine ma-
 “tre sua, aut vel momento uno à la-
 “tere eius discedendum. Sacrum
 istud & sapiens documentum si stu-
 dio pari servarerur, non tot matri-
 bus deslendum esset filiarum exiti-
 um, nec tot filia de rigidiore & per-
 vigili matrum suarū custodia qua-
 rerentur.

Vtraque nostra mater æque ac fi-
 lia doctrinam prædictam accurate
 observavere. Vigilantior esse mater
 non potuit in servanda filia, nec fi-
 lia attentior, ne à matris latere vel
 tantillum avelleretur. Evénit tam-
 en ut dum ambæ rei sacræ inter-
 futuræ templum ingrederentur, ip-
 so in limine velum capitis Ioannæ
 nostræ super humeros deflueret,
 vultusque eius à compluribus ho-
 minum spectaretur, ea vero coram
 omnibus rubore profunderetur.
 Erat id temporis staturæ longitu-
 dinem suam assecuta, pervenustâ
 facie totâque compage corporis.
 Dum verò eam infortunii eius pu-
 deret, Virginei pudoris rubor, na-
 turalem in ea pulchritudinem mirè

*Videri ab
 aliis tor-
 mentum
 quale lo-
 cuna fu-
 erit.* eaque amabilitate auxit, ut omnes
 qui aderant, summe eam admira-
 rentur, usque adeò ut non nemo
 exclamarit, palamque eam pul-
 cherrimam mulierum prædicarit.
 Sermone nullo exprimi potest,

quam ea laudatio (suismet excepta
 auribus, acerbi doloris ei causa e-
 vaserit; Tranquillum alioquin eius
 cor, perinde eo dolore emotum
 turbatumque erat, atque à ventor-
 um turbinibus mare. In mentem
 veniebat ei quod de virtutibus ait
 Tertulianus (*De velam. Virg. c. 3.*)
 debere honestarum animos pude-
 re pulchritudinis, quandoquidem
 pulchritudo insita vi ad libidinem
 concitat, quanto quippe pulchrio-
 res sunt mulieres, tanto majore vi
 virorum animos invitant irritant-
 que ad libidinem. An pudica virgo
 honestique tenax non pudeat; I-
 gitor ubi domum rediit, ut dolori
 suo affectuique concitato levamen
 aliquod aut eventilationem quare-
 ret, ait ad DEUM. Quid hoc rei
 est, sponse mi dilectissime! e-
 tiamne ego specie oris vultusque
 mei velut Basiliscus ad lasciviam
 homines provocem & alliciam,
 mortalique isto corpore, æternam
 mortalium animabus mortem ac-
 cerfam? Itane dono tuo mihi col-
 lato pulchritudinis, te DEUM
 Dominumque meum propriis ve-
 lut armis tuis petam & impug-
 nem? Hoc proflus ferendum non
 est, nec ut fiat convenit melius
 quippe est ut decor corporis mei
 intereat, quâ animæ ad te offendē-
 dum concitentur. His dictis, ingenti
 ardore exæstua. incita ad igit-
 nem properat, succenat apprehen-
 ditque manu candens ferrum, plu-
 ribusque locis faciem eo perurit,
 ac demum aspero panno undique
 fricando perarat, usque adeo ut hu-
 mano aspectui miserabile spectaculum

*Pulchri-
 tudo illi-
 cum Ve-
 neris.*

*Faciem
sibi peru-
rit & ex-
terminat
ne viro-
rum ocu-
los eius
specie la-
dat.*

lum, Divino vero gratum acceptabileque cum primis exhiberetur. Nullus dubito quin Heroicum istud facinus plurima corda Christiana percelleret ac immollet. Altera hæc jam est iniustitia faciei eius. Prima fuit ut se Altissimo in mancipium diceret; Hæc posterior est, ut mancipatui servitutique Diaboli abrenuntiaret. Utrumque verò nobis manifestat interiores flammæ Divini Spiritus quibus Sor. nostra Joanna arsit, siquidem à cadente ferro igneque, nullatenus abhorrebat divini ignis & incendii, amorisque in peccatore flagrantis indubitatum est indicium.

CAPUT VIIIIL

Dæmon incipit virtutem eius impugnare, ac illa cum DEI auxilio de eo triumphare.

Nulla virtus inquit Lactantius (*de fals. sap. inst. divin. l. 3. c. 28.*) ad perfectum venit, quæ hoste caruit, quæ eum non subegit deq; eo triumphavit. Quippe ex doctrina Divi Thomæ Aquinatis (*in 3. dist. 23. q. 1. art. 34. c. 1. in corp.*) nomen hoc virtus, sive in fonte tantundem ac vim significat, seu repugnantiam resistantiamque, quæ sita est in pugna & bello, quod gerit virtus cum adversario suo, nimirum peccato ac Dæmone, suis hostibus. Virtute namque præditus nititur declinare à malo, & facere bonum; Hostis ex adverso conatur eum à bono avertere ad faciendum malum. Denique uterque mutuo in se pugnant, velut duo hostes, quo in

*Virtus
quod sit
officium.*

congressu ac repugnantia, si virtus vincat, triumphalibus coronis donatur. Eadem siquidem est bellandi ratio, & lex auctoritatis ac DEO militantibus exercitibus, quæ terræ militæ castris, in quibus voluptas desidiaque militis, nihil boni generosive animi portendit. Pugnare, ferre, inferreque vulnera, sunt vera generosi & audentis animi signa. Hinc plurimum addubito an præcipuos inter Christi fideles, qui necdum canonicè inter Sanctos relati sunt, quisquam reperiat, qui in arte ac audacia bellandi contra stygios hostes, nostram Heroicam generosamque Viraginem exuperet, quandoquidem tota eius ferè vita, nihil aliud fuit quam cruenta cum dæmone eiusque satellito dimicatio, qui illi quidem tormenta ingentia doloresque intulere, at è contra illa innumeras, prorsusque nobiles de eis retulit victorias.

Ab infantia eius nihil non egit spiritus malignus ut murum invictæ eius fortitudinis transcenderet; omnem in hoc possibilem impendit conatum, omnem exhaustit artem. Quandoque visus est ei horribili specie, ad indicendum certamen, minisque ac insultatione pavorem illi incutiendum. Alias vero transfiguratus in Angelum lucis, loquebatur ei ad speciem bona, cum suavi quodam & amabili agendi modo; tali ut nimirum pacto, astuque ei imponeret. Quodam tempore suo in Sacratio tota collecta atque in DEUM absorpta, vidit se circumfusam innumeris exercitibus stygi-
orum spirituum, qui arma gestan-

*ESS non
Canonizatis
vix
quisquam
Ioanna in
magna
nimitate
conferendus.*

*Varis
artibus
ab infantia
à Dæmonibus
petitur.*

tes manibus, parati erant ad dimicandum, ei velut certamen offerentes: O imbelles vos ac timidos canes! tantas qui copias adversus unam parvam puellam educitis in aciem, nimirum, quia nemo vestrum solus congressum audet. Interea omni ex parte Ioannam aggressi sunt; sed innocens hæc ovicula intimis suspiriis implorabat opem Pastoris sui ac sponsi; qui etiam præfens quidem aderat ad eam iuvandam, differebat tamen sensibilem suam assistentiam & opem, quandoquidem summa teneretur voluptate in eius luctu ac certaminis aspectu. Beelzebub verò haudquam moratus, hac sibi præcommoda occasione uti, transformat se protinus in personam Christi, sedens in sublimi throno majestatis, ostenditque se advenisse, ut districtum iudicem, ab ea rationem postulaturus, totoque vultu iratum trucemque animum demonstrabat. Hoc spectaculum videbatur bonæ Virgini mirum ac admodum triste, tantoque exinde pavore correpta est, ut tremore concuti, ac deficere inciperet: loquelâ anhilituque interclusis frigidus sudor toto a vertice capitis ad plantas pedis corpore profiliit. In summa, prorsus ignorabat quid ageret, quidve diceret. Angustia hæc eò gravior evasit, dum videret personatum iudicem illum sibi per contemptum dorsum obvertentem, & circumstantes stygios spiritus illusoriè se alloquentes. O miseram te! quam egregiè tu salutem tuam consulisti, dum DEUS tibi dorsum objicit, tantopere-

Dæmon in Christi specie ei se visendum præbet, ac ingenti pavore complet.

que iratus est ut ipsa cernis. Impossibile effatu, quantum hæc omnia ei doloris acerbissimi attulerint. Divina verò adiuta manu & auxilio erecta, animum recipiens, larvatum illum iudicem hisce alloquitur: "Si tu. pro ut tua exterior species ostendit Dominus meus JESUS Christus verus DEUS & homo es, adoro te, sin verò Tartareus Dæmon es, tibi omnibusque tuis adherentibus abrenuncio. Faceffe hinc maligne veterator, in abyssum inferni, quæ tibi & tuis omnibus est parata. Ad hæc verba totum orci emissariorum examen velut umbra ad lumen, evanuit. Ancilla verò Christi remansit in sua interiori domo tota anxia, hærens & desolata. Consuetæ namque hæ sunt operationes & effectus, quos in eiusmodi eventibus dæmon in anima parit.

At Ioanna eum egregiè repellit.

Diabolicarum visionum effectus.

Ad eum modum persæpe ei Dæmon in tenera ætate apparendo, testavit. Quod ipsamet fatetur, adiuncta præclara simul institutione. "Hunc in modum inquit (*vita ipsius n. 24.*) apparuit mihi aliquoties in Angelum lucis transfiguratus, multaque mihi proferebat ad speciem bona, sed mox relinquit animam eo in statu, ut impossibile sit eum non agnoscere ex effectibus qui remanent in anima. Assere vero ego si anima quæpiam sponte propria decipi nolit, hostem eam nunquam ad lapsum perducturum, præsertim si in nullo honore cupida, sed humilis ac obediens sit. Vno diverbio ingentem doctrinam in Epitomen illa coëgit. Duas ni-

mi-

Anima
humilis
ac obedi-
ens decipi
à dæmo-
ne nequit

mirum præcipuas virtutes, quas spiritu viventis animæ habere debent, ne à Satanâ circumveniantur. Prima est humilitas. Nam DEUS mysteria sua abscondit à sapientibus quod est superbis (Matth. 11 v. 25.) & solis revelat parvulis. id est humilibus, Dæmon vero totus ex fraude compositus, quoniam semper superbus & ipsa superbia est, nunquam cum humilitate, aut humili animo convenire potest.

Altera virtus est obedientia, Confessariis aut spiritualibus Magistris exhibenda. Hi sunt duo canales, per quos DEUS lumen suum communicat hominibus. Hæc duabus virtutibus obarmata adeo fortis invictaque fuit Sor. Ioanna, ut nunquam non de improbo satana gloriosam victoriam ac triumphos reportaret.

Postquam tentator advertit, puellam hanc DEI adiutorio mulierem fortem esse, hominum auxilio se assecutorum arbitrabatur, quod propriis viribus non posset. Et quia non ignorabat alios inter hostes, nocentiores multo domesticos præ dæmonibus ipsis esse, quippe qui boni specie ac sub candidæ mentis velamine, malum insinuant. Ideoque Matre Sororis Joannæ velut instrumento fraudi suæ astutiæque aptissimo, uti constituit Domina hæc multis à DEO ornata erat donis ac virtutibus, ex adverso tamen honoris ac gloriæ appetens humanique respectus plus justo studiosa, libenterque vidisset, si filia eius non solum in minore aliis filiabus æstimatione non esset, sed præ illis e-

Inimici
hominis
domestici
eius.

tiam majore in honore haberetur. Hac intempestiva honoris prurigne oestroque incitata, filia suæ, instinctu mali dæmonis, cum munusculis tum verborum lenociniis persuadere, promoverique conata est, ut se pro recepto more, seu vulgo Alla modè vestire, concinnos comere, formæ studere, oris venustatis cum primis curam gerere, pretiosis indumentis byssoque teneriore tegi, seque ad plausum pompamque ostentaret. Quoniam, aiebat, inconveniens esset, eximia pulchritudinis collata sibi divinitus dona, de industria obtegere, oculisque hominum informem, indecoram neglectamque apparere. Filia mea, aiebat, Virtus non in exteriori consistit specie, hoc namque sæpè numero fallax DEOque adversum. Vera Virtus sita est intus in anima; compositio vero ornatusque corporis, interiori statui animæ repugnat. Potes exterius, quo aliæ nobiles filia cultu corporis indui, intus nihilominus sancta esse, siquidem & Christus præcepit ut reddamus, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt DEI DEO, ex quo cognoscere licet, quod DEUS velit cursui ritibusque sæculi nos accommodemus, ac quibus suo se statui attemperet. Siquidem evenire potest, ut vilis persona quæpiam in tenui fortuna æque peccare queat, ac nobilis locuplesque alia in multis opibus. Tu filia es nobilium & opulentorum Parentum, ne igitur per neglectum cultus, malè vestiti parumque compti corporis tui, Parentum tuorum famam honoremque imminurum

Quantus
sub blanda
suasione
dolus.

eas, sanè teneris statui tuo conveni-
enter vestirejatq; ornare, præsertim
cum id optimo ab animo præcedat,
nec Dei placito repugnet. Estq; hæc
tua obligatio ex eo gravior, quod id
parentes tui fieri iubeant. Pro-
visum tibi est affatum à nobis me-
que Patreque tuo de mundo mulie-
bri, multiplici rarioreq; cymmelio-
rum apparatu. Age igitur filia mea,
eam utrique præsta gratiam, teque
deinceps ornatiùs convesti ac com-
pone, conformiter videlicet nobili-
tæ conditioni, alioquin & DEUM
offendes, & nobis displicebis. Au-
diebat hæc Matris monita humilis
filia. Quia verò in anima sua, DEO
inspirante, toto diversum celo sen-
tiebat, nimirum ut amore Sponsi
sui omni vano ornatui nunciuin re-
mitteret, visa est illi ea Matris ad-
hortatio, carmen cantusque Syre-
num esse, quæ dulci sono audi-
entes fascinant, & vitam ipsam ad
extremum adimunt. Quare ubi sub
Politicarum tationum velo errorem
Matris perpendit, penitissimis cor-
dis fibris, totoque commota animo
sibimet ipsi in silentio istud respon-
sum dedit: Etiamne fieri potuit, ut
“Mater persuadere mihi niteretur,
“negotium istud liquido malum,
“bonum tamen sanctumque esse:
“An non ego me sat accommodè
“meo statui vestios. Ergone id faci-
“endum ad morem placitumque de-
“Ioanna. “lyrantis mundi super vacuè, exoti-
ad Matris “cè ac aliamodè. Nimirum meam
lenoci- “ut nativam venustatem gratiorem
nantis: “reddam divite cultu ornatuq; præ-
dita da- “tioso, eo pacto tanto magis ad libi-
tam. “dinem vitos concitem. Profecto

Respon-
sum à
Ioanna
ad Matris
lenoci-
nantis:
dita da-
tam.

“mulieri quæ Deo placere cupit,
“neutiquā ad eum modū hominibus
“complacendum est. Docent nos
“Sancti Patres: Clemens Alexandr.
“(2. de Prædag. Tertul. de vel. Virg. c. 3.)
“Quod superfluous ornatus corpo-
“ris, curaque compositi vultus; in
“coniugatis signum sit perfidia, in
“solutis petulantia ac lascivia, nec
“fæminarum ulla quæ spectari amat
“in plateis, immodico luxu vestium
“ornatuque corporis à peccato ex-
“cusari queat. Hæc mens erat nostræ
à DEO illustratæ Virgini, ne ta-
men Matri nimium adversatetur,
aversionemve pareret, promissit se
ei quantum fas fuerit, morem gestu-
ram. Mater verò plus etiam exige-
bat. Verum Joanna obviebat humi-
li responso Matris; plura nimirum in
sua potestate non esse. Igitur eo in
negotio perpetuus adversus filiam
Matris erat clamor ac pugna. Unde
una ex parte filia eximia sanctitas,
ex altera insignis Matris impruden-
tia clare elucescit. Et quidem quan-
tum filiam attinet, vix aliud maius
clarusque signum perfectionis re-
perias, quam quod juvenis, decora,
eximie venusta, nobilisque filia ut-
que adeo, à vano, pretioso splendè-
doque ornatu cultuque abhorreret,
cum alioquin vanitati huic eius con-
ditionis puellæ ad insaniam propè
dedita sint. Imprudentia vero Ma-
tris facile hinc deprehenditur, quod
filiam suam ad majorem luxus vani-
tatem impelleret, cum tamen obli-
gata esset, eam ad majorem puri-
tatem animæ inducere. O quomate-
res sunt, huic matri similes! Cura
hæc formæ filiarum, est malum
cancro

Ornatus
fæmina-
rum quid
indicat.

Pugna
Matris
cum filia
perpetua.

canero non impar aut abfimile, quod jam eo ulque sensim invaluit, tamque latè serpsit, ut hodie ullo vix medicamine arteque perfanari possit: quandoquidem matres, quæ filiabus suis in magistras ac præceptorices Virtutis ac vitæ datæ sunt, per superfluum exoticumque ornatum ac vestitum ansam eis præbent luxûs, & omnigenæ vanitatis ac lasciviæ, quibus demum in prolibus naturæ indolisque bonitas depravatur, malitia verò nutritur & roboratur. Ad extremum ea stulta vanitate & vana stultitia juvenulæ adeo inescantur, irretiuntur, tenentur ut velut germanæ mundi proles DEO Conditori impudenter dorsum obvertant. O vos Matres! quam districtam à vobis exiget supremus orbis judex, institutionis educationisque filiarum verarum rationem?

CAPUT X.

De Sororis Joannæ ingenti cupiditate ac desiderio Religiosi Status, & Monastica vitæ. Mater eam in hoc adversatur, aufert illi instrumenta omnia penitentia. Christus Dominus inquit eam cruce suâ ad patiendum.

Verissimum est effatum Divi Gregorii magni (hom. 36. sup. Ioan. Eccl. 24. v. 29.) quod quanto amplius quavis anima gratiæ Divinæ particeps effecta est, tanto magis etiam & ardentius DEUM desideret. Inter DEUM quippe & Creaturas etiam hoc interest, quod terrena bona priusquam possidentur, humana desideria accendunt, postquam verò manibus tenentur, fastidium nobis generant. At verò

summum bonum, DEUS videlicet exhilarat animam, quæ eum possidet, & per talem possessionem anima desiderio ac cupiditate DEI, magis magisque semper accenditur, & quo amplior fuerit eius possessio, eo majus ardentiusque est eius desiderium. Id eximie in se experta est Soror Joanna, Sexto ætatis anno, JESU Christo Cælesti Sponso desponsata est, intereaque gustavit magis ac magis quam sua vis ille sit. Talem ob saporem gustumque in dies augeteabant in eius pectore desideria magis ardentiusque illi se se unendi. Cor eius erat perinde ac sponsa in Cant. Cant. accensum in genti desiderio dilecti sui. Quæsi- vit eum suavissimis suspiriis & querulis vocibus, vellet tandem Divina sua promissa adimplere: Mi DEUS ajebat illa, Notum tibi appri- me est, qualiter sine ullo meo merito infinita bonitati tuæ complacuit me in mea pueritia tibi in sponsam eligere, pactaque illa sponsalitiæ diuinæ tuæ manus por- rectione ac verbo Divino firmare, qualiterque ego voluntatis meæ libertatē totaliter tibi contradide- rim. Equidem sat mihi cognitum perspexitque est, Cælum ter- ramque prius transitura, quam verborum tuorum effectui quidquam derogatum iri. Sed quando videbo tu verbum istud tuum impleatur? Nunquid cernis, quam spe ista fluctuem, & quasi pendeam in hac acerbissima mihi cruce? Quam diu durabit amarissima ista dilatio? Si iam nunc nostra coniunctio consumari potest, quid necesse

Joannæ ad Religio- nem anhelantis ad Christi- stum preces.

"neceſſe eſt longius expectare? vi-
 "detur mihi anima mea nunc eſſe
 "Cymbula, quæ vaſto in mari huius
 "mundi à fluctibus huc illuc im-
 "pellitur, & in obvias cautes ſcopu-
 "loſque impingitur. Siccine mihi
 "in tormento iſto & acerba afflictio-
 "ne moriendum, priuſquam ſpei
 "meæ portum attigero? Quoniam
 "pacto mitiſſimum cor tuum, hoc
 "immane ſupplicium meum ferre
 "pot'eſt? Eia mi DEUS, providere
 "velis atque ordinare, ut ocuſſime
 "Monafterium ingrediar, illic tu
 "mihi unicus totuſque dilectus e-
 "ris; egoque indigniſſima ſponſa
 "tota ero viciffim tua. Mi DEUS
 "ac Domine, itane tibi complacet?
 Sed Dominus nullum ad hoc ei re-
 ſponſum dedit; quinimo ad eam
 magis etiam probandam quærimo-
 nis eius aſſentiri noluit. Siquidem
 uſitatus iſtiusmodi amoru Divino eſt,
 ut aſſectum amantium magis ac-
 cendat, ſæpe iſtiusmodi latitat & velut ab-
 ſens eſt, rugitivum ſe nonnunquã e-
 tiam ſimulat, quo nimirum animæ
 eius amore vulneratæ tanto in eum
 pernicioſe ferantur deſiderio, ſoli-
 citius requirant & ardentius ſuſpi-
 rent. Fieri id ſolet ea etiam de cauſa,
 ne ex continuata DEI præſentia ac
 facilitate, cor humanum frigeſcat,
 vel iners deſeſque evadat; Sed ab-
 ſentia dilecti inflammatur amplius,
 ſicut plerumque evenire ſolet.
 prorfus ſic accidit cum noſtrâ Dei a-
 more flagranti Sorore Joannâ, ſi-
 quidem abſentia dilecti, ignis illius
 deſiderii magis ac magis invaleſce-
 bat. Hoc in ſtatu nihil apud eam e-
 rat videre aliud, quàm irremiſſe

*Cur De-
 us ſe a-
 mantibus
 ſuis ſub-
 arabat.*

quærere, intrare, egredi, iterumque
 regredi in Sacratium, perinde ac ſi-
 tibunda columbula fontem deſide-
 rat, aridamque ſitim limpido fonte
 revelare feſtinat.

Per id tempus adibant Parentes
 eius ambo Cœnobio Clariffarum vi-
 delicet ac Diſcalceatarum, ſemper
 ſuam ſecum deducentes Ioannam,
 cui hæc Cœnobio erant ceu centrum
 quietiſq; deſideratæ portus: inclu-
 debat ſe illic cū perfectiſſimis virtu-
 teque ſpectatiſſimis Virginitibus. Col-
 loquium illis erat cum DEO rebuf-
 que Divinis ſumma cum utilitate ac
 emolumento animarum ſuarum: un-
 de Ioannæ noſtræ cor DEI amore,
 ferme liqueſcebat, deſiderium vitæ
 Cœnobiticæ confirmabatur, ardorq;
 ſanctiſſima ſua exercitia proſequendi mi-
 re augebatur. Moniales vero itidem
 eâ converſatione & alloquio Sor-
 ris Ioannæ, eaſdem in ſe operationes
 ſentiebant. Sermones ſiquidem eius
 atque diſcuſſus velut ardentia pene-
 trantiaque tela, audientium animos
 Divino igne conſumebant. Quia ex
 ardentiffimi cordis abundantia os
 eius loquebatur. Unque eveniebat ut
 omnes Religioſæ Ioannam noſtram
 ceu DEI ancillam & intime ama-
 rent, & ſumma honoris teſtificatio-
 ne ſummoque reſpectu intuerentur,
 ſermonesque exciperent. Conſide-
 rabant Ioannam duodennem mor-
 tali in corpore velut cœleſtem Ge-
 nium in Spiritu. Videbant quam
 pulchra, quam modeſta, quam com-
 poſita, ſuavis humana atque aſſabilis
 omni in actione eſſet. Notabant i-
 tem ſummam eius erga proximos
 compaſſionem cordis, in bonis pro-
 poſi-

*Quid pia
 colloquia
 efficiant.*

positis constantiam, & singularem in suis exercitiis spiritualibus devotionem ac fervorem. Hæc tam magnifica, amplexu DEI muneta à charismata, erant raptore cordium furesque omnium istarum sacrarum Virginum; naturæ namque dotes, virtutem amabiliorem reddunt. Quodlibet horum Parthenonum emolumentum fructusque sui causa, cupiebat thesaurum istum sibi lucrari, ac apud se recondere. Disceat tamen eo in ardore ac cupiditate superabant alias; ostendebantque quantam nancisceretur commoditatem in suo rigido sane ac Sancto Ordine DEO serviendi. Ad hæc agebant, paucos intra dies Religiosa apud se veste donandas duas filias cujusdam valde Nobilis Dominae, Catharinæ de Tolosa dictæ peteret interea facultatē à Parentibus hunc actum spectandi, adessetque eo tempore in vestibulo portæ Canobij. Sacras porro Virgines eam tunc intra fores Canobijque adyta recepturas: Parentes id haud dubie non agrè laturos, sin vero verborum delinimentis effecturas, ut bonum ratumque id factum habeant. Tam præclaro ad externam speciem invento, suoque proposito cum primis accommodo bona nostra Ioanna à Religiosis illis Virgibus induci se passa est, ad eorundem Sanctum ordinem amplectendum, æstimabatque statum illum sibi per commodum fore: nam quo se voluntas vertit, eo per facile inclinatur ratio & intellectus. Nihilominus tamen minus sentiebat intus quemdam tractum impulsivumque ad Clarissas, partim quod

in eò nobili sanctoque Monasterio Burgenfi disciplinæ rigor observantique Regularis, præ aliis Christiani orbis Monasteriis apprimè vigeret summoque studio custodiretur; partim quod in sua desponsatione cum Puero IESU ab eo sanctissima que eius Matre, Divo Francisco velut Tutori & Nutritio sit commissa sanctæque illic receperit filiam se eius semper futuram. Et quanquam eius promissi, quod parvula fecerat, nunc non meminisset, sentiebat tamen intus tacitum quendam impulsivum ad illud effectum dandum. Denique instinctus iste tractusque interior suum tandem effectum sortitus est, quoniam hæc eius vera erat vocatio quocumque mortalium conatu aut arte everti possit.

Propositum istud Joannæ, Matris eius innotuit: quare nullum non movit lapidem, nullam non adhibuit solertiam ut id quoquo modo impeditet. Primo quidem ancillarum unam virtutis multum studiosam ab ea domoque totā amovit, quæ filia eius penitus addicta erat, cui joanna secreta sua proposita credebat, eiusque opera in piis exercitiis suis plurimum utebatur. Ad hæc nunquam eam amplius ad Moniales ducere secum voluit, nec ullo pacto admittere, ut eo se quandoque conferret. Caverat etiam summo studio, ne joanna cum aliquo de Religioso statu conferret, sermonemve miseret, sed de sæculi duntaxat voluptatibus commo- disque. Cogitat insuper eam indui splendidius, & competius ornari: ducebat quoque illam secum ad

Vera vocatio omnibus impedimentis prævalet.

R III
36

Duorum Monasteriorum de Ioanna sibi vendicandi certamen.

Alterum ut vincat stratagemate utitur sed in casum.

*Perversus
Matrum
in filiis
amor.*

conventus publicos, comedias, Balletas, saltationes ac tripudia, ut per sacularem pompam fastumque, per conversationem atque congressus cum aliis æquævis parisque conditionis filiabus Ioannæ suæ per pensionem amoremque ad res vanitatesque mundanas sensim insereret, & affectum desideriumque Religiosæ vitæ extingueret. Hoc tales apud feminas, vocatur suas filias amare, illarumque studere commodis; quando revera maxime ipsi malum accersunt dum eas à via salutis abducunt, quo earum in mundo degentium præsentia oculos animosque pascere ac oblectare queant; quod equidè aliud non est, quam ingens proprii cæcique amoris, deceptio. Periisse filias suas putant, si DEO dicentur: quæ tamen optima ratio est salutem illarum in tuto collocandi. Omnes tamen eiusmodi maternæ ac muliebres technæ astusque sat non valent ad constantiam animi filiarum à proposito dimovendam, quin imò ei oculos aperuere, ut Divino illustrati lumine veritatem magis agnoscerent. Mundum illa non in externa intuebatur specie; sed interiori, hoc est, fallaci, deceptio, vanissimoque eius statu ac proprietate considerabat; pacto cæcari aut aliquam è mundi voluptatibus vanitatibusque consolationem capere, aut in iisdem sibi complacere haud quaquam potuit. Manu ipsa quasi tangebatur, quam summa etiam huius mundi felicitas, si ad solem inspicatur, plena sit inquietudinis, dolorum laborumque, nec sine vulnere atrectari à quoquam possit. Quid-

nam est mundus? aiebat illa,
Nonne propatulum virensque
pratū, quod suo in virèti, grato fioridoq;
gramine ac herbis venentos serpentes,
fallacesq; occulit discipulas?
Quidnam Cænobium est?
Nonne Paradisus hortusque conclusus est?
Ubi virtus bonum odorem suum tuto attrahit, latè que spargit?
Quid vita mundana, seu vivere in mundo est?
Quid illic aliud reperias, quam inania falsaque solatia, fictas voluptates, spes fallaces, incertam intuitamque securitatem?
Quisnam est, qui in mundo mundique vita non in exitium ruat?
Quis in eo non multis modis affligitur & dolet?
Mundi sanè felicitas à dolore immunis non est, sæculi voluptas sæpenuerò magnæ inopiæ fit causa, & transitoria est, perinde ac omne eius gaudium.
Dolor eius acerbissimus est & perseverat tota æternitate.
Quid porrò claustralis seu Religiosa vita? Est status cuius brevis molestia in gaudium & gloriam commutatur, cuius labores & fatigationes relaxationem, dolores temporaneam pariter ac æternam quietem afferunt.
Illic nullus Religiosæ vitæ actus sine meritò, nullus labor sine præmio.
Omnes cruciatus, dolores, molestiæ, quæ DEI causa illic perferuntur animæ quietem afferunt, conscientiæ gaudium & pacem.
O vita Religiosa! quis te non appetat?
O vita mundana! quis te non fugiat?
Et quidnam est istud, quod Mater mea habere vult, ut ego hac in ardenti fornace, hisce

*Mundi ac
monasterii
collatio
pathetica*

"hisce in flammantibus mundi igni-
 "bus permaneam, & beati felicif-
 "que Religiosi status compos non
 "fiam? O Mater immisericors!
 "quæ noverca deterius agere me
 "cum queat? Hæc utrinque acta,
 quandam veluti averfionem à Ma-
 tre ei creârunt; unde etiam, cum
 Religiofa efflet, ingens ei scrupulus
 fuboriebatur, tamenfi abfque fun-
 damento. Siquidem præcepit DE-
 US honorare Patrem Matremque
 ac eis obtemperare; in fuo tamen
 Evangelio etiam docuit, quæ eos
 non odiffet, difcipulum fuum effe
 non poffe. Non poffumus pariter a-
 mare atque odiffe, ait Divus Grego-
 rius, ideoque Christiana doctrina
 eft, quod fi parentes juxta id quod
 tenentur, nos ad virtutem ducunt,
 eos amare debeamus. Sin verò in via
 falutis nobis impedimento funt, aut
 eidem capeffendæ obfiftunt, ju-
 re tunc ab eis averfionem habere
 debemus, perinde atque ab hosti-
 bus capitalibus, quales illi tunc in
 veritate funt

Durante adhuc dum eadem tem-
 peftate, maior quædam adhuc in
 hanc innocentem Virginem incu-
 buit. Confeffarius eius, cuius no-
 men meritò reticemus, Matri illius
 acres illas, & ferè inauditas intole-
 rabilesq; affliktiones ac pœnitentia
 detexit. Quid eum ad fecretum
 hoc prodendum induxerit equidem
 ignoro, perfuadeo mihi tamen bo-
 no id actum animo. Irata mater pro-
 tinus clavem ab ea postulat ad ar-
 cam eius referendam, quam ubi ape-
 ruit, reperit illic multiplicia instru-
 menta pœnitentiæ actibus fervien-

tia, uti catenas, acutos aſterifcos,
 feu calcarium ſtellulas, hamos, fla-
 gra, Cilicinas veſtes, & alia eiufmo-
 di. Hæc erant pretioſa monilia
 præcipuique theſauri noſtræ pœni-
 tentis Joannæ. Suſtulit hæc omnia
 Mater, nec ei reliquum aliud man-
 ſit, quam dura increpatio, talitri in-
 ſtar naſo impacta. Ad hæc obſerva-
 bat deinceps Joannam ſolicitè Ma-
 ter, ne corpus fuum caſtigare uſ-
 quam, ut ante, ac diverberare poſ-
 ſet. Actio hæc Virgineum Joannæ
 cor incredibili modo conſterna-
 vit, remanſit inde tota rubore per-
 fuſa & anxia. Erubuit ſiquidem, quia
 ſecretum eius pœnitentiæ in lucem
 prodiit: ſolicita atque anxia fuit,
 quod armis ſuis, ſeu instrumentis
 pœnitentiæ ſpoliatam ſe vidit. Fuit
 hoc eius cordi tormentum ingens
 quod vultus etiam ipſe ſatis prode-
 bat. Eâ in neceſſitate conſugit ad o-
 ratorium, ubi prociſus ante in-
 fantem IESUM in genua, eumque
 exundans lachrymis ſic allocuta
 "eſt: Dilecte mi IESULE, quid-
 "nam egifti? Qui tandem ſivifti
 "me prodi & in lucem protrahi?
 "Quonam pacto nunc ego Sponſa
 "tua coram hominibus comparebo?
 "Quid nunc deſtituta armatura &
 "inſtrumentis mortificationis a-
 "gam, quæ mihi, te permittente,
 "omnia ſublata ſunt? Poteſtne tali
 "ratione amica tua permanere? Age
 "domine, unum elegi è duobus, aut
 "ipſetu caſtiga corpus meum, aut e-
 "go id nunquam caſtigabo. Quis
 oro cum DEO tam fidenter, tam-
 que ſuaviter joculari queat? Vix ſua-
 viſſimam querimoniam ſuam effu-
 derat

F

Eugendi
 Parentes
 ſi in DEO
 itinere
 obſiſtunt.

Joannæ
 pœniten-
 tia prodi-
 tur.

Suaviſſi-
 me expo-
 ſtulat
 cum IE-
 SV LO
 Joanna.

*Christus
ei crucem
ostendit
& ad
eam invi-
tat.*

derat, & protinus conspiciit parvulum IESUM è throno suo prodire. Gestabat crucem manu eamque Sponsæ suæ joannæ ostendit, ac si eam tali modo ad crucem invitaret. Quo viso ac gratia, extra se abrepta mansit, existimans DEUM eo signo innuere ac velle ut velut infans fileat. Et quia non fuit ausa crucem de manu Domini sumere, cum reverentia timore ac demissa compositione ait: Domine si tibi placet, crucem hanc aræ huic impone, inde ego eam accipiam. Sed Dominus respondit: Huius rei necdum tempus advenit: quasi dicere vellet, ne sollicita sis ob instrumenta pœnitentiæ tibi ablata; Crux tibi nusquam deerit, imo non longe post gravem admodum crucem receptura es, eamque bajulatura, sat longo tempore. Tali igitur pacto crucis nimirum ostentatione, sua Maiestas cor Sponsæ suæ confortavit; velut Angelus ille in hortu, pariter ostensione Crucis cor suæ Divinæ Maiestatis corroboravit.

CAPUT XI.

Virginis Ioanna Parentes statuerunt eam matrimonio iungere: ea de re queritur apud Deum, & sua Divina Maiestas eam confortat.

O Altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ DEI! Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & investigabiles viæ eius! (*ad Rom.*

11. v. 33.) Quam crebrò utitur ille ad res maximas perficiendas mediis ad speciem pugnantibus & è diametro oppositis! Despondit sibi suprema Majestas Divina Virginem Ioannam sexto eius ætatis anno. Ostendit DEUS zona secretorum celestium plenâ ministerio Angeli sui præcinxit; corpusque illius omnis carnalis proclivitatibus atque concupiscentiæ exors fecit. Virgineum eius corpus dotibus spiritualibus ditavit, dum nimirum zonæ illius beneficio expurgavit in eâ extinxitque impuram illam radicem, unde carnalis concupiscentiæ sensualis affectio enascitur. Denique decrevit uti perpetuò Virgo intacta perseveraret. Nunc vero statuit, ut opera & conciliatione proxenitarum Parentum eius homini mortali ac terreno, matrimonio copuletur. Certè matrimonium tuendæ Virginæ corporis animæque castitati medium idoneum nentiquam est. Quis igitur ob causas voluit DEUS, uti Sponsa sua & nupta esset & Virgo! Voluntas maiestatis eius est, ne nos hoc servan-
*Matrimonio ad-
servan-
dam vir-
ginitatem
DEUS.*
Tanto siquidem à nobis Divina mysteria magis in veneratione habentur, quanto ille magis ea in secretario suæ providentiæ recondit, nostræque investigationi subducit. Hinc abdito nobisque inscrutabili consilio, coniugium Sponsæ suæ DEUS humanæ permittit dispositioni. Attingebat illa jam annum 13. & quia eius nobile genus, formæ præstantia, magnæ opes, uti & singularis

gularis virtus nota passim perspectaque erant, amores obtinuit omnium, compluresque fuere Proci à quibus petebatur in matrimonio eos intererat Nobilis quidam è vicinià juvenis, prædites institor, qui eam instatius expetebat Matthias Ortiz nomine, Francisci Ortiz Civis Cæsareæ urbis Burgensis filius: huius ergo postulata faventius Virgunculæ nostræ Parentes admisere, eo quod existimarent conjugium istud præ aliis fortunatius commodiusque fore. Ut vero hæc coniunctio quantoque pactis ac stipulatione firmari concludique posset, Mater eam blandè alloquitur, suum ei cum primis maternum patrisque amorem proponit, quod nimirum eius societate destituti ambo desolarentur, quod oculos suos in eam unicè coniectos ac quiescentes habeant, quod spes vitæ suæ quiete traducendæ in ea una recubissent. Denique postulat ut consensu suo ac stipulatione, sua in domo ineundo tam convenienti Matrimonio, amorem paternum agnoscere, vicemque eo pacto reddere velit. Postremo adiungit; non debere filias voluntatem aliam habere quam Parentum; ideoque ea spe se teneri, quod illa, ceu bona atque obediens filia sataget hac in re utriusque complacere.

Ad Ma-
trimonij
nomen
Joanna
toræ tur-
batur.

Quam graviter pudica nostra Virgo turbata sit in sermone isto suæ matris, calamo verbisque satis exprimi haudquaquam potest. Enim verò ad primum eius verbum tota concussa adeo obrigit, ut possibile non esset matri responsum dare. Ut vero epilogum excepit, erat instar semi mortui hominis. Licet enim Divini

promissi verbum de conservanda perpetuo Virginitate pro infallibili certoque haberet, nihilo tamen secus talia tamque contraria ei tuenda media proflus eam summo dolore afficiebant, siquidem quamdiu pugna durat, semper timemus sollicitique sumus. Hac in tristissima animi confusione, nesciebat quid ageret, quove confugiendum esset. Apud homines reperiebat fores solatii omnes clausas. Eo tamen non obstante, ab iniusta matris sententia ad parentis sui iudicium, qui eam intime diligebat, decrevit appellare. Quapropter oblata quandoque occasione cum eo solo agendi adfuit, pudicissima Virgo nostra, deiecto vultu, humili ac toto amabili gestu, Virgineo rubore, totaque consternata, seque ad parentis pedes abiciens ait, Domine ac Pater, propositum meum desideriumque, quod semper alui, & adhuc dum aso, Religiosæ suæ monasticæ vitæ amplectendæ, eo animo ut totam DEO me consecrem, Charitati tuæ notum perspectumque est. Primis ætatis annis iam ipse me sponsione dicavi. Oro igitur ut velut Pater auxilio mihi adsis, quo felici illo statim potiar. Solus timor, ne forte id non eveniat, facit, ut cor meum præ dolore propemodum rumpatur. Indubitata quoque sequetur mors, si felicitatem illam, ut sponsa DEI efficiar, mihi ademerint, meque ut sponsa terreni hominis fiam adegerint. Ne igitur amantissimus Dominus Parens sine-rit, ut hæc sua charissima desolatissimaque filia ante pedes eius dolore exanimata, fatis concedat. Hæc ubi

*Parentis
opem fru-
stra im-
pletat.*

innocens ovicula effata est, liquatum solutumque in lacrymas est cor eius. Cepit itaque perorare lacrymis atque hæc tacente suada iustam petitionem suam, quam ante eum effuderat confirmare ac velut obsignare. Quis crederet sermonem tam amabilem & gratiosam à tam gratiosa formosaque filia profusas lacrymas paternum cor emollire non potuisse? Tamen id profusus ita evenit. Nam tamen si revera petitioni eius perquam libens assentiri cuperet Pater, ut qui eam intime amaret, præstare tamen id haudquaquam noluit, ne videlicet velut germanus Adæ filius Evæ sua id est uxori mœstitiæ displicentiæque author esset. Quapropter cum ponderi doloris istius Coniugii ferendo se non esse perspiceret, perductis ad umbilicum ferè nuptialibus pactis, Burgo se subduxit, unquam è suis fratribus plenipotentiā ut vocamus, impertit, tabulas & conventa nuptialia decretorie conficiendi, concludendi, ultimatiæque expediendi.

At Virgo nostra tristissima, supra omnem modum desolata fuit, viso, quod Pater intentioni suæ atque proposito exequendo se minime annueret, quodque mater sua timens ne interim illa Religioni se dicaret. Coniugii executionem affiduo urgeret; quod equidem idem fuit, ac Ioannæ mortem accelerare. Ad extremum ad suum Confessarium velut Sacerdotem virumque DEO factatum confugit. Venit itaque ad pedes eius, sperans eum velut Christum, vel Vicarium eius super flus-

Æus maris mœstitiæ suæ ambulaturum, eosque sedaturum. Aperuit illi summa confidentia totum cor suum, statum animæ, feriem totius vitæ, zelum, fervorem atque sedulitatem qua in suis spiritualibus exercitationibus utatur, præclara sua proposita, & accensum ad spiritualia animi flagrantis desiderium, uti & præsignes cœlestes gratias, eximias dotes, excellentia, quæ à Sponso suo cœlesti in pignus amoris & arrham sponsalitiā accepit munera; & è contra etiam promissa sua, quibus vicissim Christo se devinxerat, gravem item obligationem, qua illi eiusque Sacratissima Matri Virgini Mariæ obstricta sit. Denique & suum dissentientem atque abhorrentem à nuptialibus votis animum, summum vero Religiosæ vitæ capescendæ desiderium ac voluntatis ad eam propensionem & affectum Obtestatur ergo eum ingenti lacrymarum profluvio Confessari uti per eum sibi liceat evanido istius mundo eum mortiferis suis exitiorum periculis dorsum obvertere: profususque ei nuntium remittere. Velit item sibi auxilio esse, ut Cœnobiticam vitam, ceu turissimum perbrevis ac discriminum plenæ huius vitæ navigationis portum tenere, securaque statione consistere possit. Audita illam loquentem Confessor. Debuerat tamen imprimis inquirere & funditus per vestigare ac penetrare Virgineam eius puritatem, præstantemque animæ statum ac thorem Virginitatis DEO factatum, nec non & desponsationem cum Domino nostro IESU Christo

sto, in præsentia suæ Beatissimæ
Matris, & firmatum annuli sponsa-
litii, quem sua Majestas digito eius
infruit, traditione nuptiale fædus.
Hæ res tantæ, suo profecto fuerant
precio & dignitate æstimandæ, &
impendio observandæ. Ille vero
omnibus hisce neglectis sic eam al-
loquitur. Virgo, percepi omnia
quæ mihi abs te dicta & enarrata
sunt, reperioquæ quod cuncta hæc
seu commenta tua sive dæmonis
illusiones esse queant. Obedire
Parentibus nulli imposturæ ob-
noxium. In omnibus suis præcep-
tis honorandi sunt, & mos abs te
eis gerendus, id si feceris, nã tu
DEO tuta servies. Periculolum
sane est spiritum per ignoras in-
uitatasque vias ducere, quam diu
sinem scopumque Divinæ provi-
dentia liquido non cognoscimus.
& deprehendimus. Lucissimum
est viam sancitæ nobis a DEO le-
gis legere; quamobrem id agere
velis, quod Parentes præcipiunt,
quod si non facis, certa cito DE-
UM pœnas abs te exacturum,
manumque gratiæ suæ subtractu-
rum. Ita me DEUS! Quantus hic
error spiritualis istius Patris! In hac
supernaturali materia duæ reperi-
untur erroneæ opinionum viæ, quæ
utrinque in adversum ducunt. Al-
tera eorum est, qui facile credunt,
& hi fatui sunt & leves corde. Al-
tera illorum, qui sibi imaginari
persuadereque nequeunt DEUM
tam familiariter cum hominibus a-
gere, & hi arrogantes & imperiti
sunt, qui arguunt & criminantur,

quod non intelligunt. Quare nemo
unquam iustam de rebus Divinis
feret sententiam, qui ex præmemo-
ratis errantibus opinionibus quam-
cunque sequitur.

Dum vero tali pacto innocens
hæc columba cataclysmi suæ anxie-
tatis undis esset involuta, neque
reperiret pes eius apud mortales lo-
cum, quo requiesceret, reversa est
ad arcam refugii sui, domesticum
videlicet Oratorium suum, tanto-
que istic impensius toto ex corde
clamabat ad IESUM, Creatorem
suum, quanto ab humana omni ope
deserta erat. Provolvitur in genua
ante parvulum IESUM, penitissi-
misque è cordis fibris suspiriorum
emittebat spicula, geminisque la-
crymarum rivulis defluens, ingenti
cum sensu animi querulari cepit.
Mi DEUS, aiebat illa, nunc de tua
fide & meo cruciatu agitur. Tu
Domine, præter omne meum me-
ritum sponsali, te mihi fœdere co-
pulasti. Nuptiale hoc fædus præ-
sens tua sanctissima mater annuli sub-
arrhatorii traditione confirmavit.
Id si ita est, quid obsecro, egi, ut
me sic destituas? Qua in re te læsi
quod iam tam parum mei memori-
sis ac appetens? In quo demum
erravi ut me repellas? In quo nam
te contristavit cor illud, quod te
adorat? Quibus de causis summum
bonum meum, vis ut ego perdi-
tum eam? DEUS mi, Sponse mi,
mi Rex, si ego seu ingrata sponsa
obligationi sponsalitæ non feci
satis, si tibi fidem non servavi, si
fidelitati defui, tuumve honorem
læsi, en hic me præsto habes a-
mantissime

*Destitua
Ioanna
humana
ope Divi-
nam ime-
plorat.*

R III

30

«antissime Domine, hic tuis me
 «affusam pedibus vides: castiga me
 «uiquequaque peracriter, pœnam
 «super pœnam dolorem super do-
 «lorem in me deplue, veniat mors,
 «occyus mihi vitam adime. Misera-
 «biles isti questus, apprime movere
 «apti, cor amantis illius Sponsi fau-
 «ciavere, adeoque voce amabilissi-
 «ma ad eam ait: Filia, non mihi tu
 «displices; neque unquam te dese-
 «ram, aut sine solatio relinquam.
 «Sanctos meos ablegabo, qui tibi
 «assistant teque tueantur, ut sic pu-
 «dorem tuum Virgineum serves in-
 «tactum. Age quod Parentes tui iu-
 «bent; quibus enim de causis id fiat,
 «te lateat. Suavibus hisce verbis tri-
 «stissima Virgo tranquillitati reddi-
 «ta est. Serenata est tempestas cor-
 «dis eius, exortaque est animæ eius
 «nova & incundissima lux, perquam
 «illustratus ei est intellectus, ani-
 «musque in plena verbi Divini im-
 «plendi fiducia stabilitus fuit. Quod
 «vero Divinam ordinationem adim-
 «plere obedienter posset, adiit ma-
 «trem suam, significans paratam se
 «ac promptam in omnibus iussis il-
 «lius obsequi. Mater ut conspexit fi-
 «liam suam lato animo negotium
 «illud aggredi, summo ob id gaudio
 «perfusa fuit. In veritate summe mi-
 «randum est, in consideratione na-
 «turalis inclinationis & ingentis affe-
 «ctus quo parentes cupiunt suis filia-
 «bus optime ab se provisum esse;
 «quod tam illibentes ac inviti Chri-
 «sto caelesti Sponso eas desponsari
 «sinant, ac quandoque prorsus ren-
 «nuant, ut nimirum illas terreno cui-
 «piam homini tradant, qui nonnun-

Accepto
 DEI res-
 ponso Io-
 enna ani-
 monstran-
 guatur.

quam deterius quam mancipium
 eas excipit & tractat. O cœcitatē!
 Historia præsens errorem hunc lu-
 culenter demonstrabit, & cuius in
 exemplum ob oculos ponet.

CAPUT XII.

De nuptiis Virginis Ioanna, & testimo-
 nio intaminata eius Castitatis; que
 «venere quamdiu cum suo
 Coniuge in adibus pa-
 ternis morata
 est.

S Piritus sanctus in Cantic. cant.
 (Cant. 2.) ait sponsam suam esse
 sicut lilium inter spinas. Istud
 unanimi Sanctorum Patrum sen-
 tentia, Beatissimæ Virgini Mariæ,
 eiusque invictæ atque intactæ Vir-
 ginitati applicatur. Quippe sicut
 lilium odorem suum candorisque
 venustatem inter spinas conservat;
 sic etiam Virgo Maria purissimam
 castitatem in periculoso Coniugii
 statu conservavit. Nulla equidem
 pura creatura reperitur, quæ cum
 hac Regia Virgine componi possit:
 nihilominus tamen debita di-
 stinctione & analogia servata, Vir-
 ginem nostram Sororem Ioannam
 in puncto isto cum Virgine MA-
 RIA perbelle comparare possu-
 mus: siquidem Ioanna nostra totis
 fere 40 conjugii sui annis adjuvante
 DEO illibatam virginitatem ser-
 vavit, & toto vitæ tempore integrâ
 possedit. Ipso annorum in flore, Ioanna
 nempe tredecennis præfato Mat-
 thiæ Ortizio matrimonio est copu-
 lata. Nuptiæ splendide copiosoque
 apparatu ac festivitate, quemad-
 modum

Ioanna
 nubit
 Matthie
 Ortizio.

modum eiuscemodi nobilibus opulentisque Coniugibus conveniebat, celebratae sunt. Vbi canatum est, dum interea Mater Sponsusque in accommodandis hospitibus occupantur, clam in observata se Virgo praefata è convivio subduxit, suumque ingressa Oratorium Infanti IESU cor suum aperit calentibusque infusa lacrymis obtestatur, quandoquidem iamiam discrimen sibi imminet, velit suae promissionis memor, se protegere, illamque servare. Sic quasi in agonia constituta prolixiusque orans geniales ad thalamos & cubile hymenaei evocatur. Hoc enim vero tristius illi accidit, quam si ad tumultum vocaretur. Ea in angustia, uvidos suos in caelum oculos levat, forteque tunc simul imaginem Divi Pauli Apostoli conspicit, ensam manu gerentis, eum itaque allocuta ait: Sancte Apostole, nunc tempus est, tuo ut gladio generose utare, tuere illo notam tibi illam Sponsi mei caelestis margaritam, virginitatem scilicet ipsi sacratam dicatamque. Ne timias filia, respondit Divus Apostolus: Dominus tecum est ad tuendum atque ut sponsam suam te custodiendum. Age tu, quod ex parte tua agendum tibi incumbit; virginitatis decus toto vitae tuae tempore nunquam perdes. Ab hisce Sancti Apostoli verbis, Virgo coniux ingentem cepit animum, mentique tranquillitatem induxit, tersit lacrymas, descenditque ad inferiora aedium, lata quidem, sed pudore virgineo tincta rosamque referente facie ac humili sui dediti-

one marito se stitit. Quam zelotus vero fidesque sit suis DEUS, statim id Sponsa eius experta est. Ipso enim in thalami ingressu aspectabilem cernebat ad sponsam lateris unius suum Genium tutelarem alterius vero Divum Franciscum, ad tutamen defensionemque suae virgineae puritatis, quo nimirum tali praesidio illius virginitas intacta conservaretur, quod Divinum tutamen per totum eius coniugii tempus perseveravit. Nullum itaque periculum passa est DEI sponsa virginitatis amittendae, quin potius in periculoso igne coniugii sicut aurum probata ac depurata evasit nitidior, Neque id adeo mirandum, dum perpendimus, quod custodiretur ab uno Angelo & uno Seraphino, qui fortiores animosioresque essent quam illi fortissimi ex Israel, qui lectulum Salomonis ambiebant & tutabantur. (*Cantic. 3. v. 7.*) Grande hoc miraculum, quale est, quod mulier coniugata, tanto temporis intervallo in matrimonio intacta semper virgo permanserit, postmodum in Religioso statu non longe ante suum decessum, tali ut dictum est modo illa declaravit, dum nimirum spirituales eius praefides ex ea veritatem hanc, interposita iuramenti religione, exigent. Est igitur ingens istud prodigium solius Divinae omnipotentiae opus, hisce nostris temporibus merito summe venerandum, perinde ac illud *Exod. c. 3. v. 2.* ubi tenui ligno robusto totaliter flammis ignium flagrans, haud tamen consumebatur aut laedebatur. Poterat quidem virgi-

Divinitus
à conta-
ctu Mari-
ti custo-
ditur.

Ad thalamum vocata.

D. Paulum Apostolum invocat.

Qui eam confortat.

R III
30

Virginitatis secretum Ioanna nunquam marito revelavit.

virginea nostra Coniux exemplo Divæ Cecilie marito suo præfatum secretum revelare, talique pacto multas ingentesque arumnas, quæ ex occultatione istius miraculi illi provenerunt evadere, nihilo tamen minus velut Virgo sapiens illud summa prudentia oeculuit, potiusque DEI amore dolores ac cruciatus pati voluit quam sacramentum hoc Regis sui ac Sponsi pro-
 palare. Quoniam vero carnalis virorum in coniuges suas amor, haud quaquam pura est animi affectio, sed naturalis appetitus ac lascivia corporis, Matthias vero Ortizius videbat, quod carnalem eam affectionem cum sua uxore actu maritali explere impediretur, nulla pulchritudinis eius suavissimique agendi modi habitâ ratione totus ab eâ animo est averfus, sic ut omnia, quæ illa ageret, quæque non ageret æque ei maxime displicerent, cuncta item eius facta elevando atque exprobrando ceu improba obtruderet. Si quo in manuali opere, ut simbrisis auro sericove texendis occuparetur, irascebatur, ajebatque opus illud ad eius sustentationem necessarium non esse, si nihil operaretur increpabat eam ut desidem magnamque Dominam seu Madam sarcastice appellabat. Si domi desideret, arguebatur ut fatua ac incivilis erga vicinos, si foras progressa fuisset garrula & vaga audiebat. Si corpus ornatus vestiret luxui dedita & lasciva, sin vero fordidâ & mucosa habebatur. Oratio conturbatur simulatio ac hypocrisis, alias sine oratione audiebat parum

Maritus Ioanna scotus ab ea avertitur.

Christiana. In summa, odium aversioque efficiebat ut ei nusquam non adversari videretur. Morabantur eo tempore apud soceros: siquidem nuptialibus pactis ea conditio & clausula fuit inserta, ut toto quadriennio Parentes illius, suis in adibus eos alerent. Sic ergo dum convivunt, videntque parentes, quod filia eorum tam contemptim a marito suo haberetur, tamque male tractaretur, incipiebant & ipsi ab eo dissidere & averti, & ille vicissim a soceris: In hoc confuso rerum animorumque statu, innocens Ioanna alienam culpam caro equidè solvere debuit. Mater eius, uti & maritus pessime eâ utebantur, ac ipsamet etiam magnos pariter sibi cruciatus inferebat. Non solum eam acri objurgatione incessabat mater, sed & alapis genas contunde-
 bat, quippe quæ opinaretur, Ioannam in urbanitate sua ac morositate dissidii aversionisque marito præbere causam. Matthias vero maritus eius tanto asperius duriusque cum uxore agebat, quod putaret ex Joannæ delationibus ac querimoniis, quas apud parentes de se, ut male opinabatur, faceret, aversionem eorum provenire: illa etiam ipsa graves acresque de se sumebat pœnas, faciebatque cruentas flagellationes, timore ne suæ culpæ atque delicta, omnis mali causa essent. Ita undique perferibat martyrii pœnas, in corpore quidem præ graves cruciatus, in anima vero per scrupulos timores, & angustias. Dum igitur tam furibundis cor eius agitaretur turbinibus, nullum ei supererat

Pessime à Matre & marito excipitur.

Undique afflicta ad Deum confugit.

pererat refugium, nisi Oratorium, ubi triste cor apud dilectum suum nonnihil relevaret. Quadam vice cum solito plus anxietur, audiebantur profusi elata voce sequentes "questus. Quid hoc rei est mi "Sponse? Maritone ego iuncta sum "meimet amoris aut voluptatis "causâ, an ut voluntati tuæ obsequerêr? Si igitur ego in hoc voluntatem tuam feci, qui me in hac "tam magna tribulatione deseris? "Si tibi placet ut moriar, age, interfice me semel, ne tot mortibus "obeam. Vide ó Domine, quam "iam sensu omni destituar, atque "tota consumar. Spiritus quidem "promptus est, caro autem infirma. Iam me primis in initiis vires "ad tanta patiendâ destituunt. Mi "DEUS quidnam vis me facere? "Ioanna mea, respondit illi DEUS "nec dum pati cepisti, aut Crucis "pondus experta es. Via hæc longa tibi per acerba dolorosaque "erit. Bono tamen animo esto; ego "tibi semper adero. Quod si totam "in me tuam collocas fiduciam, "omnia ista superare poteris, ego "tibi animos roburque suggeram. Tali modo DEUS ducit suos, per spiritualem viam Crucis. Nunc eis animas addit & solatium præbet, nunc onerat iterum doloribus, afflictionibus, ac miseriis. Et hoc quidem agit ne eleventur superbiâ, sed undique sese humiliant. Solatio vero eis adest, ne forte pufillo fiant animo atque in desperationem labantur. Eâ ratione adiguntur Electi eius pœnis ac doloribus DEUM

in necessitate requirere; consolatione autem Divina confirmantur ad eum constanter sequendum, dum nimirum gratiam favoremque eius degustant.

Cum itaque aversio illa in dies inter socrum generumque cresceret, crescebat pariter inter hæc domestica diffidia, dolor & afflictio innoxie coniugis. Intimus cordis eius dolor facile in vultu notabatur magnamque ciebat commiserationem. Nunquam sicis visa est oculis, aut sine profundo è pectore ductis, valideque animos moventibus suspiriis. Hæc ubi omnia sic fieri Pater vidit, putabat cor sibi præ dolore direptum iri. Et quia animus eius diutius hæc ferre non valuit, cogitabat Neoconiugibus proprias adhabitandum ædes quantocyus procurare. Mater vero proposito huic ut assentiretur induci non potuit, quippe quæ filiam suam ut Mater impendio diligeret ægreque pateretur eam ab se divelli, solamque ita cum marito degere. Principium, quod vidit huius tragediæ facile indicabat qualis sequenturus esset Epilogus. Si homo iste, agebat, cum filia mea in oculis conspectuque parentum tam tyrannicè agit, quid oro fiet, ubi nullus aderit, quem timeat, aut respiciat, vel qui ei obsistat? Nunquam ego in id consentiam, nunquam id conspiciam, citius ego illi vitam adimam: melius à materna cadet manu quam ut sub iugo ac potestate tam trucis efferique hominis vivat. Sed hisce etiam obstantibus affecta

G tamen

ille vero
confortas
eam.

Qualiter
cum suis
agat
DEVS.

R III
36

*Mater emigran-
tem dire-
ctat.*

tamen non est, quod intendit, quippe contra eius etiam voluntatē jam pomus quædam quæsitā & inventa fuit. Ubi igitur omnia iam appa- rata atque ad discedendum fuere dis- posita, designata emigrationi ad- venit dies, Ioannaque pallio His- panico operata matrem adiit eidem valesactura. Illic enim vero mater præ dolore mentis impos, alte cla- mare cæpit. Non tu, vociferaba- tur, non tu hinc discedes, prius ego te vita privabo. Et cum dicto velut furibunda Tigris inmani rabie in filiam involat, unguibus dilacerat, graviterque miseræ Ioannæ vultum confauciat, adeo ut hebdomadarum trium spatium, & ultra in hominum conspectum venire ausa non fuerit. Qui ergo huic tragædiæ interfuere compecebant matrem; dicebantq;: Domina, nunc debueras, filiam tuā solari, & quomodo ita eam tractas, ut nobis cor dissiliat? Est ea prorsus instar Angeli, utque uni tibi complaceret, huic homini denupsit. Sinite me, aiebat furias spirans Mater. Satius est ut iam semel à mea manu hic intereat, quam ut iste mortalium pessimus eam sæpius vitā privet. O tristissima Virgo! O afflictissima Coniux! ubinam loco- rum nullum sustinebis Martyrium, quando etiam illi, qui te diligunt, sic excruciant?

Omnia illa sicuti & excessum è Paterna domo maximo doloris sensu excipiebat Ioanna; nihil ta- men ita penetrabat animam eius, quā separatio à suo parvulo IESU, qui totum illi cor rapuerat, & cap-

tivarat. Ascendit ad eum sursum vale illi ultimum dictura. Erat fa- cies eius operata pallio plurimisque item lacrymis. Vix pedem in Sa- crarium intulit, & ecce, apparet il- li Divina Maiestas velut amabilis infans. Species vultus eius clarior erat multo & pulchrior Cælo, ra- dianriorque sole aurea cæsaries. Tuniculā tectus erat colore violas referente, coronatus spinis, cruce onustus, humeros; spectaculum istud usque adeo cor amantis Spon- sæ ferit, ut proprii oblita doloris, ocyssime accurreret ad auferendam ab eo crucem. Dedit eam illi Do- minus, dixitque: suscipe illam spon- sa mea. Baiulabis eam cum pluri- bus annis; nec animus tibi roborq; deerit, nam ego te adiuuabo. Hoc- que dicto benedictionem suam ei impertit, viderique desiit. Hoc viso ac Divino favore, summe qui- dem confortata fuit optima Virgo, nihilominus tamen remansit plena timore & angustia. Ignorabat ad- huc quorsum nam terribilis ista de- nuntiatio ac præsignatio collimaret; perpendebat quoque pondus cru- cis illius, quæ humeris eius impo- sita, nec non amarum calicem, qui ad bibendum ei porrectus fuerat. Una quidem ex parte assistentiam gratiæ Divinæ sentiebat, altera ve- ro repugnantiam humanæ fragili- tatis; Oriebaturque in illa eo pacto talis conflictus, qualis sponso eius cælesti Olivetano in horto contigit, qui in consideratione suæ passionis amarissimique calicis, quem iam bibiturus erat, maximum con- flictum

*Anima-
tur à
Christo
ad Crucē
ferendā.*

*Sed con-
trarius in-
modum
Christi af-
fectionibus
conflicta-
tur.*

fluctum aduersarum duarum affectionum in humanâ voluntate sua expertus est. Juxta inclinationem quidē sensualem illibenter patiebatur, quoniam tam horrendus dolor humanæ creaturæ tam contrarius est. Libenter verò pati voluit, quia id Patri cælesti ita placuit. Affectio hæc alteram humanam vicit, & humana tandem voluntas cum Divina coaluit. At vero ista conformatio, prout Theologi nostri passim asserunt (*Ambr. Crysof. & alii apud Lorinum*) cum tam vehemēti patris sensitivæ doloris acerbissimi sensu, tantâque anxietate ac tristitiâ animæ Christi facta est, ut facer illius cruor copiosè eruperit, & ad solum usque defluerit. Pari ratione, in ponderosâ crucis, atque gravissimâ afflictionis consideratione, quam perpessura erat Sponsa eius, duæ aduersæ affectionum factiones animam eius oppugnârunt. Parte unâ pugnat debile corpus, & abnuebat crucem portare, & hoc fuit naturæ conveniens. Altera vero parte cupiebat spiritus pati, & istud operabatur Divinus amor. Ad extremum amor Divinus humanum vicit, humanamque voluntatem Divinæ univit. Porro lucta hæc tanta cum naturalis propriique amoris anxietate contigit, ut tametsi tantum sanguinei sudoris profluvium balneumque secutum non fuerit, ad minus tamen sponsa Christi summâ tristitiâ timoreque circumfusa, gemino in lacrymarum rivo abundè balneavit.

Parens ubi tam longas filiam suam nectere moras vidit, maritusque eam præstolaretur, ascendit sursum ad

Oratorium. ubi triste sane ac miserandum spectaculum utrinque exhibitum est. Cum etenim Pater joannæ suæ mæstitiam angustiamque lacrymis iunctam conspexisset, & ipse in lacrymas solutus est, atque inde filia geminabantur lacrymæ & angustia. Neuter alterum alloqui potuit, quoniam ingenti dolore amborum corda veluti gelu adstricta obriguere. Paulo post parens elevavit oculos suos ad notum filia suæ dilectum, videlicet infantem IESUM, aitque ad eum gravi cum animi motu ac Devotione. O mi DEUS ac Domine quam spisso errore ego falsus sum, dum Divinæ tuæ vocationi restiti, meque a cupiditate uxoris meæ in transversum agi sum passus. Poteram tibi filiâ meam in sponsam tradere, & dedi eam, e heu! viro, qui peius ea utitur ac abiecto quopiam mancipio. Reus sum infelix huius coniugii, doloresque illos, quos nunc perperior me promeritum confiteor. Filia verò mea hac in re omnino culpâ vacat, veluti tu ò DEUS, optime nosti. Ne igitur peccata mea imputare ei velis, ab eâ exigere, quod ego peccando contraxi. Vide quomodo veluti ovicula ad macellum progreditur. Merito namque formidandum, ne Tyrannus iste, sicut truculentus Leo eius sanguine rabiem suam exfatiet. Apud te solum ò Domine invenire potest gratiam & auxilium. Quapropter eam ego totaliter in tuas trado manus. Tu velis eam semper tuæ protectionis virtutem experiri. Mi DEUS ac Domine, qui es omnium desolatorum

Sero nimirum sapit pater.

R III

30

"latorum derelictorumq; refugium
 "adesto illi in afflictione, in omni
 "necessitate ac adversitate, tuere
 "eam in certamine ac protege ubi-
 "vis ut verus Sponsus. Oratione
 "completa, conversus Parens ad
 "Ioannam ait ei: dilectissima mihi
 "toto è corde filia, agnosco plane
 "nunc, quam merito lacrymis dif-
 "fluas, tibi que metuas. Cum vero
 "notus tibi perspectusque sit amor
 "in te meus, bono esto animo: con-
 "fide quod ego tanquam pater, nun-
 "quam te derelinquam. Si itaq; ma-
 "ritus tuus, nobilibus tuis natalibus,
 "tuaque honestati convenienter te-
 "cum non egerit, tum ego te ab eo
 "separabo & ad me recipiam, vel
 "certè de claustrali aliqua habitatio-
 "ne tibi providebo, quò illic primæ
 "tuæ vocationis executioni pro posse
 "vacare, ac sine mortalium illius ti-
 "more, in pace ac quiete DEO ser-
 "uire possis. Ad perficienda hæc,
 "præsto mihi sunt, DEO laudes,
 "media sufficientia opesque. Perlu-
 "benter etiam omnes meos thesau-
 "ros atque divitias imò & vitam in-
 "tui auxilium protectionemque im-
 "pendā. Quare nunc terge ab oculis
 "lachrymas, mihiq; valescito. Post
 "hæc ambo sese mutuo amantissime
 "complexi sunt, ac posteaquā ei bene
 "precatus fuisset, deduxit eā optimus
 "Pater manu prehensam, in inferiora
 "ædium, maritoque suo eam contra-
 "didit. Hisce tristissima filia supre-
 "mum valedixit paternæ domui, fo-
 "rasque non sine ingenti pavore ac
 "dolore egressa est. Quoniam verò
 "novæ illæ ædes, adhuc dum sat in-
 "structæ à supellectili non erant, de-

*Domo pa-
 zerna Io-
 anna e-
 greditur.*

duxit eam interea maritus ad Sororis
 suæ domum, quæ Burgi probo cui-
 dam DEUMque timenti Doctori
 matrimonio iuncta erat. Doctori
 huic Medico Joannæ nostræ magnæ
 virtutes, ac præstantissima cæli mu-
 nera apprimè cognita fuerant, ob
 quæ cum is eam summè diligeret,
 magnæque haberet in reverentiâ,
 nemo præsentem illo quidquam ei in-
 ferre molestiæ audebat, verùm eo
 absente non maritus modo, sed &
 soror eius eam verbis factisque gra-
 viter affligebant. Innocens è contra
 Virgo non aperiebat os suum; sed
 omnia æquo, patientique animo,
 mansuetus veluti agnellus sustine-
 bat. Verùm non longo hæc durarunt
 tempore, brevi namque Matthias
 Ortiz domum suam plenè instruxit,
 & posteaquam fratribus valescif-
 set, abiit solus cū sua conjugè coha-
 bitaturus. Ut ergo domum subiit,
 solusque cum uxore sua degeret, in-
 tuitus eam uti truculentus leo, hæc
 aut similia ad eam protulit. Nunc
 "tu in mea unius es potestate, nec a-
 "liud tibi est reliquum refugium,
 "præterquam solius DEI. Quis-
 "nam toto orbe est, qui te defendat,
 "aut è manibus meis eripiat? Nunc
 "itaque mihi parendum est ad jota,
 "usq; ac apicem, nullaque in re vo-
 "luntas tua tibi perficienda. Regula
 "universalis hæc tibi esto. Jam verò
 "probe animum adverte ad id quod
 "tibi dico. Primò ea tibi ratio est in-
 "eunda, perinde ac jam parentes ne-
 "cessariique tibi essent demortui.
 "Parentum tuorum ædes nunquam
 "deinceps adibis, nec familiarium
 "aut propinquorum ullum alloque-
 ris

*A Marito
 ac Sorore
 eius variè
 vexatur.*

*Domum
 deductam
 ut mari-
 tus allo-
 quitur.*

Vide ge-
nitiua
Lycan-
tropi vis-
ceru.

“ris, si fortè Mater tua in plateâ aut
“templo te offendat, nec tunc ei lo-
“qui licebit. Et attende ut in omni-
“bus his, quæ tibi nunc præcipio ad-
“unguem obedias. DEUM siquis-
“dem testor, si in rebus hisce lapsa
“errore fueris, aut in quoquam exor-
“bitâris; me tibi perquâ severû cru-
“delemq; tortorè carnificemq; futu-
“rum, qui corpus tuû frustatim disse-
“cet. Misera Virgo, quæ gravissimo
cum timore ac turbatione præcepta
mariti audierat, humile ei respon-
“sum dedit. Domine, inquit, quod
“præcipis hoc ego exequar, sedulo-
“que semper connitar, ut tibi in om-
nibus morem geram. Quisque hic,
cui viscera commiserationis insunt,
facile cogitare potest, quis tum ani-
mus huic quindenni coniugi fuerit,
quando terrifica illa minantiaque
verba à marito suo proferri audiit;
quæ non horrenda tormenta ac sup-
plicia sibi imaginata fuerit; dum ni-
mirum in talis hominis potestate,
qui eam internecino prosequere tur
odio, velut inter ungues efferati fa-
me lupi destituta omni præsidio ovi-
cula, se constitutam, & super hæc
omnia præclusas undique vias exi-
tusque anxio cordi suo ad levamen
capiendum seu quodpiam apud ho-
mines quærendum solatium, vidit?
Siquidem reverti ad parentes erat
Religioso eius imbutoque spiritu
DEI animo prorsus contrarium;
quoniam suâ opinione hoc aliud non

esset, quam de cruce descendere
DEO que tergum obvertere. Alterâ
parte apparebat importabile ac su-
pra humanas esse vires, tali cum ho-
mine solam convivere. Eo in lucta-
mine desolata & anxia Sponsa no-
stra, quandoquidem nullum apud
homines repertura erat solatium,
sub umbram protectionis Sponsi sui
cælestis confugit. Secessitque in se-
paratum abditumque suæ domus lo-
cum, seque ei totam obtulit dicens:
“DEUS ac Sponse mi Crucifixe,
“sæpius me à juventute mea ad cru-
“cem tuâ cruce invitasti. Multum
“sanè non est, ut ego pro te patiar,
“dum tua ingentia tormenta quæ
“pro me sustinuisti considero: Ani-
“mus mihi quidem ad patiendum
“non deest, veruntamen pertimes-
“co, ne uti fragilis homo in crucis
“via impingam, titubem, labar, teq;
“offendam. Da modò mihi vires,
“& da Crucem, ageque mecum juxta
“Divinam tuam voluntatem; nunc
“in arena atq; congressu verfor, oro
“igitur, ut tuum divinum benepla-
“citurum impleatur. Ad hunc igitur
modum Virginea sponsa & conjux,
matrimonii, seu potius patimonii
dolorisque statum per diu-
turni martyrii pæ-
nas est exor-
sa.

Facta in
agonia
sponsa
nostra ad
Crucifi-
xum con-
fugit.

R III
3-6

FINIS LIBRI PRIMI

G 3

LIBER II.

LIBER II.

De vita Venerabilis Virginis Sor. IOANNAE à IESV
MARIA in statu conjugij.

CAPVT PRIMVM.

*Maritus Virginis conjugatæ eidem proponit, ut se patiat interfici;
incipitque lethales ei penas, ac tormenta inferre.*

IN Cantic. Cant. Divinus Spon-
sus ob oculos nobis perfectionem
sponsæ suæ per similitudinē pro-
ponit, dum dicit: (Cant. 4. v. 3.)
quod genæ illius sint velut fragmen
mali punici. Inter omnes arbores,
& arboreos fructus, uti Cassiodorus
testatur, malum punicum arborque
seu malus Punica, vulgo Granatus,
regnum obtinet. Pulchritudinem
illa suam intus conclusam gerit; si
porro ei cortex findatur, vel rumpatur,
tum vero absconditam intror-
susque latentem speciem decorem-
que visendam exhibet. Eadem rati-
one sancta Sponsa caute ac sapienter
virtutem perfectionemque suam in-
tra intimos animæ suæ recessus oc-
culit; quod si corpus eius per pœ-
nas ac martyrium concisum fuerit,
patet illicò venustas & decor eius
perfectionis. Nostra DEO despon-
sa Soror Ioanna valde sollicita erat,
ut virtutem suam ab hominum ob-
tutibus servaret absconditam: Cæle-
stis verò Sponsus cogitabat animæ
illius thesauros pandere, eosque om-
nibus in bonum exemplum propo-
nere. Eo fine ordinavit Sponsæ suæ

*Virtutis
thesau-
rus quo
magis oc-
cultatur,
propala-
tur.*

Tyrannum conjugem, ut eiusdem o-
pera manūque corpus illius multis
acribusque verberum ictibus conci-
deretur ac martyrizaretur. Tortor
iste atque carnifex erat Matthias ma-
ritus eius. Quadam vice dum solus
cum uxore suā ageret, in hunc eam
modum alloquitur: Domina, quan-
doquidem ego, quod conjugalem
copulam attinet, ad te accedere ne-
queo, ideo ut ipsa fateri debes, haud-
quaquam es apta coniugio, neque
possibile est, ut liberos procreemus,
aut Sacramenti Matrimonii benedi-
ctione perfruamur. Melius itaque
tibi fuerit, si semel meā interimaris
manu, quam durantem perpetuo
subire ac perpeti mortem. Ego te in-
dies excrucio, quo ad vixeris; sed
quorsum vitæ usurā frueris, perpe-
tus in lethiferis doloribus? Diutur-
no in cruciatu meritò mors pro leni-
mento habenda est. Igitur assentire,
ut te accedere possim; eo pacto se-
mel à cruciatu convictus ac societa-
tis tuæ liberabor ego, tu verò mea-
vades tormenta. Bona conjux, cui
tale vivere moriendo, morique vi-
vendo ipsâ morte erat acerbius, co-
gitat

*Vide in-
rum bel-
luam lo-
quentem,
non ho-
minem.*

gitabat, simplici candidaque mente, fore, ut si maritus infontem eam vitâ, privet, ipsa veluti Martyr occumbat, talique modo visione DEI perfruatur. Dum igitur aliquando operi cuiuspiam intenta, tales animo cogitationes voveret, audit vocem auribus suis insonantem: Nullo pacto assentiri debes mariti tui proposito, siquidem id neque animæ neque corpori tuo consultum est ac conducibile. Hisce illa verbis instructa & confirmata, decreto firmissimo pati crucemque portare apud se statuit.

Per id tempus iverat cum ancilla sua, & Hispanico more comite servo ad Santi Pauli templum, ut illic rei Divinæ interesset, nunciatur ei Matrem quoque suam illic adesse præsentem, ne igitur mariti sui præcepto contrarium ageret, per lubens vitâset oculos alloquiumque Matris, at non valuit: volentem quippe se in genua demittere, Mater accessit: nec verò illic aliud quicquam locutæ sunt, quam quod salutationis ritus requirit, quandoquidem timore mariti filia plus temporis colloquutioni indulgere Matri noluit. Breve hoc alloquium fortè observavit quispian, & inconsultè sapienterque illud marito eius propalavit. Ut igitur domum rediit, quarit ex ea, ubinam Sacrum audivisset? Respondit in templo sancti Pauli, & tunc quidem rem ille silentio preffit. Vespere autem in atrium domus concedens volumina Hollandici panni Hispaniæ grossisque cordis colligata solui jussit arreptuq; cordarum ma-

nipulum aceto-Salique immergit. Innocens Joanna cum ancillis id fieri arbitrabantur, ut tanto arctius iisdem volumina constricta, & venundanda procul mitteret. Nox interea advenerat. Ubi igitur Matthias in domo filere omnia advertit, existimaretque omnes iam gravi somno sopitos, iussit uxorem surgere, ac se sequi. Descendit itaque cum eâ in domus atrium, ubi stabat sponda forti è ligno compacta. Tum verò nudam eam ad quatuor illius columnas manibus pedibusque alligat, ac in modum figuramque Divi Andree in cruce pendentis distendit. Quindennis tunc erat, tamque miræ & elegantis formæ, ut homo vel maxime ferus, aut barbarus Turca honorem ipsi habuisset, quo tamen nullatenus attento Maritus efferatæ ad instar belluæ sævitia excecatus, memoratis cordis tam atroces ictus coniugi suæ infligere cœpit, ut virgineo suo mox sanguine tingeretur.

Cum verò pergeret cædere ictusque congeminare, non iam carnem sed vulnera feriebat; usque adeo ut tenera Virgo non solum à plantâ pedis usque ad verticem capitis suo nataret in sanguine, sed ossa ipsa suis è sedibus ac iuncturis emota frangerentur. Poterat innocentis huius agnelli sanguis, vel ipsa emollire Saxa, nequiquam tamen truculentum inauditi istius Tyranni cor emollivit: sævitiei etenim huic, alteram crudiliorem addidit. Facem accendit, cuius flamma liquatam ardentemque ceram

*Matthias
in Ioan-
nam a-
trocissime
savit.*

R III
36

in recentia confudit vulnera. Ad omnia hæc mansueta ista agnella ne quidem os aperuit. Verum innocens sanguis procul dubio veluti olim iusti Abel in cælum clamavit ad DEUM. Providentia siquidem Divina clamantis huius voce sanguis excitatione seu per Angelum eius, si ve ictuum dirissimorum strepitu evigilantes ancillæ, taliq; ac tam horrendo attonitæ spectaculo, illustrem quendam Equitem nomine Joannem Bapt. de la Moneda, qui eadem in domo cum uxore sua habitabat, evocavere. Malefactor porro ille sensit protinus evigilasse ancillas è somno, scelusque suum proditum. Ne igitur in tam flagrante atrocique facinore prehenderetur, confestim uxorem vinculis exsolvit, ac semimortuam in lectum deportat. Tum ancillis ad se vocatis minatur mortem, si aliter loquantur, quam quod Dominæ suæ subito lethale quoddam malum supervenisset, cuius causa in periculo mortis versaretur. Interea accersiri jubet Doctorem illum affinem suum, suæ verò Conjugi stricto pugio- ne minatur transverberaturum se illam, si cui mortalium quicquam hoc de suo facinore loqueretur. O misera mulier! pellis tibi detrahitur, corpus tuum exiit, nec tamen permittitur tibi angustiati cor animi- que uspiam relevare, aut verbo conqueri: tali te modo in angustiis cordis tui suffocare conantur. Adven- nerat quidem medicus; cui quia morbi malorumque causæ non pandebantur, ordinata media, atque remedia plus erant noxia, quam proficua. Patiebatur ergo ægra ingentes

*Malitia
solers.*

dolores, nam neque manum neque pedem, luxatis è compage sua offi- bus, movere potuit. Benignus autem DEUS voluit, ut vice quadam in absentia mariti medicus adveni- ret. Quoniam verò, ob insignem a- morem, quo is eam prosequeretur, tuto ei fidere poterat, sub confiden- tia, secretoque illi totius rei seriem, statumque morbi sui patefacit, ac si- mul commiserationem lachrymas- que viro elicit. Igitur melius edo- ctus, summâ diligentia & solitudi- ne curationi incubuit; atque ita mediis proficuis medicamentisque salu- taribus ægra sensim est valetudini restituta. Atrocità eiusmodi tor- menta, multa sanè ac frequenter est perpessa, quod singulari modestia & humilitate ipsamet testatur. Tales "pænas, inquit, & ob eiusmodi cau- "sas, sustinui permultas; & quamvis "hoc ita dicam, videor mihi tamen, "causam illis præbuisse, quod a. l. "placitum illi servire nescirem. "Multis quippe se incommoditati- "bus involvunt viri, cum puellas pri- "mi, in annis, tenerasve nimium ju- "venculas ducunt. Nam aliàs valde "benignus erat. Ab isto cruciati, quem animo demisso promptoque pertulerat, ut omni cum veritate ac proprietate posset dicere, se trans- visse per ignem & aquam, & edu- ctam in refrigerium esse, evenit ut puer quidem Matthiæ Ortizii pa- truelis, ludens cum a vibus Canariis, quarum aliquot Matthias Ortiz in caveis nutriebat, unam è cavearum numero virgulâ dejiceret: Non longè post adfuit Matthias Ortiz; atque ubi caveam humi abjectam

*DEVS
prospicit
suis.*

*Conyza
lescit u.
anna.*

*Trucu-
lentiã
mariti
excusat.*

con-

conspexit, irriguit velut Leo, suæq; uxori dicit insultandi sibi gratia eam corbicularum dejecisse aut certe ad complacendum illi ancillas hoc patrâsse. Optima Ioanna respondet, nec se nec ancillarum ullam id fecisse, quoniam ab eo tempore, quo ab eis recessit, omnes labori intentæ mansissent, nullaque se movisset loco. Ille vero, ut qui non proprie ipsam veritatem, sed causas uxoris suæ excruciantem inquireret, ab ancillis blandè avocata, ducit in vestibulum domus ad fontem, qui illic erat; tum ponere vestes jubet; illâ vero præ pudore tergiversante medio diei nudam se visendam præbere, præ ira animique impotentia prope in rabiem versus, pugionem educit è vagina, discindit Zonam eius, vestimenta dilacerat, faciem pugnis contundit, nudatamque ac resectam omnino, ut nata fuerat, statuit. Tali modo ad funem putei alligatam, in profundumque demissam collotenus aquæ immergit. Ne vero quidquam esset, quo uti, vel cuius adminiculo in superna emergeret, præterquam funis cui alligata erat, situlam sursum attraxit; postremo patruelem suum, excubitorem super scalam quandam in custodia collocat, ancillas vero inclusas sedere fecit. Sic igitur totis 24. horis pendentem in fonte ad collum usque reliquit, & acerrimâ quidem hyeme in Burgenfi urbe, ubi hyemes vel maxime sæviunt. Est igitur pro explorato manifestoque miraculo habendum, quod isto in horribili tormento mortua non sit, cum alioquin cursu naturali debuisset tam intenso

tamque diuturno frigore extingui, nisi Divini amoris igne, qui in corde illius arsit, calefacta & conservata fuisset. Posteaquam igitur 24. horæ præterierint, uterque Matthias videlicet Ortiz & patruelis eius seminecè eam è puteo extractum ad lectum deportarunt, in quo toto bimestri, velut marmor gelidum uno in loco, nusquam se vertere aut erigere valens, decubuit. Quod factum quis ritè expenderit, asperæ licet immitisque naturæ sit tormentum profecto cuicumque denum immanissimo SS. Martyribus à persecutoribus tyrannice illato cruciatui par fuisse facile deprehendet.

Hæc & alia perpetuata gravissima tormenta invictò heroicoque profusus animo sustinebat tenera Virgo, sociabatque illis sanctos devotosq; affectus, tali ut ratione pœnas istas eximiis præcellentibusque meritis coronaret, animaque affectibus corporis dolores redderet pretiosos, sciebat quippe quod pectoris penetralibus insita virtus debeat externis operibus honestatem gloriamque circumdare. Quandoquidem ergo adeo mitis & humilis corde fuit, omnes istos dolores ac afflictiones tanquam condignas peccatis suis pœnas excipiebat. Optabat Job patientissimus, ut sui sermones scribi sculpive possent in saxo ac silice. (Iob 19. v. 24.) nimirum ut saxum illud ab ictibus tonstronibusque inardescens, scintillas ederet. Pari modo fortis hæc mulier, quæ Charitate velut ignarius lapis, quo diutius à marito tundeatur, tanto amplius ignis ac splendor

Divini amoris calor eam gelido fontis immersum in vitam conservat.

Omnes pœnas peccatis suis imputat.

Virtus quo magis caditur, magis emicat.

H ardenti-

Novum
tormenti
genus
Innocenti
Ioannæ
maritus
confert.

ardentium intus amoris flammam, foras erumpebat. Cum is cessaret percutere, procidebat ingenua humiliter ab illo veniam orans, dicebatque se nunc agnoscere, quam justè ac meritò se puniat; plagis omnibus sibi graviozem tantum poneret viam. Hæc tum amabilia verba faxeum quidem quodvis pectus emollire suffecissent, quibus nihilominus adamantinum mariti cor indurabatur amplius. Responsionis principium acerbis excipiebat colapsis addens: non mihi fucus simulatioque tua & compta verba satisfaciunt. Huiusmodi responsum Joannam graviter affligebat; Videbat enim fucatum simulatoremque haberi quicquid demum pectore candido simplici que animo placando tandem & conciliando marito seu diceret seu faceret. Vicini interea certiores reddebant parentes, quam inhumane crudeliterque filia eorum à Matthiâ Ortizio tractaretur, qui tacti dolore cordis intrinsecus promptos sese consueto legimoque divortii medio separationem à tam inhumano socio procurare dummodo desideret, significant. Joanna verò respondit, nihil se aliud velle, quam impositam sibi crucem portare; quandoquidem satis ad salutem non est bene cæpisse, sed usque in finem, perseverasse. Debere nos quidem tribulationibus adversitatibusque decertare pro assequenda corona, solam tamen perseverantiam coronam adipisci. Hic advertimus qualiter Soror Jo-

*Joanna
de cruce
descende-
re renuit.*

anna impleverit illud, quod Divus Bernardus ait serm. i. de S. Andr. videlicet, quod ii qui crucem amplectuntur, ita eius amore capiuntur, ut nusquam quiescere, aut cessare queant, donec mundo crucifixi in crucis brachiis moriantur.

Undè consecutum est, ut propinqui, imò parentes etiam ipsi eam desererent, quia sibi imaginari aut persuadere non poterant, quod Joanna tam male, ut eius vicini retulerant à marito haberetur, quando ipsa ne minimum cuiusquam pressuræ adversitatisque sensum ostenderet. Serpens verò antiquus, videlicet Diabolus eam jam solam ab hominibus undequaque desolatam videns, gravissimæ huius afflictionis occasione uti constituit. Cæpit itaque eam horribilibus impetere cogitationibus, afflabat eam mortiferis plenisque stygii veneni suggestionibus, & sequenti sensibili affatur. O formæ infelicitas! O infortunatum conjugium! O matrimonium patimicium! Quod juvenis nobilis Domine, tam generoso nata sanguinorum, tantarum opum, in tenera ac florenti juventute, velit sub tam acerbo & inaudito servitutis iugo degere, ut tristis ac solatio destituta in fletibus atrocissimisque tormentis, florem suæ juventutis marcescere, arefcere, ac deperire sinat, cui tam facilè in lætitiis deliciis ac voluptate, apud omnes

Desolatam undique Dæmon impetit.

Diabolus eam undique deserram variè impugnat.

nes homines honoratam vivere,
 prout alia multò inferiores filia
 in gaudio & pace suavem vitam
 ducunt. O te fatuam! Ecquid
 cernis mortiferam hanc vitam,
 ac perseverantem mortem tibi
 importabilem esse, neque ullam
 usquam affulgere spem ut tor-
 menta tua doloresque finem ac-
 cipiant? Nunquam crudelem
 suam mentem exuet maritus
 tuus. Parentes tui ac necessarij
 omnem tui memoriam deposuere,
 DEUS ipse te dereliquit, neque
 iam ullus tibi relictus est sive in
 terris, seu in cælis locus, quo
 confugere queas. Quid igitur
 est, quod speras, quod expectas?
 vel nunc tandem te ipsam con-
 sidera, revolveque cuncta retro,
 quæ iam perpeffa & porro etiam
 passura sis. Quod si ab hac cala-
 mitate eripi velis, adero tibi fide-
 liter; efficiam, ut maritus tuus
 te amet, propinqui cognatique
 tui te honorent, æstimentque, ac
 totus mundus propemodum ad-
 oret. Veteratorio isto Stigij ser-
 pentis affatu atque afflatu, rectum
 integrumque joannæ nostræ cor
 pene fascinatam fuit. Ratio, mens,
 sensus, viresque animi veluti atrâ
 densaque nube involuta obscura-
 taque fuere. Divinus tamen Sol
 eam illustravit, cælestique suâ
 luce tenebras omnes dispulit. Unde
 alto velut è somno evigilans red-
 dita sibi, DEUMque benignissim-
 um, ut auxilio gratiaque suâ, sibi
 adesset, hisce oravit: Mi DEUS,
 imbecillitas & ignorantia mea tibi

*Confusa
 Demonis
 susurro,
 ac DEI
 lumine
 illustrata
 ad eum
 confugit.*

perspecta est. Hostes mei mul-
 ti sunt ac potentes; ne me de-
 seras, si vis ne ego te deseram.
 Nam sine te nihil, tecum verò
 possum omnia. His dictis appa-
 ruit Divus Franciscus, eam verbis se-
 quentibus confortans: Ne ani-
 mo concidas Filia, omnia hæc
 tibi sunt utilia, estque totum id
 misericordia, quam DEUS tibi
 exhibet. Mi sancte Pater ait
 illa, an non tu es testis Divinæ
 mecum factæ desponsationis: Qui
 ergò sivit DEUS, ut me Parentes
 mei nuptui traderent? Istud re-
 ponit Sanctus Franciscus, fieri
 permisit DEUS, ad utilitatem
 tuam, Nam quo plus in hac vi-
 ta pateris, tanto etiam corona
 tua erit maior, itaque bono ani-
 mo esto Filia mea. Hisce san-
 ctus Pater evanuit, & ipsa bene
 animata confortataque reman-
 sit.

Implevit etiam per id tempus
 postulationem eius ac desiderium
 DEUS, quod dudum pectore a-
 luerat, nimirum ut tam, ipsa,
 quam Parentes eius in paupertate
 devenirent. Parentum siquid-
 em eius temporalis felicitas
 magnæque opes tantopere decre-
 verunt, ut in magnam necessari-
 rum rerumque indigentiam deve-
 nirent. Matthias Ortiz verò mer-
 catura deserta, fortunas bonaque
 decoxit: Ubi igitur se ita bonis o-
 pibusque nudatum vidit, quibus
 ante affluerat, ait suæ uxori. Mo-
 dicum illud quod adhuc reliquum
 habe-

*A Fr.
 cisco con-
 fortatur.*

*Parentes
 Ioanna
 ipsaque
 cum ma-
 rito in
 pauper-
 tatem des-
 voluntur.*

*Matthias
Ortiz de-
coctis for-
tunis
Burgo
excedere
& alio
migrare
constituit*

habemus, usque ad vestimenta tua venundare constitui, teque alio ducere, ut ita propinqui tui nihil unquam de te audiant. Ad quas Joannane verbum respondit. Cæperat interea ille animi sui decretum in opus deducere; verum Affinis eius Medicinæ Doctor illi dissuadens, dixit: Quoniam cum juvene adeo ac speciosa uxore tenderet? Manneret in suo natali solo in Urbe Burgensi, ubi commodius viveret quam in peregrina regione. Quoniam verò Arithmeticæ peritus Quæstoris officio fungi posset, ideo consulere præcipui cuiusdam, prædivitis, nobilis & cum primis Religiosi pietatis dediti viri Don Petro de Cerezo, Torquemada servitio pro quæstura administratione sese manciparet. Non sat ad palatum Matthiæ Ortizii erat istud consilium: imaginabatur quippe sibi à suæ fortis conditionisque hominibus nulli præterquam Regi soli, præstari debere servitium. Magna tamen necessitas, quæ omnia vincit, munus id suscipere, præfati que Domini Petri de Cerezo Quæstorem agere. Compulit, quod exercere aggressus ait ad conjugem suam: Cum eam ultra alere nequeat, iret ad Parentes suos. Domine respondit Joanna: Uxor debet derelinquere Parentes suos & adhærere marito suo: Quanam oro ratione apud DEUM hominesque subsistemus, si ego ad Parentes redeam & maritum meum derelinquam? Ad hæc Parentes

*Nulla in
fortuna dese-
rendus
est uxori
maritus.*

mei ad paupertatem reducti causabuntur, quod me sustentare non valeant. At Matthiæ rationabili hoc responso neutquam satisfactum est. Sed protinus pallio circumdatam manumque ad posticum, quod in augustum viculum atque præterlabentem rivum exitum habebat, deductam foras protrudit, aiens: abi in nomine Domini. Dum ergo ita sola, mæsta, derelictaque undique proxime ad rivulum confidens cogitare cepit, quid in hac eiectione tibi esset agendum. Quam in perturbatione Cacodemon eam denuo sequentibus venenatis suggestionibus aggressus est. O te cæcam mulierem? Quid hoc rerum statu incipies? Vbi nunc vana tua inanisque fiducia, quam ante hac gerebas? Quid nunc te fiet, quæ à cunctis mortalibus abiecta ac deserta es, ut sane vides? Posteaquam DEUS ipse iam te dereliquit, aliud aptius medium non video, nisi ut tam in felicem vitam compendio, brevique morte tibi manus inferendo finias. Explicari sat verbis nequit, quanto per turbatio Diabolici illius furtivi Joannæ nostræ cor triste anxiumque reddiderit. In amarissimas itaque solvitur lacrymas atque sanctissimam Virginem Mariam invocat. Continuo verò sibi interius dici "audit. Filia mea, ne tristeris, aut deiciatis animo. Nullam fidem habe impostori huic non te deseruit DEUS, imò ille omnipotens tecum & apud te est, in omnibus tribulationibus, quas pa-

*A Marito
domo ex-
truditur.*

*Tentatur
à demone
graviter.*

*A B. V.
M. con-
fortatur.*

teris.

teris. A voce ista dulcissima ingentes animos Virgo oppressa amaritudine hausit, veteratorias artes fraudemque maligni spiritus dilucidè agnovit. Sicut namque micantes Solis radii tetra nubila, umbrasque dispellunt, pari ratione prædicta vox novo lumine oculos Joannæ aperuit, dispositionis divinæ veritatem Dæmonisque fallaciam dignoscendam. Animata igitur ac roborata voce illa consurgit, & quia maritum in graphiario occupatum autumabat, abiit inde, clam & nemine sentiente in domum irrepenti animo: At verò maritus omnes gressus uxoris eminus observabat, sicut illam aedes tacitè subire: Dum ergò illa per scalam in superiora ascendit, inobservatus & inexpectatus, mox eam ad supremum usque gradum insequitur: tum verò efferato animo Joannam capite prehensam vi magna à tergo protractam per gradus deorsum deliicit. Lapsus ille adeò fuit terribilis & violentus, ut sanguis copiosè ad cerebrum conflueret, ut animo sensuque omni destituta, 30. dierum intervallo affixa lecto, perpetuo in deliquio decubuerit. Uxor nobilis illius Equitis ac Domini, cui Matthias serviebat, erat pia & sancta Domina: Cùm vero singulari amore Joannam prosequeretur, impendioque revereretur, hac in eius aegritudine Joannam, perinde ac Mater Filiam sollicitè curavit. Non an-

cillas modò suas, sed ipsamet servitium ei præstare voluit. Quoniam verò advertebat genuinam propriamque morbi causam consulto celari, ob idque conducibilia pharmaca, nec cognosci nec adhiberi cum fructu; præcipui nominis medicum Civitatis Burgensis accersiri iubet: Cui tandem malum illud à gravi præcipiti que lapsu provenisse referatum. Vnde non longè post Joanna curata pristinae integræque est sanitati restituta. Certè quævis alia tenera juvenisque Dommicella, toto animo timeret, abhorreretque ab eiusmodi immanissimis cruciatibus, eosque remis velisque omnibus fugeret, immo terræ viva suffodi potius, quam maritum talem vel aspectu, dignatur optaret. Nihilominus tamen patiens Joanna nostra animo statuit, quo sævius traderet, tantò magis tyrannum istum tolerare, eique morem gerere. Experientia etiam docet, quod in spiritali certamine, victoria DEI ope & gratiâ obtenta, novas addat vires, animamque confortet ad novum certamen subeundum, dum in sæculi lucta victor ipse debilitatur & es languescit.

*Tandem
sanitati
redditur.*

☉(o)☉

CAPUT

*Tacitè in
domum
reverti-
tur, à ma-
rito verò
per gra-
dus desi-
citur.*

*Indè gra-
vier lesa
diu de-
cumbit.*

R III
30

CAPVT II.

DEVS adiungit Ioanna quatuor Seraphinos, qui eam comitentur & confortent: Dolores eius atque tormenta perseverant.

*Semper
solatur
suos DE-
VS.*

*Adiungit
Ioanna
quatuor
Seraphi-
nos.*

DOMINE inquit Rex David (Ps. 93: v. 19.) secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificaverunt animam meam. Quod providentiam divinam sæpius expertus asserit, quæ præcipuos Sanctos suos ad vitam æternam, per spiritualem viam Crucis deducit. Visitat eos doloribus & afflictionibus, illique in pressuris corporalibus suspirant & gemunt; DEUS verò illos iuxta mensuram eorundem miseriarum corroborat. Ubi ergò is conspexit, quam multa Ioanna Sponsa sua pateretur, & porrò etiã quanta toleranda restarent, præter sanctum eius Angelum custodem, quatuor ei Seraphinos deputavit, qui eam omni tempore, imò omni vitæ illius momento incessanter comitentur, tuerentur, atque confortarent. Singularis hæc amabilisque providentia DEI, tali ab ea modo est cognita. Paucis ab inito matrimonio annis, comparuerunt illi quatuor præclarissimi juvenes, suavi amabilique gestu, decorâ facie, venustâque supra modum corporis formâ. Quivis eorum lenas radiantes habebat alas, superante omnem pulchritudinis modum pennarum colore; Cælici luminis eximie mi-

cantibus radiis circumdati. Soror Ioanna à tantâ claritate in extatim raptâ, initioque turbatione pavoreque correpta fuit. Paulo verò post, naturâ debili suprêmâ gratiæ Divinæ virtute roborata, quærit è prædictis adolescentibus, quinam sint, quid afferant, quidve velint. Cælites Genii juvenesque dixerunt, se quatuor Seraphinos esse ab Altissimo Numine ei submissos, ut eam toto vitæ suæ discursu ubivis locorum comitentur, diversisque etiam de causis, in variis eius incommodis ipsi semper assistant. Præcipuè tamen ut eam excitent, solentur, confortent ac tueantur, ne in vasto ac procelloso tribulationum mari, quæ interiora animæ eius inundatura sunt, spiritus suffocetur ac submergatur. Difficile creditu forte factum hoc cuiquam videri poterit, perpendenti doctrinam, quam Doctor Angelicus Divus Thomas nobis tradit (1. p. q. 112.) nimirum suprêmæ Hierarchiæ Angelos, quales Seraphini sunt, ad nos haudquaquam mitti. Sed hæc doctrina intelligenda est, quod secundum communem regulam, cursumque ordinarium, supremos Deus Angelos ad nos non destinet; potest tamen benignus DEUS, peculiari de causa gratiam istam alicui facere, prout è Scriptura sacra palam fit, atque Theologi etiam cum Seraphico Doctore Divo Bonaventurâ & Scoto docent (12. dist. 10. art. 1. q. 2. Scot. in 2. dist. 10.) Posteaquam igitur Seraphicum istud præsidium ac juvamen

In Aragoniam cum marito Ioanna deducitur.

Plurima ibi patitur.

Burgum cum marito revertitur.

vamen summâ grati animi testificatione Ioanna suscepit, infracta constantque Virgo denuo etiam pati nova cæpit. Brevi Maritus eius suum illud servitium perofus est, abeundi ergo à Dominis suis copiam obtinet, & postquam, quod è re familiari domesticâque supellectile restiterat, divendit, in Civitatem quandam Aragoniæ Cataliud dictam, cum uxore sua secessit. Vnum illic duntaxat egere annum. Quæ non misera hæc nupta, ab omnibusque derelicta eo in loco perpeffa est? Quas non injurias, contemptus, quot alapas, immania verbera, tormenta ac supplicia sustinuit? Quis hæc omnia numerabit, quis exprimet? Horruere servi & ancillæ eius ad eorum aspectum; at illa sufferendis summâ cum patientiâ omnibus par animo, immota perstitit. Evolutâ unius animi periodo, Matthias iterum se cum suis Burgos recepit, ad habitandum ibi. Eo in itinere, inculto quoque in hospito, inhabitatoque regionis foria nuncupatæ loco, tenebris obscuræ admodum noctis oppressi fuerunt, & quia viæ erant ignari, errabant. Cum ergo Matthias ex DEO vindictam sumere non posset, Conjugem suam summo cum contemptu, & verborum contumelia aggreditur, blasphematur, fulminat, minasque in eam vomit cum crebra impia juratione. Misera Ioanna quovis passu mortem timuit; DEO itaque uni atque Sanctissimæ eius Matti se commendavit. Inter hæc vocem audiunt ab Angelo DEI e-

ditam. Istac pergite, non procul inde pagus distat. Tandem in locum quendam, Hinojosa nomine deveniunt. Ut ergo subiere hospitium, impedimenta que sua introrsus detulere cæpit Matthias truculenter adeo sua cum conjugere agere, ut hospita stuperet, eque famulo quæreret dicens: Bone amice, fortasse hæc Domina istius Domini mancipium aut serva est? Servus, cui atrociam Domini facinorosa caput obturbarent, irato animo respondit; Non est eius mancipium neque ancilla, sed Coniux illius, earumque virtutum, ut ipse dignus non sit corrigiam eius calceamenti solvere; & tamen cum ea sic agit semper, prout nunc cernis; & multo etiam deterius. Ubi verò Matthias omnia in hospitio ad placitum disposuisset, uxorem suam sevocat, eamque in stabulum introducit, fure manus vincit, atque media inter iumenta ad præsepem alligat, cum sequenti contumelioso dicto. Hic aptus commodusque tibi est locus; meo quippe consortio digna non es. Postremo valesfaciens cum iteratis alapis contumeliosisque sarcasmis, ad stratum se recepit; illa verò prædicto modo alligata mansit. Præbuit humili Virgini hæc ignominia occasionem DEUM suum animo representandi, quo videlicet is pacto sui amore homo factus, ligatis manibus pedibusque inter duo animalia, in præsepio fuerit reclinatus. Lætabatur impensè Soror IOANNA de hac sua cum Sponso suo conformatione, atque

Eo in itinere quid sit passus.

Fune Ioannam ad præsepem Matthias alligat.

*Gaudio
illuc dif-
fluit sed
tentator
sua occa-
sione ui-
tur.*

atque externum pudorem ac dede-
cus in intimum convertit gaudium
cordis; eo tamen haud obstante ten-
tator eam impugnare orsus, tacito
illi susurrio dicebat: fieri ne potest
ut sic semper caeca sis, cum tamen
revera facta ipsa tibi oculos aperiant.
An non fat perspicis, manuque pal-
pas, quod te DEUS deseruerit?
Quorsum omnis horum tolerantia?
Si meam opem expetis, exsolvam
te protinus ab hoc praesepi, & a ma-
rito tuo defendam. Sed Ioanna fir-
ma constansque erat in tolerando.
Nihil illa tum agebat aliud, quam
ut toto se animo ad DEUM con-
vertens, illique diceret. Domine
“responde pro me, quoniam gra-
“vis hæc est tentatio, non me de-
“seras, ne præceps corruam. Pone
“me juxta te, & cuiusvis manus
“pugnet contra me. Vide quot tibi
“ego pretio steterim. Descendisti
“tu sublimi è cælo in terram ad me
“salvandam, ne igitur pretium tui
“sanguinis in me deperire siveris.
tali modo illa totam tracluxit no-
ctem. Vbi iam deluceffere cæpit,
Matthias famulum ancillamque
evocat, abit ad stabulum, atque
ut primum conjugem conspexit,
ait ei: benene Domina dormivit?
Ita sane apparet, nam inter iumen-
ta duntaxat congruus est ei quietis
locus. Famulus atque ancilla ubi
Dominam suam ad præsepe revin-
ctam tanta humilitate ac mansue-
tudine viderunt consistere ingenti
doloris sensu, probrum hoc dede-
cusque tulere, sed neque à lacrymis
temperare sibi poterant. Interim
eam Matthias solvit iubetque ut

necessaria prosequendo itineri
comparet. Fecit hoc sine ulla ter-
giversatione aut minima contradi-
ctione, atque in humili cognitione
quam longæ maiores pœnæ peccatis
suis deberentur, summas DEO age-
bat gratias, pro tam miti ac benigna
castigatione. Ab eo loco brevi Bur-
gensem Urbem attingere. Quando-
quidem vero nobilis nostra Virgo
tota civitate Burgensi nota, omni-
busque amata fuit, non est ausa in
hominum venire conspectum, sed
occultabat se ab omnibus. Non e-
quidem quasi in Patria sua abhor-
reret, in tam abiecto, vili, contemp-
toque statu videri, sed ut eo pacto
execrationes ac maledicta impedi-
ret, quibus à populo passim eius
maritus impetebatur. Quisquis e-
nim obvius agebat: maledictus sit
homo, qui tali modo coniugem
suam tractat, quæ tota instar est
Angeli. Ignoscat DEUS Parenti-
bus qui tanta virtute præditam,
tamque speciosam Domicellam
unguibus feræ belluæ tradidere:
fatius ferè fuerat eam in aquas ab-
jici, quam adeo truculento tyranno
coniugio copulari Ioanna econtra
obviabat hominum dictis atque o-
culis consuetudine maxima, via mo-
doque quam optimo, omniaque
eius facta ita interpretabatur, ut
mariti sui reputationem existimas-
tionemque tueretur; excusans eum
quantum fas sineret. Ille vero co-
gitabat cum uxore sua madritum
proficisci, dicitque illi ut partem
vestimentorum suorum cultusque
sibi tradat venundandam. Dicto au-
diens virgo confestim protulit
cycladem

*Burgum
revertun-
tur.*

*Ioanna
cavet ho-
nori mari-
ti sui.*

cycladem holofericam, qua una duntaxat vice induendo corpori usa fuerat, & similiter viridem Damascenam interiorem vestem sericumque pallium & alia eiusmodi è mundo muliebri. Agebat hoc prompto ac perquam alacri animo, quippe cui Divinus amor omnem ornatum pompamque sæculi exosam reddiderat. Supervenerat hisce Doctor Medicus Matthiæ affinis domum ingressus; atq; ubi indumenta illa ornatumque in mensa expositum jacere conspexit, scire voluit, quanam ex causa, quoque sine id fieret. Domine respondet Ioanna vestes hæ venundandæ sunt & in pecuniam redigendæ, ut Madritum proficiscamur, Consilium hoc Doctore neutiquam probabatur, mandat ergo famulo suo, ut ea omnia in domum suam perferat. Matthiæque Ortizio tam solidis prægnantibus rationique consentaneis argumentis contrarium svadebat, ut ille animi sui decreto protinus mutato denuoque quæstoris obire officium apud præfatum Dominum Petrum expeteret Facile postulatum impetrat munus eo quod eiusdem Nobilis Domini uxor, Ioannam apud se habere cupiebat, propter ingentem fructum ac utilitatem, quam ex tam sancto consortio eius anima capiebat; Divina Scriptura, & experientia ipsa teste, quod in vita spirituali, amicorum DEI consortium summe sit proficuum, ex adverso vero malorum societas exitiosa. Qua de causa Divus Bernardus Eugenium Papam valde sapienter commonet, ne sibi imaginetur, statum suum fe-

licem fore, quamdiu ad latus, ac circumse malos homines eorumque societatem patietur.

Erat Don Pedro ad quartum ab urbe Burgo milliarium insigne Palatium arxque munita ad formam turris. Misit eo suum quæstorem ad reditus inde obvenientes administrandos ac procuraret. Non inveniebat Matthias ancillam, quam secum duceret, ait ergo uxori suæ ut se comiteretur, officiumque ancillæ obeat. Paruit alacri lætoque animo mariti dicto humilis Ioanna nostra, talemque servitutem magni honoris loco habuit, cum perpenderet, quod verba illa, quibus Procomatré primâq; fæminarû, DEUS post lapsu est affatus; scilicet sub potestate viri eris, isque dominabitur tui, pro execratione aut maledicto accipienda non essent, sed magni honoris ac benedictionis loco habenda prout Divus Ambrosius testatur (Lib. 1 de Parad. c. 14.) Eam ob rem Divina verba illa eo sensu accipiebat Soror Ioanna, quasi tam sibi quam Evæ dixisset: en peccando in servitutem lapsa servitutis onus in te suscepisti, igitur servi marito tuo, moremque ei gerens. Desponsum tibi Dominum reputa; Divinus etenim amor hanc in te sententiam tulit; ut hac ratione, scilicet per servitutem, libera salvaque fias. Sententiam hanc atque damnationem cunctæ mulieres ob oculos sibi merito statuere deberent, in eaque perseverare, quandoquidem sincerus germanusque in maritum amor, talem secum inducit servitutem. Si quæ vero coniugata alterius viri

I

amore

Amor
Dei om-
nem or-
natum
sæculi
exosum
reddidit.

Societas
honorum
aristis,
malorum
est perni-
tiosa.

Ancilla
officium
lubens ex-
equitur
Ioanna.

Quo sensu
accipi-
enda ver-
ba sub vi-
ri potesta-
te eris.

R III
36

amore cupiditateque teneretur, maritus enim verò illius prorsus infortunatus, ipsi verò summum dedecus pudorque esset. Incredibile non est, quod eheu! homines reperiantur ipso Dæmone peiores. Qui ergo sub jugo talis hominis degit, ut ait Divus Augustinus, necesse est Tyrannum ferat atrocissimum & irconciliabilem. Talem prorsus fuisse Matthiam Ortiz videtur. Uxor eius Joanna serviebat ei omni promptitudine, velut fidelis Sponsa, ille verò è contrario omni savitie, ut verus tyrannus, peius quam mancipio quopiam eā utebatur. Dixit ei quadam vice, ut aliquantum tritici purget, quod ubi fanatico isti cerebro, placito tardius exequi videretur, correptum manu rutellum capiti uxoris tam validè illisit, ut gravi vulnere faucia in terram corruerit, quo vix curato, abiit ille ad reditus quosdam cogendos, mandatque uti se expectet vesperi rediturum. Paruit illa per omnia, præstulaturque reditum ipsius in gradibus. Iam undecima noctis hora aderat, & quia Ioanna totius diei labore fatigata atque debilitata obfistere somno difficulterque eum excudere poterat dormire parumper cœpit. Supervenit Matthias semel fores pulsans; at illa non evigilabat. Secundò pulsat, moxque illa somno excusso, quærit quis pulset? Respondit: Aperi modò dicam tibi, qualiter mihi obedire debeas. Tristissima uxor corde contremiscerat: descendit concita, foresque pandit. At ille stricto pugio, ut Dæmon irrui; Hæc ve-

*Peior Dæ-
mone
Matthias
uxorem
suam
rursus bis
pesimè
accepit.*

rò capiti sine læsione servando, brachium obicit, quod mox tantà vi transfixit, ut acies ferri per brachium ad parietem usque, in quem illa se reclinârat, penetraret. Nec isto contentus, sed ut ferociens Elephas viso cruore ad pugnam magis acuitur & inardescit, nec nisi cædes & vulnera spirat, sic truculenta hæc bellua copioso conjugis suæ conspecto sanguine efferatus oleum, cuius non parva quantitas aderat, igni admoveri jubet, cui iam bullienti linteum immergit, quo & fervente simul oleo vulnus adurit, & quod immanius audituque horribilius, ferrum accipit, cuius cuspide intinctum fato modo linteum per apertum violenter transfodit vulnus. O maledicta mariti in uxorem savitia! Possine malus Dæmon ipse diabolicum magis excogitare supplicium? Dolor quem misera Ioanna exinde percipiebat, tam erat intentus, ut in deliquium incidens, mentis ac omnis sensus impos humique strata iaceret velut mortua. Videbat quidem hæc tyrannus nulla tamen compassione miseræ motus, defectioe tali sibi reddita, perinde ac si nihil mali perpeffa velut serva, ad consueta domus ministeria impigrè obeunda, ubilibet præsto esse iubetur, sicque nulla interim curatione vulnere adhibita in domesticis servitiis per oëtiduum occupabatur. Ubi verò exulcerari vulnus, brachium tumescere, doloresque magis ac magis augeri cœpère, parum aberat quin moreretur. Inter hæc Divina disponente providentiâ, Nobilis quidam Burgensis in domum

*Feritas
inaudita
mariti in
conjugem*

*DEI pro-
videntiâ
agente in
urbem
morti
proxima
desertur
Ioanna.*

mum eius advenerat: ubi lethale malum Ioannæ adverterat, petiit à Matthia, ut Burgos deportari ad curationem posset. Ita sollicitè agente Nobili ac Doctore eius Affine deducta est ad matrem, quæ iam viduata marito fuerat. Præceperat Medicus ob ingens præsensque vitæ periculum, ut sacris confestim Sacramentis ad excessum muniretur. Hoc modo bimestri toto in atrocissimis cruciatibus lecto affixa decubuit, marito nihil de ea sollicito aut quærente, sed ne eius memore quidem. Nullam in passione sua Christus habere societatem voluit, simili ratione disposuit, ut Charissima Sponsa sua sola in patiento esset, neque ullius mortalium, sed neque divina sua societate sensibilibiter frueretur.

Mater ad magnam redacta egestatem, eam ultra alere nequibat quapropter mœsta ac derelicta conjux erat quasi nupta sine viro, filia sine parentibus, in persecutionibus sine adiutorio, atque in tam gravi afflictione sola & derelicta. Verum tamen in hisce ad DEUM se sva-vissimis affectuosissimisque questibus convertibat, Divinaque Maieestas respondit. Ad nihil aliud te elegi, quam ad renovandam passionem meam efficiendumque verum passionis meæ simulachrum. Esto bono animo, nunc incipis pati. Talibus tunctionibus & presuris, corona tibi cuditur ac paratur. Domine ait ad hæc, eius ancilla; Equidem fat luculenter demonstras, quod Pater meus Sponsusque existas, quando quidem me

“ut filiam sponsamque tuam tractas”
 “Reminiscor probè quemadmodum tuæ maieitati complacuit in iuventute mea sponsale me cum inire fœdus, cum promisso de tuenda conservandaque virginitate mea. Crebro quoque me sancta cruce tuâ invitasti ad patiendum. Notum tibi est, mi DEUS, quam illibenter ego statum istum suscepisti. nihilominus tamen Parentibus meis & confessorio parui, ut Divinam tuam voluntatem adimplere possem. Nec unquam in animum induxi pudorem tibi factum in ullo violare. Ducis me quidem per viam periculosam & dolorosam; Verum si id tibi ita fieri placet, Divina tua voluntas in me impleatur. Vnum hoc obtestor, ne favore tuo mihi desis, sed ubi que auxilio succurras, alioquin primo passu in profundam abyssi voraginem ruam. Intuere fragilitatem meam, & mihi robur dona, ne unquam gratia tuâ excidam. Dominus respondit illi: Ego te non deseram; semper ero tecum tuumque stipabo latus. Perge porro ut cœpisti, ut hucusquæ egisti. Persevera constanter in amore mei, & ne desinas virtuti vacare. Tali promissione Divinâ resumpto quasi spiritu calamitosa coniux ad novam vitam est animata; egressa ergo maternâ domo, ad suos Dominos rursus se contulit. Quam Nobilis illa Domina, ut Angelum de cælo lapsum excepit: solatium tamen utrinque captum haud illis diuturnum fuit. Cum namque præfata Domina crudelitatem Matthiæ

Ad DEÛ
 Derelicta
 Ioanna
 confugit,
 qui illam
 animat.

Ortizii maxime averfaretur etiam pœnas ab illo exigere parata fcripto illi nunciat; ut vel fuam coniugem humanius habeat, vel domo fuâ excedat. Nihilofe inferiorem Dominus fuus arbitrabatur Matthias; protinus igitur dimiffo quæftoris fuæque cum coniuge ita cæpit agere, ut impoffibile foret multitudinem acerbitemque cruciatuum, quos perpella eft animo expendere, ne dum enariare. Omnes tamen hos ietus, DEI auxiliante gratia, adamantis intar immoto infractoque animo excepit ac pertulit. Donat DEUS electis fuus, quos cruce fuâ onerat tantam fpiritus fortitudinem, ut nulli ponderi fuccumbant, nullis obruantur fluctibus, nullis frangantur ventorum procellis. In fuma nulla advertitas poteft eiuſmodi amicos DEI contriftare; nec ulla afflictio animi eorum ferenitatem unquam perturbabit, vel obſcurabit.

*Nulla advertitas
frangit
DEI amicos.*

CAPVT III.

Ioanna multa patitur in Quintanilla de Bon: Maritus eam rapit Burgos; atque hac in tribulatione conſtantur eam

IESVS, MARIA,
IOSEPH.

Magnanimus homo, qui adverſa omnia patienter, alacri lætoque à DEI manu fuſcipit animo acceptiſſimum Divinis oculis eft ſpectaculum. Veritatem iſtam nobis Divus Hieronymus proponit in cruento illo conſpectu, quem patientiſſimus Iob cum adverſario, maligno

*Patens
fortisque
homo
pulcher-*

no Domone geſſit. (*Iob cap. 1 v. 6.*) Ait igitur præfatus Sanctus: DEUM gaudio magno & complacentiâ ſpectaſſe nobilem illam victoriam atque triumphum, quem Iob in tam magnis multiſque tribulationibus de ſtygio inimico per patientiam obtinuit. Idem nos profuſus in præſenti capite ſpectabimus.

Postquam Dominorum fuorum ædes Matthias Ortizius deſeruerat, ait ſux uxori, ut diſponat omnia ad publicam venditionem omnium quæ poſſideret, quo expeditores in Regionem Bureba ſecederent, atque illic in villa quadam Quintanilla de Bon nomine ſedem fixuri, ubi aliquos cognatos, bona immobilia fundosque haberet. Reſpondet ſumma humilitate, promptam ſe & alacrem quæque veſum ſecuturam, deeſſe tamen animum ultra rerum venditionem ſpectandi, quandoquidem iam toties vanum ſua expoſuiſſent. Si placeret, facultatem ſibi atque cum benedictione impertiret antecedendi, domum ſe interim Quintanillæ diſpoſituram, adventumque illius inibi præſtolaturâ. Quod conſilium Matthiæ Ortiz haud abs re eſſe viſum. Itaque eo Burgis remanente, donec venditio eſſet peracta, uxor Quintanillam profecta eſt. Quo in itinere Diabolus eam horrendum in modum impugnare cæpit. Quid putas aiebat ille, an nec lum ſat perſpicias miſerabilem tuam conditionem? Vagaris de loco in locum ſine indumento ac nutrimento corporis. Qui Patriam, Parentes, Fratres, Sorores, gaudium, pacemque perdidit, quid ei reli-

*rimum eſt
DEO
ſpectaculum.*

*Secedit in
Quintanillam
Ioanna
& in itinere
graviter
à Damone
tentatur.*

reliquum sit, nisi tribulatio, miseria, angustia & dolor? Quid homines nunc de te dicent, qui ante hac fortunatam te novere, cum te in hoc miserabili statu conspiciant? Omnes qui te viderint ad commiserationem movebuntur, & tu ipsa tui misereri non vis? Quamdiu saluari meo consilio non acquiesces? Quot mulieres minore in necessitate, nec tali de causa, qualis tua in famam honoremque suum impegerit? Tu verò apud DEUM ac homines satis excusaris, si quam in luxuriam incidas: Arripe igitur confestim generosum animi decretum. Sanè perquam miserum est, tam venustum florem tuæ juventutis ita marcescere & emori.

Tali in stigiâ insufflatione Joana solitaria usque adeo turbata est, ut intimo è corde ductis suspiriis, calidisque infusa lacrymis ad DEUM confugeret. Domine inquit, vim patior, & magnam vim patior, responde pro me, neque me deserat. Infirma ego sum, inimici mei verò fortes. Quid me fiet, si tu mihi non opituleris? Non sic dolorem sentio, uti horribilem istam tentationem. In patiendo quippe parvus levisque dolor est, in tentatione autem ingens multumque discrimen. Sic ubi toto è corde suspirans DEUM invocat, oculisque eum gemini torrentes lacrymis distillant, audit perquam suavem intus vocem ita se alloquentem. Animæ quior est, non ego te deseram, semper tibi ad latus tuum adero. Ità omnino DEUS suis semper præsto est, si quas in tri-

bulationes inciderunt. Videtur quidè foris, quasi DEUS eos in manibus Tartarei hostis, veluti S. Job destituerit, tum verò vel maxime ad succurrendum protegendumque illis adest.

Hoc modo famula eius animo confirmata victoriam obtinuit, ut denuò pugnando vinceret ordinario & inusitato in spiritali certamine more; iter suum Quintanillam prosequitur, ubi Mariti sui præstolatur adventum, qui etiam rerum suarum venditione perfectâ adfuit. Ibidem fortunam suam ad pinguiorem statum promovendi spe ductus agriculturæ exercitium aggreditur. Non erat servus, deerat ancilla, quia sævitia ipsius omnibus ex æquo intolerabilis, soli igitur Joanni uxori omnis rusticus labor incumbit: & quæ quondam dives nobilisque fuerat domicella uxore evadit agricolæ. O instabilem mortalium fortunam! Hoc autem aliud non erat, quam admirabilis Altissimi providentia, cuius exemplum in protoparente nostro Adamo habemus, quem DEUS in felicissimo innocentia statu agricolam fecit, ut per culturam terræ spiritualem innocentia suæ felicitatem excolere custodireque addisceret. Consimili ratione suam innocentem filiam Joannam DEUS ruriculam instituit, ut sudore ac labore corporeo, spiritualement animæ suæ paradysum excoleret. Ad hanc irremissi laboris molestiam, accedebat alia, continua nimirum pagi Brivesca dicti, a l' aliamenta corporis aliaque necessaria conquiritur frequentatio, quod mul-

Ad Deum
convertitur.

DEUS
eam con-
fortat.

Rusticam
agit.

*DEVS
semper
adeft ob
honorem
eius peri-
culo ex-
positis.*

*Leones
cur Da-
nielem
non atti-
gerint.*

multiplīces ob laqueos, quos ei hostis Tartareus in aditu redituque tendebat, pergrave lipū accidit. Erat id temporis annorum ferè octo-decim, tam elegantis formæ corporis, ut facile solitariis in locis, incommitata solaque discrimen pati posset; sed Divini honoris causa se in periculum coniiciens, à DEO etiam in periculis custoditur, ut taceam, quod Ioanna speciali protectione DEI communita esset. Cur Danielelem Prophetam Leones non devorârint, causa ex interpretatione Divi Gregorii Nysseni, fuit, quod virginea eius puritas omne id, quod in eo carnale fuit, in puram spiritualem substantiam convertit; quoniam verò substantia spiritualis nulla re corporea materialique tangi potest, ideo spirituale virgineumque Danielis corpus Leones attingere non potuerunt, multominus eo se pascere ac satiare. Idem prorsus dicere possumus de honestissima nupta ac conjuge Ioanna, quam virginea puritas adeo spiritualem effecerat, ut nulla luxuries, aut impudicorum ullus mortalium virgineam eius castamque pulchritudinem attingere aut violare posset.

In agriculturæ negotio per graves multosque labores, cum tenui admodum victu vitam transigebat coctus ab ea panis adeo erat tenuis, ut facietati mariti rite sufficeret. Ioanna fame graviter affligebatur. Exhibat foras cum fuso coloque velut in aprico fila ductura, revera autem ut suam aliunde famem frustillo panis obsonaret. Extrahentes quandoque coctos iam panes ex furnis rusticos

affectuoso contemplabatur obtutu, fames illius ruricolâ latebat, quam nec ipsa prodebat, proindeque nec panis pauxillo aut eleëmofina subveniebatur. Accidit quandoque quædam è vicinia mulierem magnos hordeaceos panes coquere, cumque joannam aviditate magna eos intueri advertisset, ait, Chara vicina, si è tritico hi panes essent, libenter tibi ex eis offerrem, hisce vero hordeaceis te minimè delectari puto. joanna famelica respondit. Mea soror non sum te locupletior, si panis iste, pro te tuisque domesticis pistus est, cur mihi aquæ non sapiat? Ita joanna à bona ista muliere panem hordeaceum summa cum gratitudine accepit, taliterque palato eius asper ille panis ut fatebatur ipsa, sapuit, ac si lacte infusus subactusque fuisset eamque animo lætitiâ peperit, ut à Domino benedictus putaretur. Denique ne in extrema hac necessitate inedia succumberet. Affinis sui hortum indies frequentabat, restantes olerum aut brassice caules, colligens, quibus maxima cum gratiarum actione vescabatur, animo exultans, quod huiusmodi escam sustentatæ vitæ reperisset, sic exultavit spiritus eius in huiusmodi misero prorsus & ærumnoso vitæ genere. Cædebat eam maritus non dura solum necessitate famis, sed diris etiam verberibus cruciatibusque afficiebat. Hæc porro virium satis habuit ad tolerandum, cum vix haberet satis virium ad vivendum.

Quæsiuit ex ea maritus quodam vespere, an redeuntes ex agro bo-

ves

*Magnâ
fame la-
borat Io-
anna.*

domo Io-
annæ
maritus
expellit.

ves numerasset? Respondit illa; Non equo furore percitus, è domo continuo expulit. Coacta domo egredi mœsta uxor, in ea derelictione templum veluti unam refugii domum petiit. Prona illic ante Ven. Sacramentum prostrata ex intimis cordis copiosis perfusa lacrymis ait: O Pater misericordiarum & DEUS totius consolationis! "Ubi sunt misericordiæ tuæ anti-
"quæ ò Domine? Quomodo dere-
"linquis cor illud, quod te amat,
"& animam, quæ te adorat? Hic tu
"me conspicias velut ovem quæ pe-
"riit: vides quoque quòd non ha-
"beam, quo aut ad quem vadam,
"oculosve convertam. Et ubi solati-
"um aliquod vel tutamen reperiam
"Sol iam ad occasum vergit, noctis
"tenebræ appropinquant. Nunc ò
"mi IESU, omne mihi lumen tolli-
"tur. Quid miseræ mihi creaturæ
"incipiendum? Tu, mi DEUS,
"qui es vera lux mundi, illumina
"mentem meam, ut hæc ancilla
"tua agat, quod est è gloria tua
"honoreque tuo maximo. Interea
advenit æditus ad ocludendas
templi fores. Illa templo cum ti-
more ac tremore egressa ad flu-
men abit, cuius adoram confidet.
Cor illius plenum erat angustia,
turbatione ac dolore, nec scivit quo
aut qua eundum. Super venit hisce
maritus eius vociferatur, cum iura-
mentis & maledictis, quod capite
arreptam in flumen agere velit
præcipitem, Domine, respondit in-
nocens Ioanna, quid oro feci, aut
quonam ego te offendi? Dic mihi,
ut deinceps emendare me possim.

At ille rursus quæris, inquit, quid egeris? Sustine & docebo te, momentoque vestimentis spoliata, ad arborem loro, quo ad juga revincti boves aratra trahunt alligatam immanissime cædit, donec lassæ caderent manus; sicque nudam crucentatamque stipiti alligatam relinquit. Quid hic inciperet, ageretur Ioanna, dum sic in profluvio sui sanguinis lotam, verberum ictibus dilaniatam, atræque noctis umbrarum horrore trepidam, nec non timore ferarum bestiarum anxiam se conspicit, accedente hæc omnia diei superventuræ imaginatione, quæ sola plus quam ipse noctis horror, ingenti eam terrore compleverat, dum scilicet metuit, ne forte Virgineum suum corpus ita nudum inventum à quopiam conspiceretur? sed divina providentia id non evenit. Quippe horam circiter secundam matutinam, persona quædam venerabilis advenit, eam ab arbore solvit, & ait: DEUS te confortet filia, abi nunc in nomine Domini. Sic DEUS agit cum suis, permiscet eis lucem tenebris, diem nocte, gaudium dolore cruciatuque mutat, gratias ac dona eorundem subtractione auxilium & assistentiam derelictione.

Non agnoverat quidem Soror Ioanna, quæ illa veneranda persona esset, benè tamen intellexit, non terrestrem, sed è cæli civibus quempiam fuisse, ideoque eius consilium secuta, in nomine Domini in templum se contulit, ubi octo dies sine aliquo cibo jejunia perstitit. Cum namque

Divinitus
ab arbore
solvitur.

Octo die-
bus ibi je-
iuna per-
manet.

Et deinde
immanis-
sime cædit
è arbori
alligatam
per no-
ctem nu-
dam re-
linquit.

namque Matthias Ortiz proceræ staturæ vir instar gigantis esset, truculentusque ut fera bellua, omnes item coram eo tremerent; ad hæc minas gravissimas vicinis omnibus intentaret, si quis vel in minimo uxori suæ opitularetur; nemo erat, qui eam vel alloqui nedum visum subministrare præsumeret. Nihilominus quia non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore DEI, ancilla eius Divino consortio, & allocutione pasta, sine ullo alio cibo & sustentatione vitam tuebatur. Elapso iam octiduo affinem suam, illo in loco nuptam adire alloquique decrevit. Quæstæ est apud eam Joanna, de tam exiguo timore DEI Matthiæ Ortizii fratris sui, qualiter jam ante octiduum domo eam ejecerit, & illa toto illo tempore, à nullo mortalium, ne tantillum quidem cibi percepit, eò quod videlicet omnes ferociam eius extimescant, nec ullus vel buccellam panis ei porrigere audeat. Affinis illa dum sororem suam in tantum viribus destitutam, ore pallidam, macie tenuem, penè obriguissæ, ac præ debilitate vix pedibus insistere posse intueretur, eius valde misera, intima erga eam compassione movebatur, & posteaquam cibo eam refecit, una cum marito suo ad Matthiam Ortiz fratrem suum abiit. amboque illi persuaferunt partim precibus, partim solidis rationibus, ut Joannam ad se reciperet. Ut primum domum subiit, prima erat salutatio, ut certum tritici modium præpararet, & cum aliis rusticis mulieribus Bri-

Ut Moyses divino consortio pascitur.

Domum tandem ab eo recipitur.

viescam ad triticum divendendum, proficiscatur. Adjungit, scias velim non me aliturum ancillam, sed talis tu vicem obibis, egoque tui dominabor. Respondit humilis joanna: æquum id omnino esse, ac proinde se in omnibus ei toto animo inservire paratam. Cæpit igitur omni forensi mercatu Briviescam frumenta vehere, illicque divendere maritoque rationem reddebat suæ venditioni. At vero in hac ultrò citroque commutatione, non feriebatur malignus hostis. Reducebat ei potenti impressione in mentem pristinam fortunam, & è contra præsentem eius ærumnas. Certè agebat insanis, nam si sanam mente esses nullatenus in tali tamque miserabili conditione tibi vivendum putares: Et quomodo quasi nobilis Domina, qualis tu es, tam adversam fortunam ferre possit? Nonne, quæ qualisve sis consideras? Vehenda nunc curru veluti aliarum tui similes, & tu Afellum sequeris, uti rustica: utque planius loquar, Agaso effecta es. Fortè dices, id parum referre, at nonne oculis tuis vides, qualiter velut mancipium Mauritanicum in tam gravi verferis labore, & quod omnis iste tuus labor inanis sit & inutilis? vides hoc, & tamen tam sordidam vitam ducis? Ego sanè ajo te honoris decorique omnis oblitam; Quandoquidem tantum dedecus in cor animumque non demittis: Istæ ac his consimiles cogitationes ferè extra sensum tristem joannam abripière. Sed sibi reddita, ad DEUM se conversa, profunda humilique sui cognitione pauca hæc, sed efficacia verba protulit

Iubeturque frumentariam curare.

Iterum graviter in itinere à Diabolo tentatur.

“tulit : Domine, meritò ego patior,
 “quod patior, quia in te peccavi.
 “Totum hoc nihil est, scèlera quip-
 “pe mea mille infernos merentur.
 O quã benè Joanna utitur tutissima
 humilitatis anchora, ne in discris-
 men veniat, in turbine ac tem-
 pestate tam duræ magnæque tribu-
 lationis! O quam bonam nobis dat
 lectionem! nimirum qualiter nos
 gerere in adversis rebus oporteat.
 Recogitemus corde multitudinem
 peccatorum, quibus DEUM of-
 fendimus, tunc clare perspiciemus,
 quod plura simus promeriti, quod-
 que patimur, levius feremus, mag-
 ni favoris & milericordiæ loco ha-
 bituri, quod DEUS æternas inferni
 pœnas, quas post hanc vitam
 luendas hic peccatis nostris merui-
 mus, in temporalia huiusce vitæ
 supplicia convertat.

*Qualiter
 presentis
 vitæ ma-
 la tole-
 randa.*

Talis erat mentis nostra Divini-
 tus illuminata Virgo, talique spiri-
 tu summâ patientiâ ac animo DEO
 devoto calamitates adversitatesque
 præsentis vitæ tolerabat. Iam pa-
 gi Matthiam Ortizium tædere cœ-
 perat, frequenter ingeminantem,
 illic se vivere non posse. Quæsi-
 vit itaque è sua Coniuge, an bene si-
 bi eo loci esset? Respondit illa: si
 DEUM habeo, eiusque Divina
 Maïestas me non deserat, ubivis lo-
 corum bene habebò. Bene est, ait
 ille rursus; tu bene hic habes; at
 non ego. Burgum iterum redire
 volo. Scribe igitur Don Pedro
 de Cerezo & eius Coniugi, ut nos i-
 terum suscipiant, tui gratiâ id liben-
 ter præstabunt, quandoquidem il-

lis adeo es chara, & gratiosa. Pa-
 ruit in omnibus Ioanna, scripsit
 præfatis Nobilibus, qui ambo, lit-
 teris vix reseratis illicò non solum
 præbuère consensum, verum etiam
 necessaria eorum adventui itineri-
 que conficiendo & accelerando ap-
 paraverunt. Matthias Ortizius qui-
 dem etiam oculis eorum gravis erat
 ad videndum, prævaluit tamen
 Ioannam videndi eiusque solatiofa
 facietate fruendi desiderium. Itaque
 Matthias cum Uxore sua iter Bur-
 gum versus aggressus est, acerrimo
 hyemis tempore. Nix ad dimidiæ
 ulnæ altitudinem solum vialque o-
 peruerat, frigus geluque etiam sæ-
 vum erat ac terribile. Misera Ioan-
 na quoniam tota die cibi nihil sum-
 serat, algore tota dirigit. Cum
 ergo ad unum milliare Burgo Vil-
 lasiam devenissent, ait marito suo:
 Verè moriar, nam ne unum passum
 progredi ultra valeo. Age, respondit
 ille, descende parumper & pedes
 progredere. Illa mox obediit; quia
 verò pallio itinerario seu penulâ o-
 perta, oppido defatigata, nixque
 ad genua pertingebat, non valebat
 promovere gressus. Dum igitur se-
 qui non posset, Matthias protinus
 ira accensus arreptamque per chla-
 midis manicam, arctissime ad mu-
 lum cui insidebat alligans tali modo
 fere milliari toto secum raptavit,
 indefirenter insuper habena, quâ
 multum regebat, (erat ea funis as-
 per) eam verberabat, feriendo ca-
 put, vultum, nares, oculos aliaque
 membra, in quæ ictus inciderant.
 Quis non in hoc tam doloroso itine-
 te miseram Ioannam spiritum ex-
 K halaturam

*Burgum
 cum Io-
 anna
 Matthias
 repetit.*

*Quonia
 comiti-
 nere Io-
 anna sic
 passa.*

R11
 3-6

halaturam putasset? Potuisset hoc sanè quavis mole gigantem sternere milliesque vitæ exuere. Qui ergò id tam tenera Virgo perferre potuit? Verùm enimvero Divina providentia speciali eam gratia in vitâ conservavit. Principio etenim dolorosius viæ, visendam se illi præbuit Villafriæ DEI genitrix, cum dilectissimo filiolo suo brachiis gestato, comitante Divo Iosepho. Cælestis hæc & summe expetita acceptaque S. huius Triadis Societas eam usque adeo corroboravit, ut illi leve facileque videretur, quod alioquin humanis viribus esset impossibile. Tali ratione JESUS MARIA JOSEPH Amazonem nostram confortavere, usque ad Sacellû Dominæ nostræ de Gamonal, quæ uno quadrante horæ à Burgo distat.

JESUS
MARIA
IOSEPH
eam
comitantur
& confortant.

Impossibile effatu, quam miserabiliter exhausta viribus lassaq; eo pertigerit. Ossa corporis eius penè contracta erant, diversis vultus sui locis fauciata, orè naribusque sanguinem remittebat, cor etiam angustia sic repletum erat, ut eo loci cum vomitu deliquium animi pateret. Quo in miserando statu ait marito, Domine, tuâ venia, noctem hanc ego hic transigam, impossibile namque mihi est ultra progredi. Editui illius Sacrarîi uxor idem confirmans adiungebat, Profecto Domine, inhumanum horrendumque prorsus esset eam in tam miserabili statu hinc abducere. Sane plusquam Caucaseum cor sit oportet, quod nulla calamitosa huius Dominæ commiseratione movetur.

Non est, quod hac de re loquaris, respondet ille. Ego Divinum Numen testor, eam hoc veipere Burgum appellare seu vivam seu mortuam oportere. Quo in agone ac lucta ait ad eam celi Regina: Proficiscere filia, benedictione meâ munita, majore adhuc calamitate conflictaberis; et ego in omnibus tibi adero. Qua pollicitatione, ac verborum amabilissimorum Virgini Beatissimæ virtute confortata atque animata, humilem equum Ioanna conscendens alacriter, iter promovebat, Burgum versus. Quo verò domum suorum Dominorum attingerent, necesse erat proximè Burgum aliquantum circum equitare, ad transmittendum amnem, qui per eos dies à multa nive alte intimuerat & præceps ruebat, ita ut Ioanna præ horrore in eius ingressu dixerit: Chare JESU, quam profunda apparet aqua ista! Hæc ubi vir eius audit, subito in eam ingenti furore ac velut rabidus homo irruens talem capiti eius ictum impingit, ut in oculis eius tota velut obrigida in aquas delaberetur, cæperatque statim plus cum ipsa morte quam undis luctari. Ne vero profundo hauriretur, providit DEUS, ut servus à pedibus per aquas ad eam rueret, eique manicam pallii sui viatorii porrigeret, hocque modo morti quam vita propinquiorem e flumine extraheret. Poterat tunc haud abs re cum David Propheta dicere Ps. 68. Salvum me fac DEUS, quoniam intraverunt aquæ usque ad animam.

Modica quiete capta mandat vir eius

In tormentam delapsa egre emergit.

Semi-
morta
ad locum
destina-
tum per-
venit.

cius famulo, ut equum conscendere iuvet: ad eam vero ait: nemini ut aperiat, quod evenit, nisi imminutas partes conscidi parata, neque aliud, quam equum in undis cespitasse, eamque in aquas præcipitem excussisse dicat. Hisce ad suos Dominos devenere, qui eos singulari charitate exceperunt. Ubi vero Joannam conspexere tam male constitutam, omne illis gaudium evanuit. Rogant quidem eam causas tantæ ægritudinis viriumque imbecillitatis, at illa respondit prout ei Matthias præceperat. Nihil fecius tamen caput Nobilis illa Domina amarissime flere, quoniam amabat Joannam velut animam suam. Quamprimum vero sola simul fuere, ait illa: Ah mea Ioanna! Ah mea Joanna! infaustus iste lapsus, erit procul dubio, ut fuere priores. Et quis hominum est, præter te unam, qui tyrannidem talis viri perferre queat. At famula DEI aliud non agebat, quam ut maritum culpâ eximeret. Unica quippe cura illi fuit, quanam viâ modoque crudelitatem viri sui, cruciatuque, quos ipsa tolerabat, tege- re occultareque posset. Quanto vero magis hæc palliabat, tanto etiam illa sentire magis debuit. Nam sicut augetur felicitas nostra, quando eam alii participant, ita quoque nostra felicitas ac dolor augefcit, quando in secreto cordis mala premuntur ac nemini aperiuntur. Ut Propheta Ieremias calamitates quas populus Israëliticus in naptivitate sua erat perpeffurus nobis, tanto clarius exhibere posset,

ait (*Thren. c. 3. v. 29. Ambr. ser. 10. in Ps. 118.*) Ponent in pulvere & terra os suum. Quasi dicere vellet, quod cogentur infelicitatem suam reticere ac occulere, atque veluti terræ infodere. Hic ille tacitus est dolor, quem toto Conjugii sui tempore communiter gravissime sentiebat. Venerabilis Virgo Sotor Ioanna à JESU MARIA.

CAPVT IV.

Ioanna confortatur à Christo Crucifixo, imponit is eius humero suam Crucem, pergit illa pœnas & cruciatus tolerare.

Quilibet fidelis Christianus miro modo ad patiendum animatur, quando intuetur Christum Dominum nostrum pro nobis cruci affixum (*Luc. 23. v. 33.*) Notavit hoc Eusebius Emiffenus in Sancto Latrone Disma, qui à Christo Domino, velut socio, non petiit, ut eum à pœna Crucis vellet absolvere & liberare, verum libentius in cruce manere voluit, ac suæ Divinæ Majestatis esse socius: (*Euf. Emiff. hom. de Beato Latr.*) Perferebat is quidem initio crucem in vitâ & repugnante voluntate, tanquam fur & lauro; Postmodum vero tormenta crucis lubens volensque tolerabat, velut Martyr & testis JESU Christi. Hoc autem per JESU Christi præsentiam obtinuit. Idem prorsus Divinus iste Dominus in Sponsa sua Joanna est operatus, crucis arbore ceu victoriæ signo, duris clavibus affixus.

Aspectu
Christi
Crucifixi
Christi à mî
animan-
tur ad
patien-
dum.

K 2 Post

R III
30

Post superius Dicta contigit, ut cum in domum Domini Petri de Cerezo devenissent, Matthias diceret ad Joannam: Domina, stipendio, quod mihi præbetur, ego ipse solusque egeo. Igitur necesse est ut tu labores ad te sustentandam, simulque ancillam alendam lineæ suppellectili lavandæ, meisque collaribus concinnandis; hæc tibi inquam omnia curæ sint, oportet, itemque media his necessaria providenda, ego quippe in hac de meo nihil conferre possum. DEO adjuvante respondet humiliter Joanna, omnia, quæ mihi iniungis, lubens totoque corde perficiam. Igitur post hac incepit operari, tamque elegantia conficiebat opera, ut licitatores inter se de emptione eorum concertarent. Eâ lucrandi ratione non suæ solum propriæ necessitati subvenit, sed & viro suo, ut commodè viveret, cuius potissimam gerebat curam, providit.

*Labore
manuum
seque, ma-
ricumque,
Joanna
sustentat.*

Per id tempus animæ suæ secreta aperuit Adm RR. PP. F. Didaco de Banegas, & P. Herrera Benedictinis apprimè doctis Prædicatoribus, uti P. Spinosa & P. Sarmiento ambobus è Societate IESU, strenuis in vinea Christi operariis, ac denique etiam P. F. Bernardino de Auguero Exprovinciali huius Provinciæ, ac P. F. Didoco Lopez Lectori Iubilato Guardiani officio in conventu Burgensi defuncto utrique ex ordine D. Francisci, qui omnes unanimi sententia postquam puritatem eius animæ, ac præstantiam spiritus cognoverunt, eidem præcepere frequentatiorem

SS. Sacramentorum usum & susceptionem. Tali ergo tamque nobili institutione Doctorem istorum virorum edocta Ioanna, ita se interiori vitæ dedit, ut conversatio eius, mediantibus colloquiis cum DEO in cælis esset familiaritateque Divinâ nullo non tempore frueretur. Quis edisserat ingentes illas gratias favoresque, quos ei Divina Majestas per id tempus indulsit? Ipsa postremis vitæ suæ annis "quiddam eorum patefecit. Eo "tempore, ait illa, consequebar "tam multiplices eximiosque fa- "vores & misericordias DEO, "ut sola eorum recordatio, "magno me pudore afficiat. Degebat tunc in parvo quodam in cellæ modum cubiculo; quod ei tam in Aulæ quam Oratorioli usum serviebat. Habebat illic & summo amore venerabatur adorabatq; Crucifixi effigiem. In hoc summo prototypon Christum IESUM nunquam non aspiciebat; illudque introspiciebat, quo etiam velut speculo ad contemplandam in eo speciem animæ suæ utebatur. Refugium suum capiebat ad eius vulnera, velut castus turtur in foraminibus huius petrae sese abscondens. Hic suis tribulationibus quærebat solatium, suis perplexitatibus consilium, suis doloribus ac tormentis refrigerium. Hic reperiebat etiam protectionem atque tutamen in cunctis persecutionibus suis; alloquebatur eum ut Patrem filia, velut Sponsum Sponsa, iam ut micum amica, modo ut medicum agrotam, ut pauper divitem, ut ancilla Dominum suum ac Regem

*Iubetur
à PP. spi-
ritualibus
frequen-
tius SS.
Sacræ
mentum
sumere.*

*In Cellu-
la cum
Christo
crucifixo
agit.*

*Christi
crucifixi
contem-
platione
omnia
sunt to-
lerata
facilia.*

gem, & ut Creatura ad suum Crea-
torem. Reducebat illic in mentem
præteritas suas adversitates, atque
contra futura pericula forti se animo
obarmarat. Quâdam vice tum
interiore animo Christum Crucifi-
xum contemplando, suos in eum
coniecisset oculos, anima eius tota
Divini amoris igne succensa defla-
grabat atque consumebatur. Vide-
batur sibi patientem illum clarè
contueri, atque in aspectu pœnarum
tormentorumque eius perquam le-
ves toleratuque faciles, omnes eius
cruciatu, tribulationes adversita-
tesque illi evadebant. Alia ex
parte Divinam ipsius Maiestatem
ad se dicere sentiebat Joanna,
multo adhuc tibi plura patienda
restant, roborate te, animosque acue
in Divini huius exemplaris con-
templatione. Id ego præstare vo-
lo Domine, respondit Joanna; Et
quidnam, IESU mi, faciendum est
mihi, ut pro te patiar, dum intueor
qualia quamque multa tu pro me
perpeusus es? Alia quadam vice, o-
pere manuali absoluto ingentes ca-
pitis dolores sensit: Dum igitur la-
bore fatigata ac debilis sustulisset o-
culos; visendum se illi præbuit
Christus Dominus noster, hume-
rum onustus cruce. Principio qui-
dem comterritam Dominus confor-
tavit, dicens: Joanna parum agis.
Quod simplici sensu accepit, veluti
ipsius Majestas dixisset, quod par-
vum leveque opus perageret; unde
respondit: Certè Domine capitis
mei dolor tam acerbus est, ut ma-
jorem laborem non patiat. Non
ideo tibi hoc dico, respondit iterum

Dominus, bene habet cum dolore
tuo; Sed suscipe crucem hanc & vi-
de, an vires ad eam portandam ha-
beas. Dominus ergò imposuit sca-
pulis eius crucem; vixque illam ac-
ceperat, & exclamare cœpit: O
mi IESU, nequeo! Dominus ite-
rum, dic mihi meâne gratiâ sufful-
ta id poteris? Cum illa, reponit
Ioanna, certum est, quod sic suffi-
ciam & portare valeam. Ità fiet ait
Dominus, ac disparet S. Mater The-
refia ait: quod Deus in spirituali vita
fæminas ducat voluptate ac blan-
ditis, quas illis in orationibus in-
dulget, quod tamen nihil est, nisi
spiritualis infantum ludus, lac par-
vulorum, puppæ ac crepundia. At
verò generosos cordatosque viros
viâ Filii sui, viâ Crucis, passionis
& tribulationum deducit. Qua-
nam via ducit hanc Viraginem
DEUS? non sanè voluptuosa ut
parvulam, aut debilem fæminam,
sed Crucis strenui fortisque ad instar
viri, ut sic Archetypo Filii sui con-
formem reddat.

*Quod vi-
ribus no-
stris ne-
quimus,
DEO ad-
juvante
possumus.*

*Ioannam
Deus per
duram
Crucis
viam du-
cit.*

Eâdem occasione Dominus e-
tiam Joannæ injunxit, uti Confes-
sariis suis obediat. Quo verò præ-
ceptum hoc impleret melius, præ-
stolabatur; maritum suum, orabat-
que eum humillimè ac subjectissimè,
ut sibi copiam faceret, sancto
Missæ sacrificio quotidie assistendi.
Quid hoc est quotidie? respondet
ille: O muliebrem phantasiâ?
Satis est, si conjugatæ quot hebdo-
madis missam audiant, nec unquam
nisi cum Maritorum suorum venia.
Templum tibi non pro tua sed vo-

K 3 lun-

Prohibetur à marito Ioanna quotidie sacro interesse.

luntate mea est adendum. Bene, mi Domine, respondet illa: fiat ut ipse vis. Bonam voluntatem meam ac desiderium pro facto suscipiet DEUS. Proximâ Dominica ad audiendum Sacrum & confitendum abiit. Narrat Confessori suo, quæ sibi acciderant, rogabat quoque ut se edoceret, qui velut Christi Vicario in cunctis ei obtemperare queat. Asseverat ipsa Confessarium istum fuisse, tametsi nomen eius non prodat, doctum & sanctum, & pro tali passim ab omnibus habitum. Permulti namque cheu! animarum curatores, fictam Sanctitatem, fictamque virtutem ostendentes, ita vitam ducunt, ut in spiritali vita potius institui debeant, quam de ea agere ac loqui fas habeant. Confessor ille ut in cognitionem totius status filix suæ spiritalis deveniret, accurato examine intima eius excussit, ut verò reperit, quod ipsum DEUM Magistrum habuisset, ac proinde fundamenta virtutis eius, uti & eminentis sanctimonix bases, solide ac tuto consistenter, oppido gavisus est, quod latentem hunc thesaurum eruisset, atque idcirco bono illam esse animo iussit; & postquam plurimis eam spiritu plenis, verbis ac sermonibus confirmasset dixit: quod attinet ad quotidianam Missæ auditionem, si maritus permittere nolit, nisi solis diebus festis, ut in hoc ei pareat, uti hucusque in omnibus fecisset, eo quod obedire bona sit Missa. De reliquo benignissimum DEUM, suâ amabili providentia, iuxta Divinam volun-

Obedire est bona auditio Missæ.

tatem suam dispositurum. Interea pergeret vacare suis exercitiis, seque de omnibus reddere certiorum, vel se curam animæ illius gerere, quandoquidem ipsa dispositione iussuque Altissimi eius directioni ac obedientix se subdidisset. Hisce Ioanna nostra spiritalis plena solatii ac pacis à Confessore suo discessit, mansitque ex consilio arbitri conscientix suæ domi, operi suo insistens; talique ratione, spiritali sagacitate ac solertia, contemplationem Mariæ, cum solita occupatione Marthæ univit, dum nimirum manus eius exterius labore, interius verò spiritus & anima eius affectuosis contemplationibus occupantur. Matutino tempore, si alioquin plus non posset ob mariti præsentiam, abibat sola ad culinam, velut prandium curatura, atque illic Missæ Sacrificium summa devotione ac interiori collectione in spiritu audiebat. DEUS quoque benignissimus singularè illi favore & gratiâ indulgit, mysterium sacrosancti huius sacrificii contemplandi, perinde atq; illud oculis præfens usurparet. Vespere ut primum Maritus eius cubitum concessit, iamque somno teneretur, descendebat nudipes ad arcam domus, ibique nudis innixa genibus, in media etiam nive, & acerrimæ hyemis algore in oratione ad dimidium noctis persistebat. Precibus completis flagellis illic in se peracriter sævit. Sed ista aliaque eiufcemodi penitentix opera speciale caput, imò totum librum requirunt, de quibus postea agemus. Hisce nunc insinuare duntaxat, volumus

In culina missæ audienda vacat Ioanna.

Vespertina eius exercitia.

Iustus, quod per eiusmodi penitentiae opera & frequentem orationem, ad crucem ferendam se paraverit, ad quam Divina Maestas eam tam crebro invitaret.

Benedicta Crux non diu illi etiam emanavit, nam in camerula sua pariterque oratorio more suo in opere manuum suarum distinetur & cum Sponso suo Christo pariter colloquium miscet, portam occludere neglexerat, adest maritus vocemque eius audit. introgressus, totum cubile obambulans oculis circumlustrat, postquam vero neminem illic, nisi solam Ioannam reperit, ait: cum quo colloqueris? Ne id me celaveris, sed nudam veritatem foras profer; Domine inquit illa, profecto cum nullo mortalium sum locuta. Quid? ait ille rursus, nonne hisce auribus audivi, quod cum aliquo locuta sis; & tu id mihi abscondere contendis? Iuro per Christum Dominum, hoc te mihi soluturam. Atque his concitus descendit, funemque quo mulus alligatus erat expedit, atque ex eo acre flagellum parat, rursusque in superiora propere advolat, utque se vestimentis nudet, eidem mandat. Ut ergo illam iam nudam resectamque habuit, manusque post terga eidem revinxit, infligebat illi undique lethales ictus, nec vultui ullatenus, neque aliis delicatioribus acriorisque sensus toto corpore membris parcens. Qua flagellatione misera Ioanna, toto corpore undique sauciata remansit, ut longo temporis intervallo egredi domo aut Sacro interesse nequiret. Per-

ferebat hæc omnia forti alacrique animo, quantumvis peracerbum esset tam diu Sacramento Penitentiae missæque sacrificio abstinere. Ut ergo primum licuit propere sese in templum contulit. Confessarius eius, qui iam dudum eam expectaret, quærebat, qui tam diu coniteri neglexerit? Illa vero aliquam excusationis umbram, ea ratione calamitate sua celandi obtendebat, quibus tamen hic neutiquam acquievit; sed veritatem eam coegit fateri; quo factoque omnia quæ tibi cum viro suo evenissent narravit. Acerbissime id tulit Confessarius: Solabatur eam, ob oculos ponens utilitatem ac pretium tribulationum. Filia mea aiebat: equidem plurimum DEO debes pro favore isto ac gratia, quam tibi pro eo patiendo confert. Quam aliam oro electi filii DEI hac in vita felicitatem habere possunt, quam in cruce & passione? agnovit hoc Divus Paulus Apostolus; & id circo suos Philippenles solatur, c. 1. v. 30. quod illis datum sit non solum ut in Christum credant, sed etiam pro eodem patiantur. Nam ut Divus Chrysostomus loquitur, hom. 1. sup. Ann. Nulli sane fidelium Christianorum majorem DEUS gratiam conferre potest, quam si eo favore illum dignetur, ut quidpiam pro Christo patiat. Hæc singularis est gratia, ac Patipro
suprema felicitas, & revera perfecta Deo a-
corona, quæ minoris habenda non qualis est
est, quam ipsa Beatitudo æterna suo modo
in cælis: non quidem ea ratione, cum vult
quod pati eadem cum Divina frui-
one Dea
tione sit felicitas, verum quod in a-
felicitas.
moris

Dira à
marito
innocens
caditur.

*Cur An-
geli opta-
rent pa-
ti.*

moris præstantia crux & tolerantia maioris æstimanda sunt, quam aspectus & fruitio DEL. Gaudere quippe ac frui est felicitas, in passione autem pro Deo sita est perfectio charitatis: atq; hæc charitas tanta est felicitas. S. Clem. Alexandr. teste sup. 1. Petr. ut taliter pati ipsi Angeli lubentes optarent ac subituri essent, si supra suam beatitudinem aliquid cupere possent. Etenim quia Christum Redemptorem nostrum in cælis vulneribus ornatum intuentur, libenter eundem etiam sibi exemplar & prototypon desiderarent, sicuti habent illum præmium æternum ac gloriam, quam perinde atque Christus per crucem se consecutos fuisse optarent. Quare filia mea, immensas age Divinæ suæ Maiestati gratias, quod tales tibi favores indulgeat.

*Iterum
Domo
Ioanna
expellitur*

Hac exhortatione commotioneque sui Patris spiritualis famula Christi summè consolata, & ardens pro Christo pati remansit, nec tardavit occasio. Altera namque die misit eam maritus, ut aliquantum lineæ telæ coëmeret. Emit illam Ioanna à Rustico quodam, qui etiam cum ea ad pretium recipiendum domum intravit. Conspectam verò nec placentem sibi telam Maritus in oculis Rustici ingerit cum ira per fenestram eiecit, atque Uxori suæ; nisi fatui notam vereretur, perinde ac telam è fenestra te præcipitarem. Nunc egredere domo, ad eam nunquam omnibus diebus vitæ tuæ revertere; ex æquo quippe metuo & fatuitates tuas & meum furorem. Ioanna præ timore tota ad hæc contre-

muit, quò tamen plura secutura incommoda evitaret, neque irato resisteret, exiit foras ad templum, manitque illic tota die sub prætextu, quasi Novenam ageret. Ubi verò nox advenit omni consilio destituebatur. Postremò adiit vicinam quandam, cuius amor, & bona in se propensio ei perspecta erat; huic calamitatem suam detegit, rogatque ut mediatrix vicem obeat, reconciliationem, atque intra aëdes receptionem apud maritum sibi procuret. Multum alioquin hæc Domina apud Matthiam Ortizium poterat, quo etiam usæ est medio ad serviendum suo fini. Tumque sub velamine quasi nihil rerum transactarum cognovisset, per Ancillam Matthiæ amicissimam salutem dicit, quæritque de commoda prosperaque Matthiæ ac Ioannæ suæ valetudine, quandoquidem iam dudum nihil de ea percepisset. Existimarat Matthias Ioannam in huius Domine domo totam egisse diem, ubi verò ancilla ei certo asseverasset id non ita se habere, respondit: si eis placeret, posse illas Ioannam quærere, se domo eam expulisse, aliud scire de ea nihil. Hoc nuncio accepto prædicta Domina adhuc aliquanto tempore expectato, postmodum Ioannam ad mariti aëdes comitata est. Ostendebat ille se initio totum furibundum & aversum, aiebatque; Non ego eam ultra domi meæ tolerare volo, tota quippe stupida ac insana ad nihil, nisi solum ad me irritandum & omnia perdenda apta est. Respondit humilis Ioanna fas æquumque in omnibus

*Responso
mollis
frangit
iram.
bus*

*Interumq;
sed egre
recipitur
& in cu-
culina
pernoctat*
 bus ab eo stare, se autem habere
 propositum errata corrigendi, ac
 demum in genua provoluta veniam
 petebat. His & simul intercessio-
 ne memoratæ Domine permotus,
 ut in domo maneret, quidem indul-
 sit, at sui conspectu prohibuit, prop-
 tereaque totam in culina noctem
 transigere coacta est. Ibi levavit
 spiritum suum ad DEUM, & cali-
 dis perfusa lacrymis ait: Permitte
 mihi DEUS, ut ego veluti debi-
 lis creatura apud te amabiliter con-
 querat, atque ut triste istud per-
 turbatumque cor in te fortè quie-
 tem inveniat, nam alioquin nuf-
 piam conquiescet, uti tibi est no-
 tum. O Sponse cordis mei, nunc
 prorsus video, quod crucem tuam
 ferre debeam; veruntamen nisi tu
 manum clementiæ tuæ porrexeris,
 ob meam imbecillitatem omni
 fortitudine destitutor. Quid agam
 sine te, in hoc amaritudinum cala-
 mitatumque mari? Ut minimum
 necesse, est spiritus meus hac in
 pugna perturberet & in confusio-
 nem deveniat, si non maius aliquod
 periculum imminet. In hac e-
 levatione cordis, percensit singula-
 rem quendam caelestem odorem,
 cum suavi quadam satisfactione, &
 confortatione omnium sensuum ac
 potentiarum: audit quoque sua-
 vem vocem sibi dicentem: Joan-
 na, tali modo cælum obtinendum
 est. Afflictiones sunt clavis cæ-
 lestis Hierusalem. Utique melior
 tu non eris sponso tuo: si me per-
 secuti sunt, & te persequentur.
 Quare aliud agendum non est,
 quam bonus tibi duntaxat haben-

dus est animus, quia ego apud te
 ero. Verba hæc amabilissima us-
 que adeo eius animum succende-
 runt, ut novæ illi vires, novos ani-
 mos, roburque novum addiderit.
 Nihilominus tamen tanta hisce
 Diaboli tentatio supervenit, ut se
 totam intricatam perplexamque
 persenserit. Hanc vero afflictionē
 malacia & tranquillitas magna ex-
 cepit, dum nimirum ei Diva Ca-
 tharina Senensis, quæ grandi autho-
 ritate cacodæmonē affata est, appa-
 ruit. Quid tu hic agis cruenta
 bestia? Nihil funesti hac in fa-
 mula DEI reperies, nunquam in
 ea partem es habiturus. Apage
 sis in ignem æternum, qui tibi tuis-
 que adhærentibus paratus est ad
 habitandum. Confestim ergo his
 dictis spiritus malignus cum ingenti
 fragore tonitruï abcessit. Famula
 porro Alcissimi summè consolata
 & confortata fuit, quo profecto tum
 magnopere indigebat. Siquidem
 paucis post diebus ingens Matthiæ
 Ortiz fuit concertatio cum Presby-
 tero quodam Capitulari Cathedra-
 lis Ecclesiæ Burgensis, in qua
 DEUS eo usque ipsum destituit,
 ut non erubuerit in modò dictum
 DEI servum violentas manus in-
 jicere. O temerarium facinus! In
 usum ille verterat cruentas suas ma-
 nus in terrestrem Angelum, nempe
 coniugem suam Joannam injice-
 re; inde eo usque progressus, ut eas
 etiam in Sacerdotem, seu Angelum
 Domini, prout cum scriptura ap-
 pellat, injecerit. Per id tempus
 Concellaria Burgi erat, apud quam
 ubi tam palmare facinus delatum
 L est

*Tentatur
à Dæmo-
ne.*

*Sed fu-
gatur à
Diva
Cathari-
na.*

*Qui eam
confortat
docetque
afflictio-
nes esse
claves
cæli.*

est, mandatum exiit, ut Matthias Ortizius in vincula carceresque rapiatur. Peracta est sententiæ huius executio horâ noctis nona cum totius vicinæ commotione. Siquidem omnibus exosum se fecerat furore ac truculentia, quam in suâ coniugem exercebat, cuius sanctimonia nulli non erat perspectissima. Lingua nulla edixerit, nullus calamus descripserit, quantam afflictionem doloremque ex hac mariti captivitate fidelis Ioanna nostra perceperit. Primo commeabat tota nocte à Iudice ad iudicem, calidisque perfusa lacrymis orabat uti bona eorum venia maritus suus noctem illam domi agere possit. Mirabantur istud plurimum iudicum Coniuges, & aiebant: Possibile ne est Domina, ut sic hominem deplores, qui tuo sanguine sitim suam restinguere gestit? Num illibenter visura es, si pro culpæ meritis plectatur, cum tamen in illo nihil habeas nisi truculentum tyrannum, qui te assidue excruciet? Sanè Dominae meæ, reponerat mariti sui amans Coniux, haud recte & ex verò sunt in formata. Obligor ego, uti & aliæ etiam uxores maritos suos virum meum honore ac dilectione prosequi. Mala illa tractatio, quâ, ut homines aiunt, ab eo excipior, sita duntaxat est, in aliqua displicentia, atque dissensione, quæ in œconomia rebusque domesticis facile oriuntur. Si nulla familia aut servitia, nullaque propè accolentium esset vicinia, non ita quotidiani eiusmodi casus censurarentur, aut de illis sererentur sermones. Non est ita, rursus aiebant

Ioanna eius rei causa dolor & cura mariti.

Ortizius ob crimen in carcerem raptus.

prædictæ Dominae: crudelitas mariti tui in populari, communique omnium est fama, vulgoque toti notissima; ne igitur te fatigaveris orando, ut pro eius liberatione interveniamus; fortè DEO magis placitum foret, peti à iudicibus, ut ab infelici ligno pendeat. Responsum istud erat instar spiculi cor Ioannæ penetrantis. Parte ex una, quòd maritum suum summo pere diligeret eiusque in honorem ægerrimò ferret animo; ex parte altera quia pudibunda quæque ac virtuosa Virgo erubescit. & conturbatur, quando enixæ illius humilesque preces nihil præter repulsam ferunt. Denique Matthias Ortiz mansit in carcere. Erat ei Frater Sacerdote dignitate præditus, cum hoc Presbytero itabat singulis diebus Ioanna ad invisendum Coniugem suum. Quam comiter humaneque Matthias uxorem suam illic exceperit, exprimi verbis nequit. Palam ac in oculis totius populi non solum contumeliose eam alloquebatur, sed & pugnis alapisque contundebat, pedibusque eam miserabiliter assiliens protrudebat, ita ut omnibus conceptivis in carcere præ commiseratione cor propemodum dissiliret, talemque eius malam tractationem acerbissime sentirent, quippe qui Ioannam ceu terrestrem Angelum venerarentur, quapropter peracribus in maritum eius verbis invehebantur, at ille adhuc deterius agebat: Quoties itaque Ioanna carcerem est ingressa, usque adeo pavida turbataque coram marito assitit, ut tota tremeret, & vix verbum

Quam humaniter Ioannam se invisentem tractat Matthias

verbum aliquod effari pollet. Id vero Matthias sapius longe interpretabatur, aiebatque Fratri suo Quidnam hoc est, quod ista mulier, quoties ad me venit, vix loqui possit? Domine respondit frater eius, ne mireris quod præcipua & verecunda Domina (uti mea soror) hoc loci, scilicet in carcere, aliquantum terrifiat, & conturbetur. Ad hæc ille responsi loco sædam evomens blasphemiam, aitque æque ego ac illa sum bonus, & tamen hoc in loco me videre debeo. Hisce in adversitatibus Sponsam suam DEUS haudquaquam dereliquit, quin imo variis multisque apparitionibus confortavit, quæ illi quoties carceris superiora conscenderet, in certo scalarum loco obveniebant. Visendum se illi aliquando præbuit, veluti duos inter malefactorum captivus duceretur, aliâ vice velut ad columnam revinctus, & flagris verberatus, alias velut saxo insidens in chlamyde purpurea arundinem gestans manu spinisque coronatus; denique comparuit Cruci acclavatus in sui sacri sanguinis profusione pro redemptione mundi. Tali modo à Sponso suo cælesti supramodum ad suas ærumnas atque adversitates perferendas confortabatur. Exarserat cor eius vehementer, desiderio semper patiendi, quandoquidem Christum Sponsum suum, tam atrociter, tamque variis diversisque modis excruciatum intuebatur. Tot igitur in carcere à marito suo vituperiis doloribusque acceptis DEUS illi per dictas visiones, gratiam plura etiam perpetiendi con-

cessit, peregrinum & apud nos inauditum prorsus etiam catastâ & equuleo omni toleratu acerbius tormenti genus est de quo nunc dicitur & sic evenit. Priusquam è vinculis & carcere Matthias Ortizius dimitteretur, præ grandi pecuniaria multâ damnatus est; quia vero præ inopia vix ad tolerandam vitam sufficientia possidebat, cogitabat ad sustentandum se Divisorium erigere, quod nobili eius conditioni prorsus repugnabat, consiliumque istud uxori suæ exponit. Sensit illa istud magis, quam omnes retro suas adversitates. Non equidem tantopere ob dictoria & impropria hominum, quam ob pericula DEUM offendendi, uti satis superque notum est, quod formosa juvenisque hospita convivas ad peccandum alliciat. Dum igitur eo in timore Ioanna versatur, iterato illi animum propositumque suum Matthias Ortizius expromit. Illa vero demissâ cum reverentia eidem respondet; domine cognitum est tibi, me in omnibus morem semper tibi gessisse, neque unquam præceptum tuum transgressam, atque id præstare intendo, donec vivo in omnibus, quæ DEO animæque meæ non adversantur, qualis ista animi tui destinatio in uno atque altero esse videtur. Primum quidem, quia obligamur fugere omne periculum peccandi. Ut verò mulier istius ætatis & qualitatis, multos peregrinosque hospites domi suæ excipiat, istud sanè, tam mihi quam aliis ansam peccandi, DEUMq; offendendi præbere possit. Secundo quia eiusmodi Caupo-

L 2 nariæ

Deus
illam
variè so-
latur se q;
illi dat
viden-
dum.

*Cauponariam
studium
in marito
absistit.*

nariarum artes statui nostro conditioni-
que probrosa & publico essent con-
temptui exposita, nos verò e contra
tale dedecus averruncare tenemur.
Si tibi media desunt, quibus me alas,
tum verò provideas licet, ut sive in
quopiam Canobio, sive illustri ali-
qua domo honorifico utar servitio,
ut alia meae similes Dominae, vel e-
tiam longo impares. Ut verò ego
Cauponariam exerceam, seu hospi-
ta sim, id enim verò nunquam sum
factura. Non vis ait Matthias: quid
dixisti improba & perversa mulier?
Tunc os tuum aperire audeas ad
meis placitis adversandum? Con-
tinuoque efferatus, velut furibundus
Leo, seu stygia potius quæpiam bel-
lua, posteaquam ei dentes naresque
in balneo sanguinis abundè proluit,
totumque vultum lividum cæru-
leumque pugnorum impactu reddi-
dit, sericam talem arripuit sat longam
& aliquantisper latam, eiusque
ori eam indidit; tum verò aquam
superfundeat, cogeatque eam
plus atque plus aquæ haurire, donec
una cum aqua etiam telam illam in-
troglutit. Post hæc per extantem
intra fauces oram, tanto impetu ac
violeniâ subito telam illam e cor-
pore foras protraxit, ut licet viscer-
a suis emoto sedibus una non attra-
xerit, exinde tamen misera joanna
ingentem vim sanguinis non solum
tunc in recenti facto, sed multis et-
iam post diebus excreverit. Quis
enim verò facinus istud non hor-
reat? Malefactores quidem variis
torquentur modis, & ad malefacta
fatenda excarnificantur, sed iam
dictum tormentum ob suam inhu-

*At eo ve-
rò ob id
inaudito
supplicii
genere
afficitur.*

manam crudelitatem, abominabile
est hominibus, quapropter sicariis
etiam atque gravissimorum crimi-
num reis nunquam, aut certè, uti
ego existimo, perquam raro adhibe-
tur. Nihilò secius permisit DEUS,
dilectam Sponsam suam eo tormen-
ti genere martyrizari, quo innocen-
tiam eius tanto redderet gloriosio-
rem. Tam barbarum hoc inhum-
anumque facinus ingentem joannæ
scrupulum conscientia & inquietas
concoxit cogitationes, quas etiam
malignus Damon subinde maiores
sensuque intolerabiliores efficiebat.
Recogitabat ergò tam immane viri
sui factum, & intra se aiebat. Quid
agam? Animadverto, quod si homo
iste me oderit, valdeque addubito,
an non DEUM offendat sævitiâ,
quam in me exercet. Scio equidem,
quod peccata mea maiores longe
penas promereantur; at verò si ani-
madverteret in me uti maritus, mihi-
que præpositus, prout revera est, ordi-
nato zelo ad me vitamque meam pec-
caminosam emendandam. Ille verò
aliud non querit, quam ut talibus
tormentis uteretur, mihi vitam adi-
mat, & hic profecto zelus nequit
esse bonus. Si verò hoc peccatum
est, ego illi contubernio meo an-
sam peccandi præbeo, & conse-
quenter sum cooperatrix peccati,
eiusque particeps efficior, quando
quidè ab ipso me non separo. Age, non
ultra tentandus est DEUS: atque
his domo totaque Urbe Burgo dis-
cedere statuit. Accepto igitur pal-
lio suo incipiebat per gradus deor-
sum tendere, sed ad primum pal-
lium sensibilibet virtute Divina per-
pallium

*Disce-
sum a
marito
parat, ut
causa
peccati in
esse vi-
deatur.*

pallium retracta fuit. Respexit primum post tergum, an quis eam forte vocaret, ubi verò neminem vidit, pergebat destinatum profectui; at iterato per pallium retrorsum trahebatur, auditurque etiam dicentem quempiam; Quomam vadis? revertere, revertere, DEO namque in hoc proposito tuo minimè complacet. Respexit iterum retrò & animadvertit Divam Ursulam, cuius eod. die Natalis festo cultu agebatur, secum loqui. S. hæc Virgo tot milium Virginum ac Martyrum Dux, advenerat ad Venerabilem Virginem nostram edocendam, quo pacto ipsa etiam evadere Martyr posset. Idcirco vigore istarum eximiarum institutionum roborata, reversa est retrò, fortissimo concepto animi proposito, ad mortem usque marito convivendi, atque omnia constanter perpetiendi. Tentatio ista maritum suum deserendi, nec non retrocessio à proposito, fuit operatio Divinæ dilectionis; quæ una quidem ex parte pœnarum omne genus, crucem ac tormentorum perpeffionem suavam facilemque reddidit, altera verò parte crucem & dolores, quibus DEUS læditur, merito intolerabiles existimat. Quare simul ac Joanna nostra à scrupulo suo liberata fuit, quod nimirum intolerabili culpæ ponderi minimè subderetur, crucem salutiferam, pœnaeque ac cruciatus omnes constanter tolerare decrevit: tantaque etiam alacritate, atque animi acquiescentia ab hinc illos pertulit, ut cor eius ardenti amore & desiderio patiens, à se ipsò confirmaretur, atque cum

Davide diceret: O Domine, quam magna est multitudo dulcedinis in doloribus, qui tui causa perferuntur! Lætata sum pro diebus, quibus me propter te humiliasti, quibus anxiata & excruciatam fui.

CAPVT V.

Magno studio Ioanna incumbit spiritualibus exercitiis. Spiritus malignus eam persequitur; utiturque marito eius atque aliis adiutoribus.

DIvvs Evangelista Lucas ait: posteaquam Diabolus Christum Dominum nostrum tentasset in deserto, retrocessisse, aliudque commodius tempus occasionemque expectasse, ut iterato eum tentatione aggrediretur. Nescimus quidem an eum per se post hæc unquam tentarit; at vero crebro crebrius eum tentavit per suos filios, tales videlicet homines, qui sæpe numero peiores sunt ipso Dæmone. Eandem oppugnandi Soror Ioannæ rationem capitalis mortalium hostis inivit, dum ab ipsa per imitationem Divini sui magistri expugnatur. Ingressa tum fuerat annum circiter 33. beatæ suæ vitæ, cum maritus eius Mathias Ortizius apud Cathedralē Ecclesiā munus quoddam gerendum obtinuit, in quo reliquum vitæ suæ tempus tranquillè & quiete duxit. Per id tempus degebat Ioanna domi, & vacabat partim operibus manuum, partim curæ rei economicæ ac marito inserviendi studio. Reliquo tem-

L 3. pore:

Sed divinitus re-
trahitur.

Confirma-
reque ma-
ritum atq;
omnia
mala fer-
re decer-
nit.

Dæmon
ad ten-
tandum
utitur
malis ho-
minibus.

pore secedebat in perangustum cubile pone culinam, aut vero ascende-
 bat in superiorem penum atque
 in abditis illis solitariisque locis, o-
 rationi se dedebat, & elevata spiri-
 tu, suavissima miscebat cum Divina
 maiestate colloquia, indeque per-
 petuos singularesque favores ac gra-
 tias excipiebat. Ante omnia tamen
 circumspēta nostra conjux sollicitē
 obligationi sui statū ex integro sa-
 tisfacere curabatur. Super hunc an-
 gularē lapidem collocavit omnia ex-
 ercitia suæ devotionis ac timoris dei,
 probè gnara, omnes omnino virtutes
 debere hoc in fundamento curæ, &
 adimpletionis obligationum sui sta-
 tus consistere, si non ad instar fatui
 quis velit super arenam ædificare.
 Quonam pacto, amabo, quisquam
 hominum queat placitum DEO
 exhibere obsequium, qui toto ante
 meridiano tempore in templo des-
 sideret, atque interea id, quod sta-
 tui suo obligatoria necessitate in-
 cumbit, haberet neglectui? Sæcularis
 non ad eum quo Religiosus, mo-
 dum obstringitur, sed quilibet
 per accuratam sedulamque obliga-
 tionum expletionem ad perfecti-
 onem pertinet. Intellexit istud
 probè Virgo nostra Ioanna, & sum-
 mā perfectione adimplevit. Prima
 ei cura fuit suum opus manuale
 accurate peragere, suo marito in-
 servire, quæque status suus requi-
 reret, adimplere. Ad hunc igitur
 modum in luis sacris exercitiis tan-
 topere promovit Ioanna, ut ex ter-
 ræ filia ac muliere, Seraphino cœ-
 lesti haud dissimilis fieret. Vt ve-
 ro stygius hostis animadvertit,

*Exercitia-
 tionum
 spiritua-
 lium fun-
 damentum est
 satisfas-
 cere eis
 ad qua
 obliga-
 ris.*

quod Soror Ioanna velut splendi-
 dum lumen suæ perfectionis iuba-
 re admodum emicaret, neque ra-
 dios lucis eius ferre posset, quin
 imo etiam supra inferni flammās
 eorum ardorem sentiret, conatus
 est velut rabidus canis fulgorem ni-
 toremque istius lucis obscurare:
 sed omnia incassum fuere. Quā-
 dam vice cum eius maritus in Gra-
 phiario impendio occuparetur, as-
 cendit ad superiorem penum, ora-
 tionique se tradidit, in cubiculo,
 quod spinarum fascibus repletum
 erat, præclara hæc ei visa est occasio
 aliquid patiendi. Deponit ergo
 vestimenta sua, abjicit ac volutat
 sese nudo corpore, super illum spi-
 narum aggestum, ita ut totum cor-
 pus undique saucium suo sanguine
 tingeretur. Cruenta hæc patientia
 & generositas Ioannæ, hosti maligno
 ad impatientiam irritamento
 fuit, ita ut spinas illas accenderet,
 & cū illis una etiam Ioanna arderet.
 DEUS verò illam in medio
 flammarum ignis uti tres pueros in
 fornace Babylonica protexit. Nam
 veluti voraces illæ flammæ ventus
 roris flans essent, ita eam ignis ne-
 que tetigit neque contristavit. Ma-
 ritus verò fumum odoratus, mox
 sursum accurrit; cumque conjugem
 illic conspēta eius negligentia ig-
 nem illum succensum fuisse arbi-
 traretur, alapis in eam depluit, cal-
 cibus impetit; totque ei tantas pla-
 gas inflixit, ut à plantâ pedis ad ver-
 ticē usque capitis nō esset in ea sanitas.
 In istis atque consimilibus quam
 plurimis tormentis, quæ Dæmonis
 vafrities & nequitia quotidie adinve-
 nie-

*Ioanna
 se volu-
 tat in spi-
 nis.*

*Ignis à
 Dæmonis
 succensu
 marito
 superpe-
 nientie
 vapulas
 immansit.*

niebat, quorum numerus finem nullum habet, erat Joanna perinde fortis & constans, ac si sensu careret.

Hujuscemodi pœnarum & cruciatuum medio patientiam illius tanto nobiliter, majoreque triumpho coronari videbat Dæmon, victas nihilominus præbere manus detractans omnes & singulos Joannæ gressus pervigil observabat, si qua ratione eam incasum aut saltè titubationem impellere posset. Advenire per id tempus Burgum PP. Discalceati ad fundandum illic sibi Cænobium. Area illis obtigit proximè Sor. Joannæ domum. Et sicut Christi Sponsa, argumentosæ sollicitæque api similis, in cunctis hominibus flores virtutum sedulo ac attentè ad propriam animæ suæ hortum eis exornandum observabat, ità avidissimè, cum prædictis RR. PP. ad spiritualem animæ suæ profectum capiendum, familiaritatem affectabat. Quia verò etiam dictos Patres in omnibus quatenus liceret, imitari cupiebat; proposuit marito suo, quod si media sufficientia alendo pedestri servo, qui pro conditione sua, more Hispano, se comitetur, non suppetant, penuriam talem honesto pietatis titulo ac prætextu obtegere posse. Velle igitur se bonâ eius venâ, Donatarum Carmelitarum habitu, grossâ nimirum grisei seu cinerei coloris panni tunica indui. Licere ei deinde sua vestimenta divendere, & pecuniam suis usibus vendicare. Videbatur hæc animi eius sententia marito percommoda; eaque propter

continuo in affectum deducta; Joannæque sese non habitu solum, verum & zelo, fervore ac spiritu Carmelitano convestivit. Nicolaus de Lyra asserit non casu, sed singulari providentia DEI factum, quod Eliseus, deciduo Eliæ pallio se amictisset, quo nimirum significaretur, eum non modò corporali vestimento Eliæ, sed verò etiam interiore veste animæ, videlicet spiritu eius indutum esse. Idem profus de nostra nupta Discalceatissa dicere possumus, quod scilicet singulari Divina dispositione Sor. joanna talem religiosum habitum induerit, ut conformitatem sui spiritus, cum Eliæ spiritu indicaret, quod nimirum ardentem zelum & spiritum Eliæ cum veste ipsa hereditatura Domino pararet plebem perfectam.

Tali cùm in schemate formaque Christus Dominus joannam conspexisset, apparuit ei cum cruce super humerum, aitque: Filia mea, nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt (Matth. 5. v. 15.) ac proinde non ego te, tui solius causa, splendido charitatis meæ accendilumine, ut lateas, sed ut luceas omnibus doctrinæ tuæ & exemplorum radiis. Quapropter voluntas mea est, ut quotidie Sacrosancto intersis Missæ Sacrificio, atque in hospitalibus, Nosocomiis ægrotos visites, ac à marito tuo hæc exequendi continuo licentiam expetas. Domine, respondit ancilla eius, non mihi illam concedet

Joanna
habitum
Donatarum
Discalceatarum
assumit.

R III
36

“der. Imo verò id faciet, respon-
 “dit iterum Dominus: pete eam
 “duntaxat ab illo. Et tamen semel
 “abnuat, instat tamen crebrius. In-
 “terea ego cor illius emolliam; vo-
 “luntas quippe mea est, ut in ope-
 “ribus charitatis te exerceas. Post-
 hac charissime Sponsæ suæ bene
 precatus Dominus evanuit. Ioanna
 verò instanissimè, uti Dominus
 præceperat, maritum precabatur,
 quò sibi venia illius liceret quotidie
 rei sacræ interesse. Negarat quidem
 initio, sed tandem tamen optatam
 facultatem impertit dicens: Abi,
 ut vis, veruntamen hac conditione,
 ut mox iterum domum redeas. Sin
 verò, caro sanè hoc tibi constabit.
 Ioanna Deo confisa, se ita facturam,
 neque momento uno placitis eius
 ac servitio defuturam recepit. Ob-
 tenta hac licentiâ, à medio no-
 ctis orationi se dedebat, surgente
 aurora ad sacram ædem mira-
 culosi crucifixi ad missam audi-
 endam egrediebatur, ab hac contem-
 dit ad hospitale divæ Virginis imma-
 culatæ conceptæ; tumque deposito
 pallio, agris illic decumbentibus
 matronis lectulam componebat,
 sordes egerebat, summâque dili-
 gentiâ putres earum artus & ulcera
 sine horrore tractabat & fovebat.
 Pio hoc charitatis exercitio perfun-
 cta, domum se conferebat, prius-
 quam lecto maritus eius exurgeret
 lentaculumque ei apparabat; dein-
 ceptis manuum operi intendens. Ut
 primum vero Vir eius domo est e-
 gressus, si forsitan in vico eius aut
 vicinia agrotantium quispiam repe-
 riendus erat, eum visendi solatium-

*Obtine-
 bat sa-
 cultatem
 Ioanna
 quotidie
 Missa au-
 dienda.*

*In Xen-
 dochio æ-
 gris in-
 servit.*

que impendendi gratiâ adibat. Hoc
 modo iuvabat inopes, solabatur af-
 flictos, curabat infirmos, DEO sibi
 auxiliante, eiusque solius causâ; sic
 ut nunquam exercitium istud inter-
 mitteret. Et quidem omnia ista,
 tantâ sedulitate, tantâ interiorisque
 recollectionis cum opere exteriori
 charitatis conformitate peragebat,
 ut zelus ac fervor spiritus eius, exi-
 mium splendorem, imo vigorem,
 animam ac vitam externis operibus,
 quæ erga proximos exercebat, su-
 perinduceret.

Sancta hæc pietatis opera Caco-
 dæmonem in rabiem egere, quæ ut
 impediret, duorum Sacerdotum sa-
 cularū opera utebatur, qui Matthiã
 Ortiz accesserunt admirabundi,
 quod Coniugi suæ à Xenodochio
 ad xenodochium commeandi,
 impura ac tabida morbidorum ul-
 cera confovendi, sordes ac purga-
 menta pauperum egerendi copiam
 faceret. Haudquaquam id eius æta-
 tis ac conditionis Dominæ conveni-
 re, ipsique procul dubio dedecori es-
 se existimationemque hoc factio
 eiusdem imminui, maiore cum re-
 putatione domi eam servaturum.
 O noxium consilium! Apparet in-
 terea Diva Catharina Senensis con-
 fortans Ioannam & dicens: Bono
 animo filia mea! Dæmon tibi more
 suo ludam adornavit, sed file mo-
 do & fer patienter. Hisce superve-
 nit maritus eius, ingressusque cu-
 biculum ceu furibundus Leo, se-
 quentia verba, propemodum irru-
 git. Bene est. Tu vaga percurtas
 urbem ab uno Nosocomio ad alter-
 rum in mei vilipendium, volitas Sor-
 des

*Dæmon
 id impe-
 dire ge-
 stit.*

*A marito
 ea de
 causa
 dicitur.*

des infirmorum egeris, & alia eiusmodi exerces. Si tibi talia opera conveniunt, me certe plurimum dedecent. Næ tu mihi lues, protinus igitur zonam utraque in extremitate aculeatis ferri laminis armatam solvit, eaque in medio correpta faciem & caput adeo immaniter cecidit, ut misera Ioanna unde quaque saucia, vultu tumida, suo sanguine tingetur. Nec his contentus, domo eam exturbavit, vociferans: Cito, cito foras, ne alioquin te per fenestram ejiciam, quo tanto ocysus extra domum fias. Afflictissima Ioanna nihil causata vel morata, accepto pallio, abiit ad collegium Societatis IESU, evocari curat R. P. Sarmiento, narratque illi omnia, quæ sibi evenere. Vir ille Sanctus plurimum ei compatiebatur, dum eam tam atrociter tractatam conspiceret, & postquam eius dispositione, Virgo quædam è numero pænitentium eius filiarum, vino ei faciem abluisset, toto die illam in templo servavit, pavit & solatus est: addens etiam ne animû desponderet, operave charitatis intermitteret, quæ DEO tantoperè essent accepta. Esse se illius in DEUM fiducie, fore ut Divina bonitas cor marito eius percèllat, iraque eius brevi pertranscat. Interim nox advenerat, & ille suavit IOANNÆ, ut rediret ad maritum suum: Consilium igitur eius secuta domum rediit. Cum verò in vicinia prope suas ædes esset, intellexit à proximè accolentibus ma-

ritum domi non esse. Quamobrem fidentius domum ingressa, suo se in cubiculo conclusit. Paulò post Maritus ipse domum rediit; ancillamque percontatur, an Domina sua domi esset. Quæ respondit, Ita Domine; est in conclavi suo, atque tam aspectu miserabilis, ut quodlibet cor Christianum, par sit eius commiseratione tangi. Et quid ora, dicent homines, qui eam intuebuntur, & quidem si causa eis innotescat? Prudens ratio ac iudicium magnam vim habet etiam in ore unius ancillæ. Matthias namque continuo mandat ei, ut vocet Dominam suam, ad cænam tecum sumendam. Descendit prompta fortis ac patiens nostra Martyr. Ubi verò dilaceratam eius faciem aspexit Matthias, ait ei: si protinus ad meam iussionem foras te proripuisses, haudquaquam hæc tibi fuerant eventura. Tacuit Ioanna, lætoque ac alacri vultu cum marito cænavit. A cæna cubile suum repetiit, ut DEUS solatii animum suum solaretur. Comparuere illic Divi Franciscus & Antonius, qui dixerunt ei. Bono animo Fidelia! Scito intueri nos per specuè calamitates tuas. Quare confortare in Domino. Omnia hæc fiunt Divina providentiâ ordinante, ac tibi depuratiorem præciosioremque coronam præparante. Tribulationes quidem debilitant corpus, purificant verò animam veluti fornax aurum.

M Iftis

Et domo
ejicitur.

Domum
reversa
cum ma-
to cenat.

A SS. in-
visitur &
conforta-
tur.

*Novam
tempesta-
tem ex-
citat in
eam De-
mon.*

Istis atque consimilibus Divinorum solatiorum auxiliorumque favoniis navigabat Virgo nostra velut elegans navicula feliciter, bonaque aurâ & vento Spiritus sancti usa placidè per amaros fluctus tribulationum suarum ferebatur. At ecce ex improviseo Tartarei Nepotuni operâ ingens procella ac turbo exortus est. Archi-Episcopus Burgensis & Præsidentis Castellæ Don Ferdinando de Azevedo, diligebât impense IOANNAM, seu ovium totius ovilis sui optimam. Dum itaque Reverendissimus iste Dominus Madritum profectus esset, præcepit familiaribus suis, ut certiores se redderent, qualiter Matthias Ortizius cum sua coniuge ageret. Scripserunt illi, pergere eum in ea excruciantia & affligenda. Clementissimus hic Præsul epistolam ad Matthiam Ortizium dedit, in quâ eum admonet emendationis in ista materia, quæ si non sequeretur, se illum aliis in exemplum castigaturam. Vigili ad omnia Dæmoni occasio hæc haud quaquam elapsa fuit. Instigavit is quendam, ut ad Matthiam Ortizium diceret, Causam cur ei Archi-Episcopus tam acriter scripsisset, esse solummodo quarimonias, quas Uxor sua scripto apud Archi-Episcopum de illo deposuisset. Non sibi tantum patientiæ indulgit Matthiæ furor & odium, ut verum indagaret. Sed illicò furore ardens ait suæ uxori. Quis tibi tantum ani-

morum fecit, ut auderes Archi-Episcopo scribere, eumque informare, an ego te bene maleve habeam ac tractem? Domine, respondet innocens ovicula, quo sine aut qua causa ego Archi-Episcopo scriberem? Sane id mihi nunquam venit in mentem. Dicebat veritatem; At verò ille nullam ei habebat fidem, sed soluto cingulo suo, utraque ferro armata extremitate atrociter ei caput ac faciem diverberabat, ita ut gravissimè convulserat in terram ceciderit. Hoc in statu visa (forte extremam tandem vim mortemque inferendi animo) in ventrem eius, stomachum pectusque insiliens, talique truculentia & immanitate pedibus calcavit ac pressit, ut vix vitæ vestigium superesset. Sanguis ex ore illi copiosè perfluebat, loquela eam destituit, diversaque accedebant lethalia symptomata, ita ut tota domus vicusque turbaretur. Confluebant vicini ad eam admodum pro ea solliciti, quidam Medicos accersiebant, alii Reverendi Patres IOANNAM à sancto Elisæo eius conscientie arbitrum. Medicus ubi adfuit, confestim ei venam aperiri & ventosas seu cucurbitas retrò ad occiput figi iussit. Sed nec hæc, nec alia ulla medicamenta tantum virium habuerunt, ut eam vel à mortuali illo statu eriperent, vel sibi sensusque restituerent; unde Medicus in angustiis versabatur. Maritus eius deducto

*Maritus
illam a-
trociter
converte-
ratam
pedibus
calcat.*

*Vnde illa
magna
parte
præmor-
tua sine
sensu in-
cui.*

ducto ore hiabar, mugiebatque velut taurus, nemoque erat, qui de vita eius non desperaret. Id ubi Confessarius eius conspexit, appropriavit, auri eius & dixit: Ora DEUM, Filia, ut tibi loquelæ usum restituat, atque hac è calamitate eripiat, ne fortè exinde marito tuo malum aliquod eveniat. O vim obedientiæ! Ut primum obediens spiritalis Filia & Virgo verba Curatoris animæ suæ exaudivit, è profundis animæ suæ ad DEUM Sanctosque suos Patronos clamavit, & protinus exaudita est pro sua humilitate & reverentia. Christus Dominus sua sanctissima Matre comitatus ei apparuit, & suavissimâ amabilissimâque voce ad eam ait: "Quid petis columba mea, dilecta mea, quid petis? Visne toto vitæ tuæ tempore pati, in contubernio & convictu istius hominis, qui cupiditate tenetur tibi vitam adimendi? Ità Domine, responde det ancilla eius: si tua est voluntas, ut patiar. O dulcissime Domine, quid oro, agam, cum tam parum patiar, quando pro sceleribus meis mille etiam infernos promerita sum? Generosa hæc & alacris IOANNÆ resignatio Christo Domino eiusque Sanctissimæ Matri summè accepta fuit, ob quam ei sanitatem contulere, & sanctissima sua benedictione munivere. Continuo ergò sibi plenè restituta, sana, vegeta & undique incolumis è solo surrexit, quam præsentem in suum

Oratoriolum deduxerunt. Advenit eo etiam Matthias maritus, & ab illa veniam petiit. Istud profecto ingens est præ aliis miraculum & manifesta operatio præsentis dexteræ Excelsi, quæ suum ad placitum corda mortalium versat, & immutat.

Insinitum & impossibile esset, omnia & singula percensere tormenta, quæ fortissima Herois ista totis ferè quadraginta tui Coniugii annis à marito suo perpessa est. Adductos hæctenus cruciatus compendio duntaxat reruli, ac velut digito intento ostendi, curiosoque Lectori iuxta paramiam ex ungue Leonem spectandam obtuli. Inexplicabilis pariter est magna & prope inaudita humilitas ac submissio, qua nostra patientissima Virgo IOANNA omnia ista tormenta pertulit. Est ergo, & erit, manebitque immarcescibilis ista illius humilitas corona eius Patientiæ. Audi, oro, benevole Lector, verba illius, quæ in ædificationem quidem nostram, illius verò decus honorumque cedunt. Possum ego, inquit illa, in veritate asseverare, quod quantumcunque male mecum ageret maritus meus (*Vita ipsius n. 57.*) & quæcunque mala mihi irrogaret, nunquam tamē arbitrata sum id eum sine causa agere, neque aliud ea in re cognoscere potui, quam quod illi longe plurimum ansam occasionemque

M 2

nemque

Sed à
Deo tota
mox un-
dig, sana
efficitur.

Quanta
demissio-
ne animi
tormenta
ista Ioan-
na pertu-
lerit.

*Erga ma-
los mala
inferen-
tes, qui
nos gere-
re debea-
mus ex-
emplo Io-
anna.*

“nemque præbuerim; neque prop-
“terea unquam iram in eum conci-
“pi aut fovi, sed mihi ipsi irasce-
“bar. Et taliter se habuit, ut quo
“peius me tractaret, eo maiore ur-
“geret desiderio domum eius rever-
“tendi, ab eoque veniam postu-
“landi, quod faciebam ad pedes
“eius me pronam abjiciendo. Si-
“militerque ago cum omnibus,
“quantumcunque mihi afflictio-
“num malorumque inferant. Non
“irascor eis: imò cupio magis cum
“illis colloqui, & hoc assevero
“per magnam DEI misericordiam,
“& singularem gratiam Divinæ
“ipsius maiestatis. Superfluum es-
set his vel verbum adjicere,
quandoquidem is velut vivis co-
loribus dilectam, puram, nitentemque Sponsam depingit, nobisque exhibet, de qua ipsius maiestas ait (*Cant. 7. v. 17.*) quod assimilata sit Palmæ, quæ quanto magis premitur, tanto fortius, celeriusque assurgit & attollitur.

CAPVT VI.

*Virgo nupta pergit, in suis san-
ctis exercitiis; quemadmo-
dum & Dæmon in ea ten-
tanda, DEVS verò
intuenda.*

NON abs re appellatur Caco-
dæmon cæli fulgur, idque non
solum, quod ardens illius fu-
ror, quicquid attigerit, exurit &

consumit, sed etiam quia vim suam
& iram plus in sublimes atque ad
Divina elevatos, fortesque quam
debiles virium inopes animas ex-
ferit. Et hæc est causa, cur alios
isto, alios alio tentandi modo ag-
grediatur. Alios ad peccandum
alliciat, alios autem cruciet; quod
debiles, qui sunt exiguæ virtutis,
veteratoricè nititur decipere ac se-
ducere, sive sub prætextu boni
operis, sive delectatione volupta-
tatum transeuntium ac momenta-
nearum, sive honoris & excellen-
tiæ appetentiâ, aliisque compluri-
bus fallendi modis, uti necessitate
ac indigentia rerum temporalium,
innumerisque huiusmodi. Tali il-
le via modoque nititur debiles, fra-
ctos, modicæque fidei à DEO a-
vellere, sibi que ipsi subicere, dum
nos testè ac fraudulentè placenti-
bus, & ad exteriorem speciem blan-
dis pulchritudinemque; mentientibus
rebus alliciat, alios lucri spe, & au-
ri sacrâ fame, cupidineque inquietat,
alios ambitione, & loci celsio-
ris dignitatumque præminentia in-
escat, statuens illis ante oculos alio-
rum hominum felicitatem, sicut;
& proprias voluptates, & futuros
successus prosperos huius vitæ. At
verò magnos sanctos & amicos
DEI, quales sancti Paulus & An-
tonius erant, qui astutias artesque
eius probè nôrunt, suggestiones
que contemnunt, hos tales apertâ
vi aggreditur, gravibus plagis &
atrocibus tormentis afficit. Tali
modo cum Heroïna Virgine nô-
stra

*Car Da-
mon a-
lios alliciat blan-
dis alios
torquet.*

fra & usque ad mortem forti muliere egit; quemadmodum in religio suo eius statu longè terribilius certamen visuri fumus; hic ea tantummodò memorabimus, quæ in eius coniugio evenere. Exposuimus capite superiori Matthiæ Ortizii truculentiam, quâ ille piæ suæ Coniugis sanctas exercitationes sæpenumero stitit & impedivit. Quia verò cor hominis in manu DEI est, etiam hominis istius cor usque adeò immutavit, ut aliquando diebus Quadragesimalis ieiunii in Dominica uxori suæ diceret. Domina, Pater Banegas omnibus Dominicis vesperi concionatur in Sancti Joannis Canobio, tibi que iam sat notum est, illum esse doctum ac admodum religiosum Prædicatorem; abi ad sermonem eius audiendum, & operam da, ut doctrinam eius bene percipias, quo mihi eam postmodum referre possis, quoniam pro nunc eum adire mihi non vacat. Abiit Ioanna summo cum gaudio, avidas peroranti aures datura. Vespere porrò quærit ex ea, quid Pater Banegas dixisset? Domine, respondit illa, valde pie ac concinnè ad populum dixit. Facile animadverti potuit tum ex verbis tum spiritu ac zelo eius, quod Spiritus Sanctus per os illius loqueretur. Quid igitur dixit? quærit ille iterum. Domine, respondet JOANNA, magna profus & eximia dixit, de interna Oratione seu meditatione, in qua anima elevata cum DEO loquitur

& conversatur, pariterque præclare expendit, quâ magna acceptaq; sint coram DEO charitatis opera in in proximos exercita; ex quibus denique conclusit & solidis evicit rationibus, gravissimo se crimine obstringere eum, qui in orando aliis impedimento est, ac operibus, quæ ex charitate fiunt, obsistit. Audiebat IOANNAM suam cum admiratione Matthias Ortizius, & singulari operatione Spiritus Sancti per-motus, ait ei: Bene est IOANNA; Ora nunc & meditare quàm diu tibi placet, & opera charitatis, ut libuerit, exerce, omnium tibi nunc facio copiam, veruntamen cum hac exceptione, ne quid eorum, quæ tibi ex obligatione tua incumbunt, in te desiderari patiaris. Nemo verbis expresserit gaudium famulæ Christi de tanta Matthiæ mariti sui in melius mutatione, obtentaque tandem de optata spiritus sui diffundendi, suoque proximo serviendi libertate. Calentibus exundans lacrymis gratias egit primum DEO & postmodum Coniugi suo, promittens eidem post hac maiore etiam charitate inservituram, fideque maiore ubique affaturam.

Ut verò vigore indultæ sibi facultatis posset Divinas cordis sui inspirationes in opus deducere, abiit ad Hospitale Sancti Joannis, in quo præcipui nominis Domina quædam & magna famula DEI, Domina Ursula de Arganza dicta habitationem fixit, utpote quæ ad impensius

M 3 DEO

DEVS
immutat
cor Mat-
thiæ Or-
tizii.

Facultas
tem ei
concedit
orandi &
opera
charita-
tis exer-
cendi.

R III
36

*Ioanna
strenuè
occupatur
operibus
Charita-
tis.*

*eius ex-
cessum &
effectum
hic vide.*

DEO serviendum, se obtulit, dica-
vitque totam ad inserviendum
infirmis in hoc Nosodochio dicavit.
Aperuit Soror Ioanna huic Domi-
næ animum desideriumque suum.
Et posteaquam sacrum inter se fæ-
dus iniere, quod infirmariæ, ceu
pauperum curatrices esse velint,
exquirunt unde quaque ubi eiusce-
modi homines habitarent aut repe-
riundi essent. Tum vero lectos eis
componunt, comparant, præbentq;
ipsæ medicamenta, ulcera obligant
& fovent, si qui vero è vita decede-
rent sollicitam sepulturæ curam ge-
runt. Tali pacto ambæ occupaban-
tur sanctis exercitiis & charitatis o-
peribus. Ioannæ tamen nostræ pec-
uliaris elucebat ardor, dum non
solum propriis manibus ægros pau-
peresque refovet & curat, sed etiam
plus ultra a charitate impulsâ, ut
olidis tabe flentibus putridisque
ulceribus labia osque suum appri-
meret, atque inde pus ac saniem
exurgeret, quin & linguâ fædos
obscellus putentesque vomicas
perlingeret. Benignissimus porro
DEUS demonstrat luculenter
quam sibi gratus esset amabilis iste
zelus, quamque castus Ioannæ an-
helitus, lingua, ac labia efficaciora
essent, omni unguento & pharma-
co, quandoquidem complures mi-
seri ægrique mortales, sola ista lin-
cturâ sanitati sunt restituti.

Matthias maritus eius non so-
lum hæc indulsit exercitia, sed ipse
etiam ostendebat se talibus favem-
tem ac benevolam, pro ut ex factò

sequente patebit. Cum aliquando
duæ istæ sociæ Dominæ, nullum
reperissent pauperem, cui solita cha-
ritatis officia impenderent, Charit-
as vero otiosi non posset, ait Do-
mina Ursula ad Sororem Ioannam,
Quidnam hoc rei est amica mea?
Itane totâ hæc urbe nullus paupe-
rum, egenorum, ægrotorumque est?
Quin inquirimus, an non in pro-
pinquo aliquis huiuscemodi delite-
at. Erat Ioannæ ancilla annis pro-
vecta, insignis DEI famula, vesti-
giorumque Dominæ suæ quo ad-
fas esset affectatrix. Huic ait Ioanna,
Magdalena, (hoc erat ei nomen)
nostine hic alicubi, vel in vicinia
circumversari egenum, ægrotumque
aliquem? Domina in proximo, ait
ancilla, est tam miserabilis ægro-
tus, ut eum aspicienti cor dissiliat.
Sæpe numero id patefacere volui,
at invidus Dæmon semper id mihi
è mente eripuit, licet ei quotidie
reliquias ciborum Domini mei de-
tulerim. Hæc ubi ambæ accepere,
illum requirunt reperiuntque in a-
perto vestibulo super sordidum,
femesum, lacerumque plumarum
lectum. Amicâ salutatione dictâ,
quærent quid mali infirmitatisque
habeat? Pauper qui prope noverat
aspectum plus movere quam audi-
tum, tacite illis dorsum monstrat
adeo exesum ac absumptum, ut co-
stas dilucidè videre ac dinumerare
possent. Ad hæc ita illi putruè-
re pedes, ut putida olidaque sanies
ex digitis pedum difflieret, veluti
si fontes quidam essent. Miserabile
hoc

*Charitas
otiosi ne-
quit.*

*Tabo ac
sanie flu-
enti misse-
ro Ioanna
cum socia
studiose
inservit.*

*Idque
semper
flexo po-
plite.*

*Saniem
putentium
vulnerum
Ioanna
haurit.*

hoc spectaculum utriusque illatum cor ad summam commiserationem permovit, in eoque totæ erant, ut illum in quodpiam Nosocomium deferrent. In hunc finem accersunt Chyrurgum quendam. Ille vero ubi ægrum inspexit. Vos Dominæ, inquit, homo iste in eo iam statu est, in quo nemo cum in Hospitale recipiet, partim quia malum eius est insanabile, partim quia timebitur, ne horribilis illius factor pestilente contagione inficiat alios. Possem quidem ego de necessariis illi medicamentis providere, modo esset quispiam, qui tetrum odorem illius terre eique ministrare vellet. Ambæ mox charitativæ Dominæ illico istud in se recepere. Igitur lecto insternendo necessaria conquirunt, videlicet lecticam, culcitram, cervical, nec non lodices mundumque apparant decubitorium seu grabatum in parvo cubiculo, illique in propria persona omni sollicitudine & reverentiâ, nimirum in genua provolutæ serviunt. Quandoquidem vero totum illius corpus, nil nisi fetidus fluidusque canalis putris illuviei tabisque erat, nemo illi præfatore horroreque servire poterat. Nostra vero Ioanna, quæ in ulceroso isto ægro, vulneratum Salvatorem nostrum Christum Dominum intuebatur, non modo servitium ei præstitit, sed & putidam illam saniem vulnerum eius hausit, & appetitu aviditateque maiore, quam sicibundus quisquam patiens è Christallino fonte bibere posset. Non latebat Matthiam Ortizium, qualiter Coniux sua præfato ægroto

adesset, gratias ergo illi eo nomine egit, aitque; Ioanna, rem summe mihi gratam facis, dum calamitoso isti ægro tam fideliter assistis. Ita age sedulo illi servi, imo studio maiore, quam ipsi mihi. Et curam ante omnia habe, ut illi nihil desit, tamen ego defectum patiar; æquum quippe est, ut pauper hic Christi frater primas teneat, mihi que anteponatur. O magne ac potens omnia DEUS! Quis non agnoscat, quod hæc mutatio a te proveniat? Hic perspicue intuemur, quod Ioan. Bapt. dixit: Matth. 3. nimirum posse DEUM etiam è lapidibus suscitare filium Abraham. Denique Ioanna infirmo suo adstitit tribus hebdoma libus, quibus lapsis ille obiit, aitque Ioanna ipsa, quod cum paupere Lazaro decesserit æternâ quiete fruiturus. Brevi ac recto itinere Cælum petiit, quippe qui plurima & quidem summa cum patientia, æquanimitate, & conformatione voluntatis humanæ cum Divina est perpessus.

Qui nunc æqua bilance prædictæ mutationem Matthiæ Ortizii expenderit, facile agnoscat quam grata DEO fuerit Christiana occupatio labor, & exercitium Sponsæ suæ Ioannæ. Nihilominus tamen Divina sua Maiestas variis id modis præterea palam fecit. Primo namque tamen Ioanna matutinum tempus æq; ac vespertinū in oratione ac prædictis exercitiis transegerit, nihil tamen ei temporis defuit in re domestica sibi incumbente administranda uti & servitio marici ac operibus ma-
num

R III
3-0

*DEVS
mirabili
ratione
accepta
sibi esse
Ioannæ
misericor-
diæ opera
demon-
strat.*

*Christus
ei ad va-
lentinaria
eunti la-
rus stipat.*

num ordinatè & exactè peragendis. Et quidem opere manuum suarum lucrabatur in singulas hebdomadas sex imperiales, quod quidem id temporis non vulgare lucrum fuit. Secundo quoties maritus domo ab-erat, domum regressus, deprehendit illam semper circa rem familia-rem occupatam. Et licet sæpe nu-mero Sororis Ioannæ in platea fie-ret obuius, non tamen eam agnoscebat; imo eventit, ut ambo pariter domum ingrederentur, illa ante vi-rum, nec tamen ille eam videret. Non vidit eam, quia scilicet Di- vina Majestas Ioannam nube altis- simæ protectionis suæ ac tutelæ cir- cumtexit. Tertio & principaliter, per quod Christus Dominus demon- stravit, quantum accepta sibi esset Sponsæ suæ Ioannæ occupatio ex eo liquido elucet, quod quoties illa itaret ad visendos ægros, ma- jestas ipsius corporali ac visibili specie latus eius velut comes stipa- bat, & ore ad os, facie ad faciem toto itinere cum ea colloquebatur. Atque ita Divina familiaritate & alloquiis Sponsi sui flamma amoris Divini uti & proximi, in corde Sponsæ, magis magisque velut sus- flatione exardescibat. Hoc ex factò sequenti liquido patebit. In valetu- dinario Sancti Lazari curabatur à medicis mulier quæpiam. Perso- na ista sævitia mariti sui multas gra- vesque plagas capite exceperat, erat- que illud exinde adeo corruptum & putre, ut cerebrum conspici pos- set, ac denique durante cura oculi illi exilirent. Optandi essent qui- busdam fæminis isti oculi, ut illis

bene circumspicerent, quando ma- trimonium ineunt, profectò neuti- quã tam temerè & inconsideratè nu- berent. Aderat isti nuptæ mulieri, ingenti sollicitudine Soror Ioanna. Quadam vice, dum eam invisura progreditur, vidit Christum in for- ma valde speciosi peregrini sibi co- mitem & nonnunquam profusum ut Sponsum Sponsam alloquentem. Per tale colloquium propinquitæ- temque solis cælestis, liquecebat propemodum cor Virginæ Sponsæ in ardenti igne sui Sponsi cælestis & Conditoris. Vbi ergo Nosocomio appropinquavit, audit vocem: Pro- pera Domina, propera; perge con- cita, nam ego morior. Vox ista ma- gis adhuc accendit pectus Sponsæ nostræ Ioannæ. Festinabat, curre- batque, quantum erat possibile, ad- fuitque propere, & reperit ægram illam jam incipientem mori. Con- tinuo Ioanna efficit, ut Sacro extre- mæ unctionis cæterisque sanctis Sacramentis muniatur, quibus sus- ceptis in Ioannæ brachiis exspira- vit, perstititque demortuæ vultus nive ipsa candidior, & sole clarior. Quo pacto per claritatem corporis splendor illius ac sanctitas nobis indicatur.

Salutiferorum operum istorum causa Diabolus totus efferebatur, cogitabatque sequenti tragediã ex- citatã eadem quoquo modo impe- dire. Ibat Soror Ioanna frequen- ter suæ devotionis causã ad tem- plum PP. Discalceatorum. In O- ctava Sanctissimi Sacramenti ma- joris publicæ latitiæ demonstran- dæ gratiã, Taurilia, seu Taurorum exagita-

*Cælesti
voce mo-
netur a-
græ opti-
lari.*

*Demon-
stra ipsius
opera non
pedire ni-
titur.*

exagitationem institui contigit. Fortissimum itaque taurorum Dæmon efferatum impulit, ut perruptis palestræ septis venti ad instar plateam, quæ ad Discalceatos ducit, peteret, quo tempore IOANNA more suo apud Discalceatos sacra communione refecta domum redibat, in comitatu duarum personarum. Ubi ergo ad aream suburbii devenere, ingentem prope Sancti Cosmæ ædem percipiunt clamorem, quorundam vociferantium: Date locum, date locum, cavete vobis, cavete vobis. Ad hanc conclamationem respexere retro, videntq; taurum tam sibi prope imminere, ut ne ad minimum passum declinare impetum, aut se discrimini subducere possent. Soror Ioanna elevatis in cælum oculis DEI auxilium implorans, illico Divinum adiutorium est experta. Nam dum taurus toto impetu in eam fertur, Divino miraculo crepuit medius, atque ante pedes eius procubuit mortuus.

Nec tamen hoc suo damno sapuit aut desit Dæmon, sed novam protinus, more suo excogitat technam. Mentitus mulierem, adit Ioannæ domum litterulas manu gestans: Fores pulsat, ancillæque foras prodeunti ait: Venio à Discalceatis. Pater quidam eius Cænobii mihi hæc litteras tradidit, dicens se esse Confessarium Dominæ tuæ, & quod multum referat eas illam accipere, quapropter quantocyus trade illas in manus Dominæ tuæ. Acceptat epistolam ancilla, Oratorioque suo egressæ Dominæ mox exhibet. Referat aperitque illam Ioanna, &

comperit, & tam subscriptionem quam totam notarum seriem manu sui Confessoris, quantum conjicere poterat, exaratam esse. Textus verò eius ad sequentem se modum habuit. "Nunquam intellectu meo comprehendere potuissem, quod talis mulier, qualis tu es, in mundo reperiretur. Nunc verò assevero inveni faminas, quæ vastiores sunt ipso Dæmone. Quis namque Dæmonum queat tam aptè mentiri sanctitatem, veluti eam tu simulas, talique ratione omnes homines decipere, quemadmodum tu decipis? Fateor hucusque me eo in errore versatum, quandoquidem & sapientissimus quisque facile errat, dum nimiam familiaritatem utitur. At verò dictum tibi sit, hypocrisim & simulationem æternum præstare non posse. Serius aut citius falsitas ad lucem veritatis deprehenditur. Innotescit nunc omnibus virtutem tuam fucatam fictamque ac proinde duplex peccatum esse quodque tu re atque opere simulatrix, impostrix, atque sagarum antesignana Magistraque existas. Proinde nunc video quare ratione, quæ fronte tu posthac coram hominibus comparere audeas. Egomet ipse eheu! palam per ora hominum traducor, & quidem rectè, quod nimirum mei similis quisquam tam facile à tam perversa muliercula duci ac decipi sit passus. Idcirco totus erubesco & confusus maneo, quoniam tu mihi nominis famam attrivisti, existimationemque imminuisti. Concludo itaque hac denunciatione

Vide admirandum Dæmonis astum.

R III
3-6

N

tione

“tione, ne posthac unquam ad cænobium istud venias, aut nomen meum ore tuo proferas, dicasve, me tuum Confessarium esse, aut quod ego te, ut spiritualis Pater, ducam & doceam, clamosa siquidem voce dicturus sum te id mentiri, prout & mendacium existit.

Conjectu perfacile est, quam acerbum doloris vulnus humili ancillæ Christi, utpote in oculis suis tam vili hæc impropria inflixerint. O quam turbatum inquietumque sincerum cor eius fuisse oportuit! Horror eam terrorque tantus occuparat, ut miraculum fere fuerit, quod non subito in terram mortua conciderit. Optima joanna per multos dies domo egredi, nedum ad Discalceatos ire præsumebat. Proximum tantummodum templum sacri audiendi causa frequentavit. Conscientiæ illius arbiter, qui de fabula ista nihil cognorat, mirabatur oppidò, quod Joanna tanto iam tempore ad S. exomologesin obeundam non adveniret. Ergò ipsemet quo eius negligentia causam cognoscere, eam invisit. Ubi coram affuit, ait illi. Sane, Filia, nescio quid cogitare aut loqui debeam, quòd tam longo temporis intervallo conscientiæ patefaciendæ gratiâ me non adieris. Equidem pro certo habeo, sine causa abste id neutiquam factum; Miror tamen eam te mihi non indicasse, prout alioquin spirituali filiæ agere convenit. Si fortè Matthias Ortiz, ut ad cænobium nostrum te conferas, facultatem impertiri re-

Sed tandem patres.

nuit, poteras eius rei me certiolem reddere, atque tum ego ipsemet te adiissem aut alio quopiam in templo, ut tibi collibuisset, confessionem tuam excepissem. Soror Joanna, quæ ab ingressu Patris sui spiritualis intra domum, tota calentibus difflebat lacrymis, quantumcunque eas premere conaretur, ei respondit: Pater mi, Matthias Ortiz mihi impedimento non fuit, quominus ad Monasterium vestrum venirem; sed totum id eo actum est, ut Reverentiæ vestræ obedirem, quandoquidem ipsa suis in litteris id ita mihi præcepit, quod sanè me totam desolatam reddidit; DEO que Omnipotenti notum est, quot mihi constet lacrymis, dum reminisci nequeo, qua in re Reverentiam suam offenderim, causamve dederim, quod Reverentia vestra propter me sine honore fideque vivat. Optimus ille Religiosus spiritualisque Pater, summa cum admiratione respondit. Quid loqueris Filia? Quæ sunt hæc phantasiæ? Etiamne sat nosti cui loqueris? Egone litteras; egone talia scripsi? Quæ est hæc Diaboli deceptio? Prome litteras, & videamus, uter falsus deceptusque sit. JOANNA Confessoris dicto obaudiens profert litteras, Patrique suo spirituali tradit in manus, recludit is illas, inspicit cognoscitque elementa & characteres perinde ac suâ manu exarata. Incipit legere, & præ stupore nimio se signare. At protinus ei invisibili ignotaque vi quadam literæ è manibus eripiuntur. Viderunt itaque clarissime omnes; totum hoc frau-

*Diabolus
suomet
consilio
confunditur.*

fraudem imposturamque unius Dæmonis fuisse, quodque patefacta veritate Pater mendacii vafro suo cum consilio confusus derisusque manserit.

*Matthias
Ioanna
Discalceatos &
Valetudina-
ria ad-
ire pro-
hibet.*

Hoc tamen haud obstante, obstinata voluntatis suæ propositum pertinaciter implere conatus à cæpto non destitit, donec perficeret, ut Matthias Ortiz uxori suæ ultra, extra Domum ad Discalceatos progrediendi, valetudinaria frequentandi, operibusque charitatis foris extra ædes proprias insistendi copiâ negaret. DEUS verò cui opera ista plurimū placebant, impedimentum istud aperto miraculo sustulit. Erat Matthiæ Ortizio domi suæ Psittacus, quem humana efferre verba docebat; sed ad eam diem e-linguis, nullum verbum protulerat. Accidit itaque ut JOANNA cum ancillis suis ante Psittaci caveam confisteret, diceretque marito suo: Domine Frater, quandoquidem ferre nequis; ut ego ad Discalceatos vadam, oro ut saltem ancillas eodem ire permittas, magno quippe illis est solatio illic Sacramentum pœnitentiæ percipere, sacroque Missæ officio assistere. Quod me attinet, promitto, quod eiusmodi facultatem pro me non expetam, uti & ut quotidie Missæ sacrificio intersim, siquidem id tibi minime placet. Necdum IOANNA postrema hæc verba protulerat, & ecce Psittacus clarissime & articulate loqui cœpit, per-

inde ac quisquam hominum loquendi usu præditorum. Nolite talia facere. Hoc DEO non placet, Abi, quotidieque Missam audi. Matthias Ortizius hisce auditis totus obstupuit, & admirandus ait: Quis hic loquutus est? Soror IOANNA respondit: Cur id quæris, Domine Frater? nonne ipse vidisti Psittacum loquutum fuisse? Bene duntaxat perpendendum est, quod dixit. Nam quia ex se id proferre minime potuit, proculdubio vox hæc Divina fuisse debuit. Hisce Matthias Ortiz rubore suffusus ait; propter DEUM IOANNA, ne intermittas mea causa animæ tuæ præbere solatium. Quandoquidem cupis apud Discalceatos sacris interesse, & Nosocomia invisere, vade singulis diebus, & quando voles, quoniam id indubitato DEO placitum est, atque ita perficiamus Sanctissimam eius voluntatem.

Posteaquam tali modo Diabolus repulsus est, viditque fraudes dolosque suos irritos, larva deposita aperto Marte IOANNAM aggreditur. Omnibus diebus imo & horis à tergo illi aderat, ut plagis diversisque tormentis eam incessanter afficeret. Non ut infirmam mulierem, sed ut fortem Amazonem eam tentavit. Atque ita oppugnabat illam sua propria manu, totis viribus ac suorum armorum potentiâ. Ah quam dispar est nostra pugnandi ratio, quam diversum certamen! Nos cum debili pugna-

Sed Psittaci voce miraculose absterretur.

Fraudibus larvisque perditis apertò Ioannam Dæmon aggreditur.

CAPVT VII.

*Cum af-
fectibus
anima
concerta-
tio est
imbellium*

mus hoste, nimirum nobismet ipsis, connatis nobis affectionibus ac desiderijs, quibus si succumbimus, mox illorum mancipia, ingenti damno ac dedecore nostro efficimur, victa vero naturæ nostræ miseriam & imbecillitatem ob oculos nobis ponunt. Collato ferè semper pede dimicamus cum intemperantia, temporalis lucri cupidine, & quod peius, cum invidia, odio, impura momenti vix unius affectione ac voluptate. O miseriam! O quod nunquam ad nobilem & Heroicum pertingere statum valeamus! Quæritur de hoc ipse Divus Apostolus Paulus juxta sensum quorundam interpretum, dum ad Corinth. ait: (1. Cor. 11. v. 13.) Tentatio vos non apprehendat nisi humana. Veluti si diceret juxta opinionem istorum commentatorum. Nunquam adhuc dum Diabolicam tentationem experti estis, Dæmon semper vos ut debiles homines tentat nunquam ut fortes cordatosque viros. Non vobiscum, uti cum hac Heroïna agit, quæ aptè cum Apostolo Paulo dicere posset. Non est mihi collustatio adversus carnem & sanguinem, qui debiles ac nauci, sed adversus Principes & potestates rectores tenebrarum harum, qui potentes ac fortissimi sunt hostes. Postremo denique pugnavit IOANNA de manu & collatis utrinque viribus cum Diabolis, prout sequenti capite videbimus.

*Cum De-
monibus
robustis
rum.*

Sanctus Franciscus obarmat & animat Sor. nostram IOANNAM ad certandum cum Tartareis Spiritibus: hique horribiles inferre illi pœnas incipiunt.

CHRISTUS Dominus Redemptor noster, prædixit discipulis suis cruentum certamen & pugnam, quæ stygius hostis eos aggressurus esset. (Luc. 21. v. 9.) & quod in eodem certamine ipsi si horrendum atque diuturnum perpassuri essent Martyrium. Atqui hoc ipse Majoritas (uti Greg. Magnus ait.) fecit, non quo eis, uti apparet, animum adimeret, sed novum robur, animos novos, novamque alacritatem inderet. Sicut namque ignavus atque in amore DEI frigidus homo, præ timore ferè exanimatur, audiens terribilia tormenta, quibus Sancti Martyres coronam Martyrii sunt adepti, suæque ignaviæ causâ nihil animi gerit, ad taliter occumbendum. Ita è contra generosus, magnanimus, DEUMQUE amans heros, animum audaciamque sumit, cum classicum spiritualis certaminis insonat, perinde ac generosus juvenisque equus, cum tubarum clangorem ad pugnam cientem percipit. Hæc de causa

Ad nova
certami-
na Ioan-
na ani-
matur.

causa, priusquam nostra Soror IOANNA terrificum & perpetuum cum Dæmonibus conflictum iniret, apparuit ei Divus Franciscus ad prædictum certamen tali ratione illi indicendum. Filia, inquit, forti animo esto. Siquidem communis omnium adversarius, contra te cum tota Styge coniuravit. Oppugnet te ille diversis horrendisque modis: furore ingenti in te insiliet, teque opprimere sataget, attamen tu de illo semper victoriam referes, ut iterum vincas. Quis est ut DEUS? Esto igitur excelsio animo; habes omnipotens brachium eius ex tua parte. Generosa Virgo IOANNA robur viresque hisce sumpsit, seque ingenti animo ad subeundum cum hoste certamen parabat.

Quod furore tartareo cacodemon est exorsus, itaque fieri permisit DEUS ad maiorem coronam & remunerationem dilectissimæ familie suæ IOANNÆ. Primo lucis ortu ibat, quot diebus extra Urbem ad Discalceatos. Situm fite in via eo ducente Monasterium Ordinis Beatissimæ Virginis Redemptionis Captivorum in cuius horto scaturiebat fons non sine murmure, qui inde per arcum lapideum veteris muri cancellis ferreis cuspidatis armatum profluebat. Hac recta ad Discalceatos à civibus tendebatur. Hic Dæmon pervigil excubitor capi-

talis inimicæ suæ Sororis IOANNÆ adventum observabat, advenientem ergo tartarea mox furia invadens à tergo per terram cum iterata capitis gravi allisione, ad saxa raptabat, quo facto per aquam, ad præfatos trahebat cancellos, quorum cuspidibus pedes eius infigebat, hocque modo tanquam equuleo affixam & acclavallam attinebat, ex quo sane horrenda illi tormenta illata fuerunt. nec dimittebat eam, nisi cum iam non valeret ultra, DEUSque id ita fieri ordinarat. Dehinc, permisso Divino expectans reditum eius à Discalceatis denuo arreptam per dumos, paliuros & sentes tantâ crudelitate raptabat, ut non vultus modò ei saucius undique sanguine flueret, sed & corpus totum turbatis articulorum membrarumque compagibus luxatum deformatumque esset. Fiebat hoc per complures annos quotidie, & quanquam huius Martyrii cruciatus tam immanes essent, tamque longo durarent tempore, videbantur tamen IOANNÆ præ amoris magnitudine leves & momentanei.

Præter quotidianas hæc pœnas variis aliis modis illam spiritus maligni affligebant. Horis omnibus martyrizabant Ioannam horribilibus plagis, tusionibus, protrusionibus, sicut cicatrices vibicesque remanerent in eius corpore. Modo

N 3

rap-

Dæmon
eam dicit
excruat
quotidie.

R III
3-0

Imo cum
dicit dicit
horis.

raptabatur per capillos, jam ad muros & parietes allidebatur, mox ut pila hac illac jactabatur. atque ita omnibus horis adinveniebant Tartarei spiritus novos Ioannam excrucianti modos. Cum aliquando puerperam quandam invileret, spiritus nequam solum cui Ioanna infistebar, subruerant, tantumque sub terra tumultum excitavere, adeoque furebant, velut Ioannam sepelire vivam intenderent. Aderat illi eo tempore Sacerdos quidam Alfonso Marcos nomine. Dominus iste erat Sacellanus Archiepiscopi Burgenfis, & de mandato eiusdem Rmi. Archi-Præfulis nostræ Sor. Ioannæ ferè ubique fidus Achates Comesque, cui etiam ubivis, quantum poterat, auxilio fuit. Dominus iste hodieque usurâ vitæ Burgi fruitur, lucetque omnibus insigni virtutum perfectione: Ne vero modestia humilitasque eius oneretur haudquaquam de laudibus eius fas nobis est plura loqui. Ad hunc Presbyterum Sacellanumque conversa Ioanna in memorata modo necessitate ac periculo, ait: Domine propter DEUM opitulare mihi, subvenique auxilio tuo in hoc discrimine ac necessitate. Bonus ille Sacerdos non intelligebat eam, at vero Ioanna illi indicavit, quemadmodum in præsentî actû à malignis spiritibus excrucietur, & per pedes raptetur. Mox ille magna devotione Rosarium suum eius pedibus imponit: atque sic per tale pium inventum stygiæ pœnæ atque car-

*Terram
sub illa
subruunt.*

*At Rosa-
riū in pe-*

nificina finem acceperunt. Quod sane mirandum non est, in consideratione, quod sacrum illud rosarium seu corona Sanctissimæ Virginis Mariæ vera sit cithara Davidica, & quod sono huius cytharæ infernus contremisecat, & spiritus Tartarei diffugiant. (1. Reg. 16. S. Basil. selev. orat. 14.) Dimisere quidem protunc Ioannam, at non longe post iterato aderant ad cruciandum novo modo capitalem suam inimicam. Postera namque Die, dum in O-ratorio suo profunda in contemplatione versatur, invaserunt Sor. Ioannam, eamque violenter ab alta Domus fenestra, quæ ultra 14. per-ticas, vel virgas mensorias à solo distabat in puteum præcipitem egerunt. Ad hunc tumultum continuo se proripiunt Magdalena de Arce eius ancilla, & modo memoratus Dominus Alphonfus Marcos qui eo tempore in domo præsens aderat. Hi dum timent, ne forte fuore stygii spiritus Sor. Ioannæ denuo tristem acerbamque cuderint fabam, festini accurrunt, resperuntque Altissimi Sponsam non quidem intra, Sed providentiâ DEI iuxta puteum illam, solostatam & extensam, totam palentem, enervem & fractam, & pavore conterritam. Ubi ergo utrorumque corda tam miserabili spectaculo indolisset, alloquuntur Ioannam: Domina, quonam istud pacto evenit? Qui huc tali viâ ac ratione delata est? Quid tecum est actum? Cum verò illa nullum est

*des inies-
tione fu-
gantur.*

*E fene-
stra eam
dant præ-
cipitem.*

ad ista verbum responderet, statim eius rei Archi-Episcopum fecere certiore, qui comitante Patre Priore Discalceatorum ad eius domum advolavit, præcepitque Sor. Joannæ in Sanctæ obedientiæ virtute, ut enarret omnia, quæ contigerunt. Respondet igitur malignum hostem per fenestram se deiecisse, in puteum, ipsoque in lapsu saxi allisisse, caput convulnerasse & tantum non comminuisse. DEUS olim præcepit hominem idololatrâ ad petram illisum conteri, hic vero finit, ut idem prorsus Dæmones in Sponsa sua exerceant. Nimirum quo tali ratione vivam templi sui lapidem expoliret, & depuraret, ut in eximium ac splendidum Divini sui templi ornamentum evaderet.

*Intra se-
dile caput
ei collum
que im-
plicant.*

Aliâ vice dum pariter suo in Sacrariolo orationi esset intenta, adfuere tetri isti spiritus, atque ingressi postquam Joannam per solum raptâssent, multis & atrocibus verberibus debilitatæ caput intra sedis alicuius stipites impegnerunt, se transversum vero lignum velut numellam arctissime gutturi appressere ut anhelitui intercluso tantum non moreretur. protinus in agonizantis versabatur statu. Ancillæ ubi tantas trahere in sacrario moras dominam suam videre, nec prodire foras maritumque eius eam operit, introgressæ sunt atque cum Dominam suam in memorato miserando sane ac miserando statu situate intuerentur, præ terrore ac

commiseratione, ingentem attolunt clamoré ad huc clamoré accurrunt illico maritus eius & prædictus Sacellanus: nitebatur quidem omni conatu ac sollicitudine suppetias ferre, sed id factu erat impossibile, Siquidem caput illius tantâ vafrutiae studio ac arte sedili implexum erat, ut nullâ vi ex angustis illis educi posset. Sacellanus ille, Dominus Alphonfus Marcos mandatum habebat de omnibus notabilioribus & peculiaribus magis, quæ evenire famulæ DEI Joannæ possent, D. suum Archi-Episcopum certiore reddendi, id circo properè abiit & Archiepiscopo exposuit tartaream illam tragediam cum addito etiam se pro certo habere, Dominum Archi-Præsulem suo in adventu iam illam exanimem reperturum. Sanctus Præsul, qui Joannam tenerimè diligebat, eò properavit tam festine quam licuit, atque ubi Joannam intuitus, cor fere illi disruptum est, eo quod existimaret, eam iam mortuam. Præcepit itaque, ut cautissime sigillum illud, quo caput ei tenebatur, amoveretur, aut frangeretur. Cum igitur hæc sollicitè fierent, videre erat non sine intimo animi motu, quam copiose optimò Antistiti lacrymæ per genas, præ tenerrima compassione, defluerent. Ad extremum tandem ligno illo dissecto famula Christi surtegit continuo omni periculo vacua. Qui scenæ illi interfuere, DEO grates exsolverunt lacrymantibus oculis, atque sic tristitia eorum versa est in gaudium: sicut commu-

*Sed tan-
dem libe-
ratur sa-
naque
surgit.*

communiter post nubila, sol clarior tanto & amabilius lucet.

Potuissent hæc tam multa diversaque tormenta & cruciatus, iuxta humanum nostrum iudicium & opinionem abunde Sponsam DEI Ioannam probatam purgatamque reddere. Nihilominus tamen, quia DEUS in peculiarem prorsus eam sibi elegit Sponsam, etiam habere voluit, ut per ignem ducta transiret, quo sic purius quam defacatissimum quodvis aurum expurgaretur. Quamobrem porro etiam spiritibus malignis copiam fecit, vitæ eius omnibus horis cremanda. Incredibile sane cuiquam videri posset, quod in hoc puncto eveniebat. Illi qui in diabolicis hisce tentationibus ei opem aliquam tulere, conspiciebant ex eo, quod oculis intuebantur, Ioannam indefinenter flammis tartareis amburi. Videbant omnia, quæ attigisset illico ardere, conspiciebant eius lineas, eius vestimenta, scipionem eius, & eiusmodi utensilia flammis concipere, nulla alia ex causa, quam quod ea Ioanna attigisset. Vicibus innumeris viderunt Ioannam alicui loco cæcenis adstrictam, voracibus flammis circumfusam. Dum quandoque pro certa necessitate, sibi commendata suo in Oratorio DEUM precaretur, adfuerunt turmatim stygii spiritus, tanto cum tumultu & turbatione, ut tota domus in infernam versâ videretur. Sustulerunt Ioannam in altum, eamque grandi in rogo adeo excruciant, ut præ doloribus nimis vociferari ceperit. Clamore illo excitata ancil-

*Ioanna
ignibus
infernalis
libus ar-
det.*

*Et pariter
omnia
que tan-
git ar-
dent.*

la illius Magdalena illò accurrat cum Domino Alphonso, qui cum certo quodam nuncio ad eam perferendo illuc advenerat. Accessere quidem ambo ad Sacrarium illud, at fumus adeo ingens densusque erat, ut oculis perstrictis Ioannam conspiciere non possent, donec hostes maligni eam in terram prostratam in horrendis cruciatibus reliquerunt. Peplum capitis eius exultumerat, dolores quoque fuere lethiferi, nec tamen exinde vitâ privabatur; estque hoc testimonium eius præ eminentis charitatis, quia fortis ut mors esse debet vera dilectio. Cant. 8.v.6, dura velut infernus, ut scilicet dolores mortis sustinere, non tamen mori queat. Quemadmodum pœnæ inferni acerbiores sunt doloribus mortis nec tamen damnatis vitam adimunt.

Denique ut concludamus, fortis hæc virago tanta ab infernalibus spiritibus perpeffa est, ut in veritate dicere posset, dolores inferni circumdederunt me, præoccupaverunt me laquei mortis (ps. 17.v. 6.) Qui per 30 aut 40 annos ei adfuerunt iure iurando affirmant, tanta tamque immania Sor. Ioannam illis annis ab immundis spiritibus tormenta sustinuisse, ut si ea duntaxat, conscriberentur, quæ suismet oculis conspexere, nullius mortalium vires ad id suffecturas quæ tamen omnia Soror Ioanna summâ patientiâ & admiranda fortitudine animi pertulerit. Eo usque generositatis in hac materia progressa est, ut in usum verterit falso dæmones perstringere joco eisdemque

*Vide
Demonū
in eam
savitiam.*

*Qua sit
fortis ut
mors dile-
ctio.*

Generosè
insultare
Damonibus
con-
suevit
Ioanna.

demque contemptim insultare. In
"quò, aiebat illa, sita est fortitudo
"vestra, vos putidæ & nullius frugis
"creaturæ? Non pudet vos cum fæ-
"mina luctari, & sub pedibus eius
"jacere victos? Ubi est dux vester?
"Qui quondam gloriabatur: ascen-
"dam super altitudinem nubium &
"similis ero Altissimo? Isaia 14. v.
"14. Quidnam agit desertor Luci-
"fer? finite eum prodire foras, hic
"visurus est, quis sit DEUS. Hic
"experietur virtutem summæ eius
"potentiæ. Videbit quod eius
"auxilio una creatura, qualis ego
"sum, eum superet, neque plura
"addo. Ubi hæc Ioanna effata est,
"superba infernalis bellua horrendos
"habat ululatus & quæstus. Quid
"illudit hæc improba mulier meæ
"magnæ potentiæ? Quod me DE-
"US eius pedibus subjecerit? At
"quid aio? Nonne DEUS in mundi
"ortu iuravit & dixit: Gen. 3. v. 15.
"Inimicitias ponam inter te & mu-
"lierem. Et quod ego calcaneo
"eius insidiabor, illa vero conteret
"caput meum? Forsitan ista est
"JOANNA, ad quam prolocutus
"est? Apparet sanè, quandoqui-
"dem video, quod quantumcun-
"que tormentorum ego illi inferam,
"illa tamen semper victoriam obtinet
"& triumphat.

CAPVT VIII.

De Penitentis Sor. Ioannæ in seculari statu,
& magnis mortificationibus, quibus
illam spirituales eius Patres
probaverunt.

Nulla ferè comparatio sic ab

omnibus tam sacræ quam profanæ
Literaturæ operantibus ac peritis
ob convenientiam probatur, uti a-
moris atque ignis (Euseb. lib. de
Symb.) Amor est igni similis non
sola proprietate ardoris, sed & in
virtute ac operatione, & peculiari-
ter in insatiabilitate. Potentia ig-
nis non tam in virtute omnia exu-
rendi consistit, quam in eo, quod
nunquam satiatur; Proice in ig-
nem ligna super ligna, omnia con-
sumuntur, & tamen his omnibus
non satiatur; imò quo plura consu-
mit, tanto magis virtute ac poten-
tia convalescit. Ita prorsus se habet
dilectio DEI. Amantes animæ, quæ
Divinæ delectationis igne succen-
sæ, quo plura DEI amore agunt
ac patiuntur, eo plura semper pati
expetunt, nec appetitus iste un-
quam satiari valet. Veritas hæc lu-
culentissimè, excellenter, ac pror-
sus palpabiliter observari potuit
in Ven. nostra Sor. JOANNA.
Quis oro Martyrum, si annos nu-
meres, plura maiorave perpessus
est? Quadragenarius illius Matri-
monii statu, nihil fuit aliud, quam
perpetuus Martyrii cursus, quod
partim Mariti sui, partim inferna-
lium spirituum sævitia perpeffa est.
Tormenta quoque fuere innumera
& horribilia, & tamen præ insatia-
bili ardentique amoris Divini
magnitudine erant illi toleratu le-
via & facilia. Expleri illa hac in
materia nunquam potuit; quo plura
patiebatur, plura patiendi cupidine
tota exæstuat.

Amor &
ignis in
quo potif-
simum
conve-
niant.

Satiari
Ioanna
neque
patiend.

O

Ab

Ab inito matrimonio usque ad Religionis ingressum in more habuit quinquies se flagris diverberare, & quidem tali fervore, ut sui penitus oblita videretur. Sic ut in ea sui oblivione persæpè tribus integris horis se conderet. Infligebat ictus toti corpori, quia totam se ad hoc nudabat; Non rarò ubi à flagellatione cessavit, apprehendit asperitorem limam, quâ exulcerabat dilacerabatque totum corpus, donec non solum plenum ictibus & plagis, sed speciem unius vulneris totum referret. Exemplum hoc sanè plurimum valet ad erubescentiam & castigationem nostram. Divus Gregor. penitentem ac undique vulneratum Job considerans (*Job. 2. v. 8. S. Gregor. hom. 2. moral. cap. 3.*) qualiter nimirum in sterquilinio sedebat, & saniem è vulneribus profluentem testâ radebat: exclamat magna voce: Quid nos agimus, qui sanum, robustum, vegetiq; corpus habemus, dum videmus, quod S. Job infirmus suum, sanum & vulneratum corpus ita excipit? Quid non dicturus erat ille, si tam teneram, nobilemque Virginem, qualis IOANNA nostra est, contempsisset, postquam suum corpus à capite ad pedes usque plenam vulneribus sanguine fluere fecisset, lima insuper vulnera renovantem, dilacerantem, & extendentem, quo dolores tanto sentiret acerbiores.

Quamvis quotidiana hæc exercitatio atrox acerbaque admodum

fuerit, fuit tamen alia semper continuata acerbior. Siquidem non solum cilicinam vestem de pilis Camelorum instar Sancti IOANNIS BAPTISTÆ corpori induit, sed & undique ita ferro armavit, ut horror sit illud vel audire. In brachiis gerebat dextraria è ferreis aculeatis penitentialibus catenulis, quas arcte carni adstringebat. Ab humeris ad cingulum usque lorica è ferreis laminis carnem tegebat, quæ introrsus ad instar runcinæ erat exasperata. Pectus munebat crux ferrea triginta tribus clavicularibus adamantibus in cuspidem exacutis armata. Corpus medium cinctum habebat zonâ ferreâ cuspidata, quæ sanè altè carni infligebatur. Porrò ad genua usque se contegebat, peracribus penitentia catenulis. A genibus ad imos pedes ferebat è fetis villoque grossiore tibialia. Denique ad memoratum ferream cinctorium geminas affixit catenas, quæ ad pedes usque tendebantur, atque in fine ambæ acutis asteriscis seu calcarium stellulis horrebant, ita ut ad singulos passus nudi eius pedes sauciarentur. Ne autem à planta pedis ad verticem usque capitis ullum membrorum à ferro cruentisque Martyrii panis esset immune, deferebat in capite subter velum, ferream coronam eum peracutis ac penetrantibus clavis. Visusne est in bello spiritali militum quisquam melius armatus communiusque quam Soror IOANNA fuit? Hæc parcoplia, hæc armis illa qui-

Quam
dire cor-
pus suum
tractavit
Ioanna.

Vide &
mirare
Ioanna
armatu-
ram.

Reb-
cissen
Diapet.

Ne
sen-
sui
cris-
di-
ad-
le-

quidem edomabat, subiugabatque carnem, felicissimum tamen animæ suæ imperium summa servabat in pace ac tranquillitate. In hoc Regno aulus non est ullus sese commovere affectus, rationisque arcem impetere, adeo ei omnia ancillabantur. Sic illa summa in pace regiminis habenas moderabatur, & triumphaliter coronata plaudebat.

Nihilo tamen minus Soror IOANNA semper novos meditabatur sui excrucianti modos; totusque ille pœnitentiæ apparatus, immenso eius amoris sufficere haud potuit. Quod sanè mirandum non est, si consideremus, quod in via perfectionis, quo altius sese attollit dilectio, eo etiam flagrantiore igne voluntas succendatur. Consequenter verò Divinus iste ignis, deinceps sibi sumit imperium, ducit, illuminat regitque intellectum. Hæc ob causas adinveniebat totus amore captus Sororis IOANNÆ spiritus indes novas cruciatuum dolorumque formas ac vias. Atque ut panis ille doloris, quo vesceretur, cum calice amaritudinis miseretur, habebat semper apparatus ac veluti penulum absinthii, & eiusmodi notæ amaritudinis pulvisculorum, quos illa ore gerere, volutare ac glutire consuevit, quo nimirum graveolentem ori suo induceret halitum. Gerebat quoque lapillum in ore, ad omnia superflua verba cavenda. Si

verò suâ opinione supervacuum quodpiam verbulum ore excidisset; exseruit nocturno terrore linguam, religabatque eam duobus chordulis ad collum, sicque velut criminis ream ac malefactoricem, totâ nocte ad mane usque, captivam in vinculis detinebat. Postquam flagellationes ante memoratas peregit, solita est nudo corpore sic perseverare, ac tam acriter ac valde, uti Divus Hieronymus, saxo pectus percutiebat. At verò ipse exercitium istud DEUS vetuit; per illud etenim non totus modò thorax ei pectus altè intumuit, verum & introrsus adeo exarsit, ut sanguis ad collum usque ascendens periculosum tuber aut apostema longo etiam tempore curatu difficile progigneret. Nullum unquam in Sanctorum vitis pœnitentiæ ac austeritatis actum legit, audituve percepit, quin eum audenter imitari inque opus deducere, simulque tali imitatione cuiuslibet eorum virtutem adipisci conniteretur.

Quoniam probè illi compertum fuerat, quemadmodum Divi BENEDICTUS & FRANCISCUS, itemque alii ad castigandum corpus suum, in sentibus ac spinis nudos sese extenderint ac volutârint, tamen in hoc imitandum carnem, eos tamen in hoc imitari voluit. Itaque nudam se frequenter in acutissimas abjiciebat spinas, expandebat, volutabaturque

*Lingua
qua rati-
one ple-
nt, vide.*

*Novos
semper
sui ex-
crucian-
di modos
adinvenit
Ioanna.*

*Admira-
bilis
eius fer-
vor in
sanctorum
vitiis i-
mitandis.*

R III
3:0



que in eius, donec ab aculeis illis insigniter saucia, totoque corpore egregie lacerata exiret. Similiter, quia noverat, quod alti Sancti ad restinguendum libidinis incentivum sese item nudos in congelatos lacus iniecerint, ibat & ipsa in acerrimo hyemis algore, in aream suæ domus, seque collo tenus nudam in altissimos nivium acervos immergebat, sic minimum tribus horis perseverans. Si nivium copia deesset in maiores cacabos gelidissima aqua repletos sese immergebat, quod omnibus ferè per hyemem noctibus factitabat. Ipsamet testatur, nescire se quomodo hæc vita ipsam non exuerint. Sed quod eius nescivit humilitas, cuivis alteri palam est. Sicut namque testatur Spiritus Sanctus (*Cant. 2. v. 7.*) aquæ multæ non possunt extinguere charitatem. Ita ergo nec nives, nec gelu, glacies, frigulve potuerunt ignem charitatis eius extinguere.

Sedulo huic Sanctorum imitationis studio jungebat imitationem, quoad sibi fas esset, sacræ passionis cælestis Sponsi sui. Eam ob rem consueverat multis noctibus peractâ flagellatione, quasdam catenas in modum ferrei compedis sibi circumdare, atque tota ut stabat nuda, aliquot passus progredi, eos gressus contemplando, quos Christus Dominus fecit captus, atque ad urbem adductus. Postmodum devenit ad locum, ubi columna stabat;

ad hanc se resti per medium corpus alligavit, & sic longo perstitit tempore in consideratione Dilecti sui, quoniam nimirum is pacto ad columnam revinctus, multis atrocissimis ictibus summâ vi dilaniatus, copioso sanguine profluente maduerit. Horrendi ictus, quos innocentissimum corpus eius excepit, penetrabant intima animæ Sororis JOANNÆ Sponsæ suæ. Et quemadmodum lapis ignarius ab attritu ac percussione ignem edit, ita in contemplatione plagarum, quas Christus dilectus eius suscepit, incensum cor JOANNÆ spargebat amoris ignes, & deflagabat cupiditate, dilecti sui causâ patiendi. Cum verò illi Lictores Apparitoresque vel magis tortores ac carnifices ad manum non essent, qui eam, uti Christum flagris conciderent, accepta runcina tanta vi totum suum corpus dilacerabat, ut cum vulneribus vulnera exasperasset, à multo enormique sanguinis profluvio, tota subter humus eius cruore tincta, ruberet. Fine hæc tormentis imposito, vix præ debilitate pedibus insistere poterat: Sed nec hoc attento, dum considerat qualiter Christus ingenti crucis pondere onustus, in Calvariæ montem prorepit, ita ut erat vulnerata ac nudaque prostratus, peracutam ferream Crucem triginta trium librarum pondere assumpsit, impositamque humero ac nudæ carni, emetiebatur cum ea sat longo spatio viam Crucis. Quoniam verò crux illa
adeo

Sed admirabiliter in imitando patiente Sponso suo.

adeo gravis ac peracuta erat acie, penetrabat carnem ad ossa usque, scapulæ exinde valde profundo cruentoque vulnere discissa tanto pere hiarent, ut instar fontis cuiusdam per corpus deorsum sanguis deflueret, nec modus remediumque sistendo illi, quantumcunque illa linteolorum obduceret, reperiri posset. Ab hoc exercitio ad somnum capiendum abiit, vel ut melius dicam, novo tormenti genere se excruciantum: quippe cui somnus, qui aliis quietis est parens, ingens illi tormentum fuerit. Lectus ei erat tabula, cervical lapis, tegumentum unica pertenuis tunicula. Hoc apparatu susque deque habito hyems an æstas esset, in solatium crucem ante memoratam complexa brachiis, composuit sese ad quietem perexiguo tempore capiendam. Hoc sanè non erat quiescere, sed multò magis cruciari. Si quis ergo nunc imaginem cupit Redemptoris nostri, qualiter pro nobis in cruce pendens obiit inspicere, huic fas est, si consideret somnum esse mortis imaginem, in nostram Christi Sponsam JOANNAM oculos defigere, qualiter illa dormit & crucifixa est. O Divini amoris præstantiam! O teporem segnitiumque humani amoris!

Dum igitur Soror JOANNA Sanctos in pænitentia, & Sanctum Sanctorum in sua passione imitatur, efficiebat se hæc DEI Filia conformem imagini Unigeniti Filii eius.

(Ad Rom. c. 8. v. 29.) At verò unum in pænitendi genere, nescio sanè cuius exemplar inspicere potuerit. Ex proposito large capillum exerecere sivit, cumque eum DEO gestiret offerre, fune illum stricte colligabat in vertice. Inde scalas ascendit, dum usque capite summitatem postis unius clavumque prævalidum ac fortem, quem eum in usum ei infixerat, attingeret; clavo huic suos capillos alligavit forti nexu, ac mox è scalis desiliit mansuque, sic in aère è capillo solidam horam pendula. Erat hic ingens profusus cruciatus, non tantum ob diuturnitatem suspendii, sed & quod complures capilli pondere corporis à cranio revellerentur, imò cutis ipsa cum capillis à capite detraheretur.

De abstinentia eius in juvenili ætate, suo loco iam egimus. Ea hisce annis ita increvit, ut plus quàm 24. annis aut modico valde, aut nullo cibo vesceretur: quippe cuius cibus tantundem ac nihilum fuerit. In his 24. annis nunquam aliud quidquam gustavit, quam fortè corticem decisum à pyro, foliolum brassicæ, lactucæ aut Endiviæ, seu quid simile secundum anni tempus. Magnâ sollicitudine id afficiebat cum maritum illius, tum conscientia arbitrum. Maritus cogebat eam ad edendum, tamen si id tantum vix esset, quantum columba assumit; non prævalebat tamen etiam istud; in mariti tamen gratiam

Quodam se excruciantum ferè absque exemplo aggreditur.

Mira Ioanna abstinentia, vel potius inedia.

Qualiter somnum capiebat Joanna.

vim sibi ipsi præsentem Confessario inferebat ac degustabat quidpiam. Vix tamen primo bologustato mox stomachus adeo movebatur, ut multum sanguinis excerneret, & lethiferæ eam angustię comprehenderent. Tam notabilis huius alterationis causa quærebatur à medicis, qui Ioannam similiter cibo tentarunt, difficultatemque dictam experimento didicerunt. Postquam vero eâ super re Ioannam ipsam audire sententiam pronuntiârunt, Ioannæ cibi sumpcionem, nisi usitatam, periculosam esse: neminemque turâ conscientia ad id eâ compellere posse, neque debere; posthac eâ in re illi faceßere negotium, quandoquidem absque cibo, DEUS eam conservare velit, posset forsitan, nonnemo Naturalistarum aut Politicorum abstinentiam istam demirari ac dicere: esse impossibile tot annorum spatio tam tenui exiguoque victu vitam ducere. At vero talis considerare velit primo DEO nihil esse impossibile, qui Moysen quoque ac Eliam 40 diebus & noctibus absque ullo cibo conservavit (3. Reg. 19. v. 8.) Deinde sciendum etiam, copioso cibo hominem pinguescere, ad moriendum tanto ocyus. Ex adverso temperantiam seu cibi parsimoniam, vitam producere, viamque ad æternam vitam sternere. Quotidianis profecto perpetuisque patet experimentis, gnathonum, gulonum, pamphagorumque vitam consuetsæ communiter brevem, frugalium

*Temperantia
quid præstet.*

vero longam esse. Cuius equidem rei causa phytica naturalisque petitur ex eo, quod lethales morbi plerumque ex superfluis humoribus ortum ducant, qui intemperanti cibi potusque sumptione causantur & nutriuntur: è contra verò temperantiâ atque parcitate victus absumuntur. Hæc est præcipua ratio cur symposiastæ ac convivatores, omnesque glutones multo cibo dediti plerumque vitam accidunt, sobrii vera protelent. Virgo ista temperantissima longos in annos vitam protulit. Nihil tamen minus, opinor ego Divino potius miraculo, quam naturali cuiquam causâ adscribendum, quod Sororis Ioannæ vita, tam exiguo alimento tam ferros in annos vitam produxerit.

Omnes pænas, quas ab se exigebat nunquam, nisi prævia suorum spiritualium moderatorum RR. PP. Discalceatorum facultate, exercevit. Qui etiam, iuxta doctrinam suam & in rebus spiritualibus peritiam, sublimem nostræ Sororis Ioannæ perfectionem ac sanctimoniam duris ac per acerbis probationum, abjectionis videlicet ac patientiæ modis visque experiri, & funditus penetrare haudquaquam neglexere. Erat inter alias Ioannæ ancilla parum rationis compos ac semifatua. Igitur præcepere Patres filiæ suæ Ioannæ, ut eidem ancillæ in omnibus sit obediens, ac velut superiori subiecta pareat. Mortificationis huius præstantia facile à quovis agnoscitur

Admirabile genus probationis.

noticitur, & seipsa perspicua sat est atque aperta: singulariter tamen elucet ex eo, quod ancillæ illius audacia in tantum subinde excreverit, ut Dominâ suâ perinde atque mancipio uteretur, horisque singulis acribus minusque decentibus verbis eam impeteret; & quod plus est, à verbis ad res, ac ipsa verbera deveniret, ita ut Dominam suam nunc colaphis caderet, modo vultum illi conspueret, nunc capillis apprehensam traheret, raptaretq;. Alias quoque, si in mentem illi veniret, præcipiebat, ut humi procumberet & sic ante se strata calcibus os contendebat. Denique deducebat Ioannam ad loca secreta iustamque se spoliare vestibus, quo facto prorsus fatuæ instar Dominam suam in furore ac rabie diverberabat ac concidebat.

Durissimis experimentis Ioannæ spiritus probatur.

Has aliasque eiusmodi horribiles mortificationes atque probationes spiritualium suorum Patrum perferebat invicta hæc matrona incredibili patientiâ. Recenset hoc ipsa, & omnia adscribit altissimo, à quo omnia proveniunt aitque ut sequitur (vita ips. n. 60.) Valde obligata sum & obstricta, RR. PP. Discalceatis, multumque illis debeo. Siquidem tempore illo, quo sub eorum directione & disciplina fui, multis me mortificationibus erudierunt. Certum est me plurimum debere DEO. De cunctis etenim, quæ mihi per obedientiam iniuncta fuere, nihil vel levis-

simum neglexi aut postposui; sed in omnibus dicto audiens fui, quantumcunque terribilia essent, quæ mihi ab eis imperabantur, quæ sanè uti assevero valde horrenda erant. Neque in hoc maritum meum timui: sciebam quippe à DEO me, cui placebat, ut ego essem obediens, in pace, quiete ac securitate constitutum servatumq; iri. Verba hæc bene notanda sunt; quod nimirum mortificationes istæ proprio Ioannæ iudicio ac sententiâ terribiles fuerint: neque adici amplius quidquam potest ad perfectissimam DEI sponsam in Sorore Ioanna agnoscendam. Quandoquidem in Cant. cantic. Sponsam suam cum arbore Myrrha confert DEUS, ex quatestibus naturalium rerum indagatoribus (Plin. l. 12. c. 14.) odoratissimus, licet amarus idem loquor, profluit, qui in duplici est differentia Prior per se ipsam stillat absque illata vi aut manu, & est Myrrha prima. Deinde arbor illa perforatur, pungitur & conciditur, per quæ foramina effluit Myrrha secunda. Ita prorsus constituta esse debet perfecta Christi sponsa, pro ut Divi Augustinus & Dorotheus exponunt. Debet amaræ mortificationis myrram producere quâ per se ipsam, quâ cooperatione alienâ & auxilio. Primum quidem ex propria bona voluntate, diversis castigationibus animam corpusque edomare ac mortificare. Deinde illatas alienâ manu plagas ac verbera cum gratiarum actione

Primam secundam ex se dat Ioanna.

R III
3.0

ceū à Divina manu profecta excipere.

Ita omnino ac in omnibus habuit sese, gessitque vera Christi sponsa Soror Ioanna. In propria quidem persona se mortificavit, dum tam acres tamque acerbæ à se ipsa pœnas exigeret, ut iam vidimus. Aliena vero manu mortificata est, dum partim viri sui immanitate, prælongum perpeffa est Martyrium, partim malignorum spirituum sævitia horrendis ac infernalibus pœnis ac doloribus excruciatu fuit, uti iam vidimus & adhuc visuri sumus. Terrificis denique illis etiam mortificationibus, quibus eam spirituales eius Patres exercebant atque probabant, sese omni demissione subiecit. Ità ergo Soror IOANNA variis modis in fornace castigationum atque adversitatum velut aurum pretiosissimum probata & purgata resplenduit.

CAPVT IX.

De Eleëmofynis quas Soror IOANNA hoc tempore faciebat, uti & de miraculis, quæ inter hæc contigerunt.

Tertullianus in quarto suo adversus Marcionem libro c. 14. pluribus sacra Scripturæ locis probat, quod propensio ad subveniendum pauperibus, sit affectio, Domino DEO propria & connatu-

ralis, quodque cum in terras Divinæ ipsius maiestas venisset, eandem luculenter demonstraverit & exhibuerit, quando semper pauperes dilexit, necessitate quapiam pressis opem tulit, viduas defendit, pupillos protexit, omnibusque solatium impertivit, ità ut ex hoc in cognitionem venire liceat, eam benignitatem, atque in beneficentiam Eleëmofynasque propensionem ortum ducere à fonte miserationum Christo Redemptore nostro. Hoc è fonte prælarge, imò superaffluenter intimæ charitatis latices potavit Soror Ioanna quam nusquam non in pauperes exeruit. Et reverà quantumlibet hæc virtus ab infantia cum ea creverit, nihilo sequius tamen Dominus DEUS eam in illa sequenti ratione ac modo admodum auxit.

Initio sui conjugii, dum quadam vicè domum ingreditur, adstitit ad fores mendicus elegantis formæ, petiitque divini amoris intuitu eleëmofynam ab ea. Ioanna præ nimio timore viri pro tunc consistere, seve tantisper detinere haud ausa fuit, sed viam suam pergebat neglecto neque eleëmofynam dato paupere: "qui ad eam inquit: Ah quam cæcata es tu, quare quidem non vides nec adverti, quod DEUS te invisurus adveniat! scio sane, si quinq; vulnera, quæ corpore gero, aspectabiliter cerneres, me sine stipe haudquaquam te dimissuram. Atque his pauper ille visui se illius subduxit. Ancilla verò eius tota conster-

Propensio
sua in be-
neficientia a-
nimus
Divinum
quid.

Timore
mariti
Ioanna
Christum
stipem
vancem
negligit.

consternata, rubore suffusa, atque abstracta remansit. Nihilominus tamen eo tempore IOANNA eum non agnovit, neque verborum illius vim affecta fuit, nisi post longum tempus, dum post sacram Synaxim orationi insisteret, & Dominus eodem vestitu ac forma ei se visendum præberet, diceretque: Agnoscis ne me? IOANNA respondit: Domine, ex operationibus effectibusque, quos anima mea percipit, cognosco te DEUM meum, Creatorem meum, Redemptorem meum, IESUM meum & omne bonum meum esse. Bene est ait Dominus iterum, age, dic mihi nunc; cur igitur mihi quandoque eleemosynam negasti, dum eam abs te peterem? An nescis, quod quicquid pauperibus tribuitur, mihi donetur, & quod eis negatur, negetur pariter ipsimet mihi? Ita ne te ingratam mihi exhibes? Vide nunc quantum ego in te liberalis sim, dum tibi indulgeo omnia, quæ à me postulas. Nihil ego tibi nego, & tu mihi eleemosynam negas, quam semel à te petivi? O utinam verborum istorum Echo, percussâ voce in Saxeis durisque divitum Evelionum resonaret cordibus, qui cum omnia bona sua à DEO acceperint, eidem tamen in suis pauperibus stipem nullam largiri volunt! At verò in pectore Sponsæ suæ IOANNÆ usque adeo insonuere, ut in solo eorum auditu præ intimo dolore propemodum extra se fieret, & indubie morti succubisset, ni spiritualis eius Pater eam confortasset. Ubi ad pedes eius

provoluta causamque dolorum suorum eidem plurimis cum lacrymis exposuit, solabatur eam, animumque corroboravit, dicendo, Divino numini optime cognitum, ea in re culpæ affinem illam non esse, cum solo mariti metu nihil ei stipsis porrexerit. Quarimonias porrò eius questus amoris; & dilectionis potius, quàm iræ atque contemptus indicium. Esset modò quieta, & secunda, certa quæ quod DEUS amantem se illi magis quam aversum exhibeat.

Hicce IOANNA tranquillitatem induxit animo & conquievit, quippe quæ verba spiritualis sui Moderatoris haud alio honore ac veneratione susciperet, quam si essent verba ipsiusmet DEI, prout id etiam spirituali filix apprime convenit. Ab eo tempore non itabat solum ad Nosodochiam infirmos invisendi gratiâ, sed & ad publicos carceres ad captivos, & distribuebat unicuique secundum cuiuslibet necessitatem, & suam possibilitatem, ut taceatur magna liberalitas, quam domi suæ omni tempore in pauperes exercebat. Si pauperem in platea conspexisset, neque pecunia suppeteret ad subveniendum eius necessitati, cor illi propemodum rumpebatur præ intima compassione; se vocabat eum ad partem, exuensque se vestimento, pauperem illo convestiebat. Frequenter accidit; imò ferè quotidie, ut domum rediret, iam sine calceis, modo sine palliolo, modo spoliata veste imo prodegebat in pauperes omnia. Nihil siquidem est possibile, ut talis

Ioanna
benefi-
centia.

P lis

Quod ei
Dominus
expresserat.

Ingenit
& lethali
ferè illius
dolore.

*vestimen-
tis cal-
ceisque se
ipsam
spoliat, ut
vestiat
pauperem.*

lis in miseros profusus homo à miserendo ac beneficiendo desistat, quàm ut sol sui luminis radiorum, que suorum beneficia subtrahat mortalibus. Magdalena de Arce ancilla eius, quæ sicut ei socia magis quam ancilla fuerat, mirabatur quidem impense tam eximiam excelsumque charitatem, quando eam ita malè testam revertentem videbat. Nihilominus tamen minus verbis Dominam suam objurgabat dicens: Fieri potest, Domina, ut fat tibi non sit, tuæ domi pauperibus omnia largiri, sed ut etiam ultra hoc calceos ac vestimenta eis tribuas, quibus tamen ipsa indiges? Revera hæc est norma atque modum excedens & non ferenda profusio. Nihilominus hoc emendes, Domino meo denunciandum est. At verò ancilla Christi mansuetissime illi respondit; tace modo Magdalena, neque committas, ut talia toto vitæ loquaris tempore. Adeone tu pusillo es animo, nec metuis, ne defectum penuriamque ipsi sustineamus, dum DEO reddimus id, quod nobis ante munifice contulit? An te latet exemplum illud viduæ, quæ demodica illa farinula, quam in victui suo necessariam reliquam adhuc habuerat, (3. Reg. 17. v. 13. Anbr. l. 1. de Abrah. c. 5.) Eliæ Prophætæ parvulum subcinereum panem fecerat, quodque eius rei causa farina in domo eius nunquam defecerit? Fide iam & certa esto, idem prorsus nobis eventurum.

*Ioanna
prophetat
farinam
in domo
sua non
defecturam.*

Evenit enim verò iuxta verbum eius, quod prophetaverat. Erant simul in domo penes Ioannam ac

maritum eius duæ ancillæ, & quandoque etiam famulus. Quotidie etiam pauperibus in domo eius panis super panem erogabatur. Ad hæc in Urbe Burgo, Monasteriis sancti Stephani, sancti Francisci, & PP. Discalceatis, cuiusvis eorum quadrans unus quod hebdomadis tribuebatur, ut aliæ innumeræ taceantur Eleemosynæ, quas Hospitalibus carceribusque largiebatur. Cum certo pondere ac modo triticæ farina, trium quatuorve majorum modiorum. Erat nihilominus Ioannæ penus toto anno à farina bene instructa, ita ut licet communiter bis in hebdomada eius famula Magdalena panes pinferet, abiretque ad farinam tollendam, semper tamen illam valde auctam, & nunquam diminutam reperiret, quod illa merito stupebat ac demirabatur, Divinamque hoc prodigium charitatis, Dominæ suæ meritis adscribebat. Admirabatur pariter & Matthias Ortizius, quod virtus Altissimi in manibus coniugis suæ tantum miraculum operaretur. Erant Ioannæ manus velut fertilis ager; sed ager, qui panem proferret; tamque frugifera tellus, quæ plus quam centuplum pro uno redderet. Manus quoque eius Christi manibus haud erant ab similes. Divus quippe Basilus ait (Orat. 33.) Cum Christus Dominus quinq; panibus, quinque hominum millia pavisset, quod panes isti non sudore ac labore agricolæ ex spicis granisque collecti fuerint, sed quod in potentissimis Christi manibus, velut in fertili panesque producente terra, citra ullum laborem floruerint

*Et ita e-
venit.*

*Cum stu-
pore ma-
riti atque
ancilla.*

*Floret
& angust-
cit in ma-
nibus po-
rum E-
leemosy-
na.*

floruerint, seque miraculo multiplicarint. Ita etiam in Sponsæ suæ Ioannæ manibus, operatione Christi, panes veluti floruerunt, ac sese multiplicaverunt.

Non isto solummodo miraculo declaravit Christus Dominus quantopere grata acceptaque illi esset Sponsæ suæ Eleëmofyna, sed aliis etiam pluribus admirandis eventibus. Sor. Ioanna & Matthias Ortiz maritus eius consueverunt singulis annis Dominica Palmarum duodecim pauperes pascere, & frequenter accidit, ut antecedente vespere penitus nihil haberet. Sequenti verò die ignara unde, qui, aut à quo, talem apparatus rerum reperit, ut non modo pauperes abundanter reficeret, sed & iidem reliquias & analecta mensæ secum asportarent. Quadam vice, eodem die, dum suos duodecim pauperes conquiret solícite, percipiebat interius in anima vocem Domini sibi dicentem; iuc vadat ad portam Civitatis, quæ dicitur de las Carzetas, ibi reperituram quendam miserum, ægrum egenumque hominem. Concita illuc festinat, imò amoris alis propemodum volat; reperitque quendam liberali forma decoraque facie juvenem Angelum referentem. Porro caput ei erat saucium, corpusque adeo fractum ac debile, ut non multum differre à Cadavere videretur. Ioanna in tali statu formaque conspecto homine, præ intima commiseratione cor emovebatur, valdeque blande eum compellans, ait: Bone amice, visne crastino ad prandendum in meam domum venire? Respondit æger; Domina,

ego quidem valde libenter eo venirem, sed pedibus consistere nequeo, atque nisi deporter, nusquam progredi valeo. Ne solícitus ideo sis, respondit iterum famula Christi Ioanna; nos bene te deferemus. Postero die adest Ioanna cum sua Magdalena, ambæque deportant ægrotum illum in domum, mensam sternunt, ac duodecim usitato more pauperes accumbunt. Ioanna porro intimo animæ suæ gaudio iis ministrabat; dies quippe illi erant ei nuptiales, geniales ac velut solennes feriæ Paschales. Inter omnes tamen pauperes hospites eius, nemo alius erat, qui JOANNÆ oculos corque ita rapuerit, atque Angelicus ille adolescens, quem ipsa portaverat. Undique illum summo inspiciebat studio, atq; ipso in aspectu anima eius sancta voluptate atque gaudio ita replebatur, ac si è corporis ergastulo exilire gestiret. Convivio peracto pedes omnium deosculabatur, & cum paupere illo juvene reversa est ad locum, in quo eum repererat. Præterlapso tempore aliquanto, dum suo in sacrariolo esset, sanctaque Catholica Ecclesia festum primi celebraret miraculi, quod in Cana Galileæ Christus patravit, dum nimirum aquam in vinum convertit; fuerat rapta in spiritu, viditque interioribus oculis mensam valde splendidam. Christus cum Sanctissima Matre sua aliisque invitatis convivii mensæ accubere, viditque Ioanna inter alios etiam antedictum juvenem, & cognovit quod Ioannes Evangelista esset, qui oculos suos amicabiliter in eam con-

Egena
pridè,
postridè
abundans
in benefi-
centiam
Divinitus
efficitur
Ioanna.

Ioannem
Evange-
listam
convivio
excipit
Ioanna.

iecit & ait: Ioanna nostine me? Vide quam magni ponderat Divina Majestas eleemosynam, quæ amore eius datur pauperibus. Perge largire deo. Istud, quod pauperibus tribuis in terris, totum tibi ille perenni gloria rependet, refundetque in Cælis.

Factum hoc perquam est amabile & affectuosum, ac sequens aliquanto etiam affectuosius. Dum quandoq; à Cænobio de la Vitoria domum regrederetur, non procul à præfato monasterio offendit gravem quandam honestumque pauperem. Vestitus is erat longâ talarique tunicâ, facies illi tota erat decora; statura corporis recta & undique absoluta, gestus moreq; compositi & graves. Appropinquantem joannam salutat "ille ac inquit: Benedictum sit dulcissimum nomen JESU. In æternum, addit famula DEI Ioanna. Amica, ait porro pauper, largire mihi DEI amore lintea aliqua. Nam licet me hic ita videas, multis tamen scateo vulneribus, atque ita sum egenus, ut ne tegmen telæ mihi superpetat, quo me extergere & obligare queam. Bone amice, respondit Ioanna, non mihi sunt hic ad manum; sed veni mecum & domi ea tibi tribuam. Non ita reponit rursus pauper; vade & huc ea mihi defer; hoc loci te redeantem ego te operiar. Abiit Ioanna & ocysimè cum linteis revertitur: Prius tamen quàm ab ea pauper illa acciperet, spirituale ortus est cum ea colloquium, atq; adeo sublimiter de DEO disseruit, ut fidelissima eius ancilla, amabilia eius verba plurimum miraretur. Ad hæc lumine oculorum eius capta

*Christo,
ipfi telarum
segmenta
largitur.*

extra se rapiebatur, flammaque Divini amoris absumebatur, ut cerei ardentis flamma culex, potissimum verò postquam pauper ille suas manus expandit, vulneraque earum ostendit, ex oculis eius evanuit. Ab hoc viso remansit nihilominus Ioanna non modice consternata, timide recogitans, potuisse hoc totum illusionem & fraudem Diaboli fuisse. Sed paulò post optatam illi DEUS animæ pacem restituit. Ut primum enim domum reversa, Oratorium suum subiit, apparuit illi Divina Majestas, aitque amabilissimè ad eam: Filia mea, ego sum, ne timeas. Ego quoque sum ille, qui abs te lintea illa expetii, non verò Dæmon. Nam ille nequitulum charitatis opus videre. ego autem, qui magnus pauperum sum amator, venio ad agendas tibi gratias pro beneficiis, quæ illis exhibes, & ego magnifico. Hoc si divites opum incubi profunde in pectus demitterent, profectò frigidum cor eorum in amorem pauperum exardesceret, ac profusius liberaliusque in Eleemosynas redderetur.

Plura eiuscemodi admiranda possemus eventa recensere. Ut verò ætati Ioannæ etiam virtutes coaptemus, quædam hic præteribimus, postmodum suo loco de eis tractaturi. Quædam dico: ob eorum siquidem multitudinè referre singula est impossibile. Jam ante diximus, quemadmodum Christus corporali ac visibili specie sponsam suam Ioannam comitari consueverit, atque uti amicus cum illa agere & conversari, dum illa valetudinaria obiret, ægrosque inviseret

*Qui ei
anxia ap-
paret &
gratias
pro bene-
ficio agit.*

inviferet ac eleëmofynam eisdem largiretur. Fiebat id fimiliter, quando in carceribus vinctos vifitabat, eifque opitulabatur, pari quippe modo tunc propriis fuis oculis, divinam Majeflratem tunicâ veftitam compedibus catenisque onufam confpexit. Qualiter quoque per tales apparitiones lacrymis tota diffluebat, & captivi ipfi dum Ioannam ita plorantem viderent, cum ea præ commiferatione lacrymabantur. Sciendum porro etiam efl, quod Sor. Ioanna quando die palmarum præfatus duodecim pauperes pavit, folita etiam fuerit Chriftum Dominum cum Sanctiffima fua Matre atque Apoftolis in omnibus invitare. Comparuit etiam Chriftus; cæterique omnes invitati convivæ è cælo in domû eius convenère convivioq; interfuerunt. Chriftus porro menfæ atque dapibus benedictionem impertiit, noftra verò Sor. Ioanna tunc Martha pariter erat ac Maria. Reficiebat uti Martha Chriftum in fuis 12. egenis fratribus, ut Maria verò erat anima eius, quæ à Chrifto fupernaturalibus cæleftibusque efcis opipare dapfili-terque palcebatur. Hic impletum efl, quod Ericus ait ferm. de Euchar. Quod fcilicet cum fe finit Chriftus ab homine ad convivium invitari, aliud non fit, quam eum obstringere, ut eos viciffim ad cæleftes delicias ac voluptates invitet.

CAPUT X.

De Sor. Ioanna bene ordinata charitate, quemadmodum videlicet, per exteriorem curam corporis, curam gerebat falutis animarum.

Non immerito in Cant. Cantic. Sponfa DEI gloriatur, quod in ea Sponfus fuis ordinâffet charitatem. Hic rectus ordo charitatis requirit iuxta doctrinam Divi Bern. ferm. 50. ut primo amor DEI ubique primas teneat. Secundo, ut maius minori, præftantius viliori, cæleftia videlicet terrenis, bonaque animæ bonis corporis anteferantur. Hac methodo Chriftus Dominus nofter in hac Sponfa fua perfectam ordinavit charitatem. Notum perfpexitumque efl omnibus, quam illa intente atq; ardentius ab infantia fua Deû dilexerit, quantifque fpatiis dilectionem hanc Divinam humanæ antepofuerit. Apud homines quoque nunquam, non quod efllet præftantius, videlicet falutem animæ, corporis commodo falutique prætulit. Qui tantâ ufquam curâ ficuti JOANNA neceffitates corporis cordi fibi fumpfit, is certè maiore cura intendit neceffitatibus animæ; quæ quidem in ea tanta fuit, ut verbis Seraphicus illius amor explicari nequeat: tam fublime fe fe is extulit, ut cum Sancto Paulo Apoftolo dicere poffet. (2. Corint. 11. v. 29.) Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non uror? Quod tantundem efl ac fi diceret; quis infirmatur culpæ ac peccati reatu, ut ego non infirmer compaffione animæ? Quis scandalum patitur, aut quis in perfectionem delinquit, ut ego pænâ amoris non ardeam & urar? Zelus ifte, quem gerebat pro falute ac

In charitatis operibus præferenda efl corpori anima.

Ioanna zelus falutis animarum modum nefeit.

beatitudine animarum Christi sanguine redemptarum, modum finemque nullum habuit. Tam ingens fuit, ut boni salutisque animarum causâ, nulla incommoda difficultatesque magnificaret.

Dum aliquando cum sodali suâ Nobili illa amica Domina Ursula cuidam pauperi ægroto ministraret, videt per vicum Sanctissimum Sacramentum deferri. Et ut Ioanna tota eius amore capta erat, ambæ descendunt, ac quonam & ad quem deportetur inquirunt, responsumque est deferri ad carnificem, quodque uxor eius ingravi versetur periculo vitæ. Ioanna, comitante amica suâ continuo sequitur summa cum devotione sanctissimum sacramentum, ingressæque sunt eo, ubi ægra in lectulo decumbebat; quæ mox à percepta sacrâ communionem Sor. Ioannam ad se vocat, rogatque, ut Divini amoris intuitu apud se maneat: habere se res magni momenti de quibus cum ea conferat. Sponsa Christi, quæ in aliud nihil erat intentior, quam ut suo dilecto serviret oranti acquievit. Jubent ergo omnes alios foras excedere. Ubi dum solæ essent, capit ægra ex imo petore suspiria trahere, aitque ad Ioannam. Domina, scire te velim, omne malum meum ab uno duntaxat lethali vulnere, quod à marito mihi inflatum est, provenire. Multis jam ille mensibus cum quadam conjugata peregrinaque muliere consuevit, ob quod nefarium flagitium, cum paucis eum reprehendissem, tam dire ab eo dilaniata atque ita tractata sum, ut sicut cernis

nunc ipsa, in mortis umbra verser. Decedo è vita absque ullis remediis quandoquidem nullam malo meo medelam superesse medici asseverant. Duo nunc potissimum abs te flagito; Primo ut mihi scapulare Beatissimæ Virginis de monte Carmelo afferre, atque felicem è vita excessum obtinere à DEO velis. Secundo ut maritum meum etiam DEO commendes, atque ita rei negotium instituas, ut suum presentem pessimum, in quo est, statum deserat, quippe cuius ego animæ periculum plus quam propriæ vitæ discrimen sentio. Audiebat hæc Ioanna ingenti ac peracerbo animæ suæ cruciatu, miserebatur plurimum faminam ita solatio destitutam periculoque expositam. Plus tamen exercebat illam facinorosæ mariti eius vitæ pessima conditio: & super hoc incomparabiliter ad huc magis offensa DEI, quâ is à viro isto ac eius concubina offendebatur. Igitur ut Ioanna, pro voto suo, flagitium istud omni meliore modo ac via impedire, & averuncare posset, curavit imprimis miseram hanc mulierem ad Nosocomium deportari, quam postmodum non intermisit invisere, ac necessariis providere, attulit etiam ei ad solatium animæ postulatam scapulare, quæsitque quonam in loco quaque domo maritus concubinam suam habeat? Respondit quod certo in lupanari eam suo sumptu alat. Tacuit ad hæc ancilla Domini; interea vero solatur infirmam ac animat, adeoque confirmat, ut intra paucos dies in magna conformitate ac volun-

Præ
nibus ali
DEI offi
sa Ioan
nam ex
cruciat.

cum voluntate DEI, multisque indubitata salutis inditiis obdormiret in Domino. Ante decessum eius zelosissima Altissimi Sponsa Ioanna unicè sategit pravam eius mariti vitam corrigere. In hunc finem usa est duorum tam genere quam fide nobilium virorum opera. Polliciti sunt hi Ioannæ, quod ei ac sociæ eius fortunis opibusque, quin imo & propria personâ velint assistere, quam etiam ad publicum usque Lupanar sunt secuti. Reperiunt ad Ianuam domus veteranum immerite impuditiæ scortum, maledictam vetulam, quam autoritate magna severis verbis interrogant de concubina, quam quærebant. Annosa illa Lena, tametsi effrons ac detriti esset pudoris, cepit tamen præ metu tremescere. Siquidem ejuscemodi consceleratorum male sibi conscia, putidaque natio facile trepidat: ergo nudam veritatem confitetur. Famula Domini Soror Ioanna cum sodali sua Domina Ursula ascenderunt usque ad cubile infelicis illius mulieris, quæ septem totos menses illic fuerat conclusa atque adeo arctè custodita, ut adulter eam non fineret foras vel ad misfam audiendam progredi. Ad hæc facies illius calamitosæ illius concubinae miserabiliter erat deformata alapis, quibus eam amasius eius cædebat. Ubi igitur illa Venerabilem nostram matronam Sor. Ioannam conspexit, oculos in cælum sustulit, aitque: O mi DEUS! qui ego tantam sum promerita felicitatem, ut tales personæ ad me veniant? Ancilla porro Christi Ioan-

na eduxit è sinu effigiem crucifixi, quam secum semper deferebat; eamque alloquitur, ut oculos aperiat, perpendatque multum interesse inter DEI servitium & Diaboli. Satis iam eam expertam, quod is, qui spiritui maligno obsequitur servum, improbum, imo intolerabilem Tyrannum tolerare debeat. Econtra servire DEO esse servire optimo, clementissimo atque amantissimo Domino, qui brachia sua ad eam amplexandam extendit, si curvato poplite ad pedes eius malorum veniam postulare velit. Ne igitur occasionem istam, quam DEUS illi ultro nunc offert, negligat, sed ea omni meliori modo utatur, fieri namque posse, ut nunquam similis ei obveniat. Si verò in mala hac & adulterina vivendi ratione perseveret, habituram hic jam in terris infernum suum, & postmodum illa in vita Dæmonum sociam in inferno sine ulla spe aut remissione, tam diu daturam pœnas, quam diu DEUS erit DEUS. Denique tam vivos, efficaces, & rationum pondere nixos Ioanna nostra sermones protulit, ut misera muliercula in amarissimas lacrymas solveretur, crucifixumque tenens manibus remissionem ab eo multis calentibusque lacrymis postularet. Postremo cum famula Domini Ioanna ex infami loco illo recessit, atque ad unius è præfatis Nobilibus domum deducta, inde ad maritum suum est remissa, cui significavere, eam interea temporis in quodam cœnobio fuisse commoratum.

Carnifex, ut cognovit, quod Sor.

Ioan-

*Efficax
ad conver
tendam
peccat
ri-
cem Io-
annæ O-
ratio.*

RM
30

*Ioanna
Lupanar
ingreditur
ad mulie-
rem ad-
ulteram
conver-
tendam.*

Joanna amasiam suam sibi abstulisset, quodque singulis noctibus itaret ad serviendum prædictis ægris atque pauperibus, expectavit eam in quodam plateæ angulo, dum illa domum suam revertitur. Ubi igitur Sor. Ioanna ei appropinquavit, ait ille: Tune Domina uxori meæ Carmelitanum scapulare detulisti? Ita mi Frater, reponit Ioanna, ego id feci. Hisce capulum apprehendit, immemor DEI, Carnifex, stridens enses, sed è vagina eum educere non potuit, quidquid etiam viribus totis niteretur. Interim Ancilla DEI Ioanna illæsa iter in domum suam est profecuta. Eadem nocte conjectus in vincula carnifex confessus est nequaquam animum sibi fuisse Ioannam interficere, sed vulneribus aliquod duntaxat signare; nescire porro, quis sibi brachia adeo retinuerit, ut enses distringere, èque vagina educere non posset. Adjudicatur ergo patibulo, pronuntiaturque à Iudicibus, ut suspendio intereat. Ad intractationem tamen Ioannæ vitæ quidè donatus est, ducentorum tamen verberum ictus excepit, ac demum ad triremes remumque relegatus. Enarrat id in suis manuscriptis Ioanna, uti nos retulimus, ac postmodum ita loquitur: (*vite sue n. 57.*) Multa ob
zelum
suum in
prostituta-
rum
conversionum
patitur
Ioanna.
“ti adversi casus mihi evenere, cum
“ægris ministrarem, mulierculasq; à
“flagitiosa vitæ ratione abducerem,
“atque ideo falsa adversum me testi-
“monia producta sunt; quandoquidem
DEUS ac Dominus me semper, per
afflictiones laboresque deducebat. Zelus
ipsius indubie mag-

narum ipsi molestiarum causa fuit. Burgentis quippe Urbs per id tempus florebat eximie, ubi & cancellaria fuit, ita ut horum causa atque ob eius divitias multæ profligati pudoris, miseræ, egentelque mulieres eo confluerent. Multas earum ad frugem reduxit, convertitque Sor. Ioanna. Quamobrem in rabiem propemodum agebantur earum amasii furentes in Ioannam. Quidam falsis testimoniis eius honorem famamque incidebant, alii autem palam illi mortem minabantur. Sor. Ioanna vero, cuius zelo nullum discrimen curæ erat, nullo impedire retrahere potuit, quo minus iuxta vires suas, è periculo animas eriperet; quare vera germanaque cognoscitur Ioannæ charitas, dum omnibus perinde in periculis subvenit, ac si eius propria essent.

In eum finem, erat singularis Ioannæ zelus tali à DEO gratiâ præditus, ut à cunctis quibus innotuisset, plurimum amaretur, prompteque audiretur, velut esset ardens quidam Seraphinus. Ita evadebat dominatrix voluntatum humanarum, poteratque exinde non magno negotio etiam mentes illustrare. Inviserat quoque quotidie carceres, & confirmabat captivos, eisque ut res ferebat, opitulari. Fuere quidem aliqui cervicibus duriori, sanctis tamen Ioannæ adhortationibus, eiusdemque charitate, velut cera à calore solis emolliiebantur ad veram conversionem. Si qui eorum ob scelera morti adiudicati essent, tum enim

Sed ea
penſi non
habet.

Carcerum
& carcerum
rationem
videre respicit.

vero

Morti ad-
iudicatos
animas
& ad
fructuosè
morien-
rum edo-
cet.

vero nulla ei erat quies. Nihil videre erat nisi huc illuc, ultro citroque discursare, atque damnatos solari, animare & confortare. Exhortabatur autem eos Sor. Ioanna lacrymantibus oculis & amantissimis sermonibus, ut ex necessitate virtutem facerent, DEOq; ac Domino libera voluntate sponteque vitam suam cum ignominia, quam subituri essent, consecrarent, quo videlicet cū bono latrone, qui pœnam suam lubens volensque sustinuit, remissionem peccatorum consequantur. Hæc talis tamque fervida affectuosaque cohortatio, erat instar speculi amoris divini, tamque admirandos huius generis hominibus operabatur effectus, ut nonnulli eorum tanto dolore, tantaque scelerum suorum detestatione vitam ponerent, talique ardore, promptitudine animique constantiâ mortem amplecterentur, ac DEO vitam suam immolarent, ut vix purgatorias pœnas pertransirent, sed ab ipso mox obitu immediate in gaudia evolarent. Porro istud tali pacto Sor. Ioannæ est revelatum. Quâdam vice dum quatuor rei ob malefacta simul supplicium essent subituri, abiit Sor. Ioanna more suo ad consolandum eos. Quo peracto valescit illis, sponditque se salutem eorum eque vita decessum DEO recommendaturam. Eo igitur sine Oratorium suum ingressa est. Vix quatuor illi animas exhalârant, & continuo duo eorum magna luminis claritate circumfusi eidem apparent. Refulgebat unusquisque eorum sole clarius, eique dixere, quod in cœli sedes pro-

ficiscantur DEO æternum fruituri, à quo missi essent ad referendas illi gratias, quippe qui eiusdem auxilio & charitate, coronam gloriæ essent consecuti. Quærit ex eis Sor. Ioanna, quidnam duobus aliis actum esset? Angeli tutelares eorum inquirunt isti, eos in Purgatorium deduxerunt, brevi autem ad nos venient, atque in æternorum gaudiorum possessione nobis sociabuntur, idque ocyus tantò, si tu precibus ac suffragiis tuis, quæ apud DEUM multum valent, eis opituleris. Atque his disparuere beati malefactores isti, & abierunt ad capeffendam gloriam æternam, JOANNAM verò reliquere plenam solatio & gaudio spiritus.

Eandem gratiam ac vim operationis ad procurandum felicem è vita excessum infirmis, quos adjuvabat, contulit illi DEUS. Eratque IOANNA ob eam rem totâ urbe adeo nota ac famosa, ut si fortè ægrorum quispiam ægrè adduceretur ad exomologesin obeundam, protinus JOANNA, ceu optimum ac efficax medium ad id obtinendum adhibebatur. Siquidem experimento cognitum est, quod DEUS quotidie illius operâ mirabiliter animas ad se converteret. Tempore quodam quarta feria maioris hebdomadæ, dum Ioanna vellet apud PP. Discalceatos sacra communione refici, accessit ad eam præcipua quædam Domina & ait: Mater, eamus ad unam infirmam Dominam, quæ magno in periculo vitæ versatur, & tamen confiteri non vult. Totam illam fiduciam suam

Q

suam collocat in vana spe pristinae recuperandae sanitatis. Adibo illam, respondet Ioanna, quam primum marito meo prandium paravero. Officiū quippe istud negligere aut postponere mihi non est integrum. Interim Ioanna quanto potuit ocyus sacram synaxim percepit, statimque domum rediit. Dum verò Marito suo parata apponit edulia, audit inrorsus vocem sibi dicentem: Persona illa ægrotā plurimum viribus deficit, estque in confinio lethi. Cohorruit ad vocem hanc Ioanna, aitque marito suo. Per DEI amorem oro Domine, copiam mihi tribue accedendi Dominam quandam ægrotam, quæ ut dicitur, in gravi est periculo constituta, timeturque ne absque sanctissimis sacramentis decedat. Maritus ait: Nulla igitur cibi capiendi cura tibi est? Ad quod ei respondit prorsus eisdem verbis, quibus discipulis Christus. Meus cibus est, ut faciam voluntatem Patris mei, & animarum salutem studeam, quas precioso suo sanguine Christus redemit. Ergo, ait Matthias, abi confestim. Obrentā facultate tam protere tamque perniter eō contendit, velut ad prædam Aquila. Accedit infirmam, reperitque solam, humanissimeque salutem; quærit principio quid mali habeat? Respondet ægra pleuritide se laborare, patique puncturas laterum; Ioanna ulterius quærit: Dic mihi Domina, quæso, etiamne rite peccata es confessa? Nequaquam, ait illa, quippe quæ nondum tanta in necessitate versor. Quæ necessitas ad hoc requiritur? ait iterum Ioanna. An non hebdomadam sanctam a-

Cibus Ioanna sub venire miseris.

gimus? Quænam Christi fidelis intermittit hoc tempore confiteri? Momento eodem pensavit Soror Ioanna ad se dici: ut quam celerim ad confitendum disponatur; brevi ei est statione vitæ migrandum esse. His permota Ioanna ait: Domina probe novi, quod malus animæ tuæ status haudquaquam te lateat. Igitur amplectere consilium meum, & confestim pura confessione scelerata expunge. Domina hæc fuerat dubio procul castibus Diabolicæ potestatis irretita, vinculisque contracta malæ ac Veneræ affectionis, impudicique amoris. Servabat in scrinio amatorias litterulas, xenia ac monimenta amoris obsceni sui amatoris. Promebat ea nonnunquam sensualis cupiditatis suæ eâ ratione irritandæ, suisque infanis ac impudicis cogitationibus animi oblectandi gratiâ. Et quia volupe illi erat cum tali animæ suæ malo colludere, blanditrisque illud ac molli mulcere palpo, medelam omnem istius mali penitus averfabatur. Quare Ioannæ respondit: Neme, Domina, tantopere urgeas, Christiana sum; confitebor dum necessitas pressius incumbet. Ut verò zelosa animarum amatrix, quæ tanti Christo Redemptori nostro confiteri, duritiam obstinationemque vidit, totaque ob id contristata ingenti spiritus ardore ad eam inffit. Quid, Soror, dicis? Quod confiteri velis, dum necessitas exigit? Potestne maior ac præsentior tibi adesse necessitas, quam præsens est? Ego tibi citra ambages rotundè assevero, scireque te volo, ex hoc lecto nunquam

Cum obstinata duraque ad penitendum anima duravit.

quam te surrecturam. Scias etiam, hunc tibi supremum omnino morbum esse. Scito, brevi ad æternitatem iter te ingressuram, tempusque haud longum tibi suppetere. Et quod deterius longe, scito te indubitate orco addicendam, si mors te in malo isthoc statu occupet. Aperi, oro oculos, priusquam illi tibi ad sepulturam claudantur, redi ad te metipsam, redde te DEO ac Domino nostro, quandoquidem adhucdum tempus tibi indulgetur, quodan paulò post sis habitura, sane nescio. Ego nunc abeo ad Confessorem accersendum. Petisne quempiam ex Paulinis, an è Franciscanis, an Ditalceatis, aut alio quopiam Cœnobio? Hic intra se vocem Ioanna exaudiit. Tempus tam longe aliquem petere non patitur. Quare non expectato ægrotæ responso, Ioanna festinate egressa est, ad quærendum Confessarium. DEUS etiam obviam illi misit, doctum, prudentem, ac virtuosum Sacerdotem. Quærit ex eo, an non vellet unius infirmæ jamque fere animam agentis fœminæ confessionem excipere? Respondit ille; etiam. Abit ergo una cum illo. Porro in itinere edocuit eum de statu istius animæ. Quo expeditiùs conscientia illius intima penetrare, eique adiumento esse posset, ad bonam sinceramque Confessionem instituentiam. Ingressus igitur est ad eam Confessor Ioannæ extra cubile foris remanente. At verò pervicax ac obstinata mulier adduci non potuit, ut peccata detegeret, quantumcunque etiam insisteret Sacerdos, peroraretque apud eam. Post unam &

amplius horam egressus est è cubili foras; aitque ad Ioannam. Mater, invocemus DEUM; ego namque multum angustor. Respondet illa, ita Domine, id lubens agam: revertere modo nec animum demitte. Nam DEUS est DEUS, & debet agere iuxta id, quod est. Repetit cubiculum Sacerdos. Solidamque impendit agræ admonendæ & confessioni persuadendæ horam. Capit ergo post hæc magis tædio importunæ gravisque sibi sollicitationis, quam sincerâ voluntate confiteri. Ubi vero Sacerdos ad animadvertit dicere illam, quæ tacere poterat, ac reticere quod dicendum erat; spem omnem deposuit induratum istud cor expugnandi. Exit iterum foras, aitque Ioannæ. Mater, labor est frustraneus, quoniam hæc Domina nullum omnino habet animum ad Confessionem faciendam. Non habet? ait famula DEI. Profecto neque Diabolus cum præda sua, hac vice hinc discedet. Regredere Domine iterum, & sub cervicali quære, ubi parvulam clavim reperies: resera eadem scriniolum, quod prope eam consistit, educ inde quod intus est, & tunc videbis, quid faciat DEUS. O Pater misericordiarum! O fons omnis benignitatis! O mi DEUS, & DEUS totius consolationis! Quam perspicuè bonitas ac potentia divinæ tuæ dexteræ elucet in mutatione conversioneque pertinacis huius peccatricis. Ubi mulier illa conspexit, quod Confessor latenter subter cervical claviculam educeret, eademque scrinium illud aperiret, aperuit pariter & illa oculos, existi-

*Ioanna
operâ ob-
stinata
mulier
tandem
converti-
tur.*

existimans DEUM ei scelera sua detexisse, quo nimirum tanto expeditius eam à gravi peccatorum pondere relevaret; Cor eius valde tenere commotum est, in consideratione tantæ charitatis, quam benignissimus ei DEUS demonstravit. Brachiis ergo in crucis modum ante pedus decussatis, tam amare caput flere, geminosque lacrymarum fontes profundere, veluti si cum suspiriis lacrymisque cor ipsum effundere vellet. Querulos quoque edebat gemitus: vix mihi misera Creatura! Quam male vitam meam impendi! Quam perverse ac præpostere rationem cum anima mea inivi! Heu quam diu mea me obstinata cæcitas & cæca obstinatio tenuit! O benignissime DEUS, quanta mihi abs te misericordia impensa est, dum ego velut in certamine nitor me damnare, tu vero ex adverso niteris me salvare! O quam gravis est ingratiitudo mea! O quanta est bonitas tua! Postremo omnia sua crimina sincere integreque est confessa, idque tanta lacrymarum vi profusa, tot cum gemitibus ac suspiriis, tam acerbò dolore & contritione animæ, ut peccatâ peccatorum confessione lethalis, eam cordis angor & defectio comprehenderit. Confessor porro demirari sat non poterat, dum rebellem istud ac refractarium cor ita contritum & humiliatum videret. Laudabat & glorificabat abscondita DEI Domini nostri consilia, & postquam pœnitens mulier ad se rediit, absolutionem ei peccatorum impertit, abiitque confestim sollicitus, ad sacrosanctum Viaticum ei adferen-

dum. Ancilla Christi joanna, cum aram adornasset, super qua imponendum erat sanctissimum Sacramentum, ad infirmam appropians, eadem confortabat, solabaturque usque dum sua Divina Maiestas præfens adisset. Hic verò res prorsus admiranda accidit. Siquidem ubi venerabile Sacramentum super altare depositum fuit, infirmaque iunctis manibus, ac genibus nixa Servatorem suum adorat, ita ut cuncti, qui adfuere, exemplo eius pariter ad devotionem permoverentur, tam vehemens excessivusque eam dolor ac pœnitudo subiit, quod scilicet tam bonum beneficumque Dominum, infinito amore dignum offendisset, ut præ nimia divini amoris teneritudine, nec non intensissimi doloris vi, cor ei rumperetur, atque ita spiritum efflaret, antequam Redemptorem suum in Sanctissimo Sacramento suscepisset. Credibile est, tametsi Dominum intra se non accepisset, in manus suas eum animam illius suscepisse ac velut singulare gratiæ suæ trophæum in gloriam introduxisse.

Ad hunc modum Sor Ioanna, ceu fortis ac vigilans Heroïna, animas è potestate ac tyrannide Diaboli, qui est tenebrarum Princeps, ereptum ibat, Christoque Domino Principi lucis & pacis iterum subdebat, totumque id ardentissimo ac zelosissimo spiritu peragebat, quemadmodum ex sequenti eventu patebit.

Fuerat ei quandoque Ancilla vana cum primis ac superba, hæc Burgi cuiusdam copulata erat Matrimonio

Vide vi
ac ger
mane
contriti
nis vehe
mentia.

monio. jam ergo aliquanto tempore nuptæ, maritus vestem vendidit. Mala hæc mulier ob id adeo impotenter irâ ac dolore exarsit, ut quandoquidem vindictam ex marito sumere non poterat, exsemetipsa animi sui amaritudini delinimentum capere statuerit, idque vitæ ipsius etiam, imo & æternæ vitæ impendio. Eheu! Tantum valet ad cæcandum hominem impotens una infrænisque affectio! In ea desperatione superiora ædium petit atque penuariam cellam ingressa, restim trabi affigit, insertoque eidem collo, pendet è trabe infelix pondus. Erat circa id tempus Sor. Ioanna in suo Oratorio, auditque vocem articulatam clarissimeque expressam. Quid hic agis? Ancilla tua desperat; festina ad eam eripiendam. Famula Domini continuo cubiculo egressa, momento ad ædes famulæ est delata, reperit maritum ad januam, & ait ei: Ubi est uxor tua? Respondet ille: superius est. Accurrunt ergo sursum ambo prope, mulieremque è trabe pendentem reperiunt, iam supremum trahentem spiritum. Præcidit laqueum IOANNA continuo, atque ut primum ad se rediit, alapas infregit ei dicens: Tu improba mulier, tu, inquam, animam, quæ tua non est, sed DEI, qui eam sui precio sanguinis emit, tu illam ausis velisque donare Diabolo? Enarravit factum hoc Soror IOANNA postremis vitæ suæ annis Confessori suo, aitque: protestò, mi Pater, leviter eam palmâ cecidi, pos-

sumque cum omni veritate asseverare, quod nunquam alias tota vitæ mea, præterquam tunc, irata fuerim. Similiter Divus Job non nisi semel exarsit, in suam Conjugem, quoniam de DEO male loquebatur, Impatientia hæc patientiam S. Job & sanctitatem eximie coronavit, nostræque Sor. Ioannæ impatientia auro patientiæ atque virtutis illius majorem splendorem pulchritudinem & gratiam circumdedit.

CAPVT XI.

Materia præcedens ulterius extenditur; recensenturque aliqua admiranda & inaudita ferè facta.

CHARITAS est veluti Regina, virtutum omnium, ac spiritualium bonorum anima. Corona illi est, hæc præ aliis omnibus prærogativa, quod finem non habeat. Virtutes aliæ ac mundi huius bona, tametsi spiritu, alia sint, habent tamen finem. Charitas vero nunquam excidit, ait Divus Paulus ad Corinth. (1. Corinth. 13. v. 8.) Flamma illius semper ardens est atque indeficiens, perinde ac illa sacri ignis flamma, qui plenus mysteriis semper ardere lucereque debuit in altari holocausti. Talis prorsus erat ignis Charitatis, qui in corde Venerabilis Matronæ nostræ Sor. Ioannæ arsit, qui finem nullum modumque noverat, cuius

Q 3 vis

Ancilla
Ioanna
laqueo se
suspendit.

De Ioan-
na ope ab
utraque
morte
eripitur.

vis atque efficacia tam ingens fuit, ut ubivis locorum omne mortalium genus gauderet in luce & calore vigoris eius & efficaciam; quod sequentia admiranda gesta abunde comprobabunt.

Degebat in urbe Burgensi præcipui nominis Domina, cui tamen sui honoris existimationisque tam parva erat cura, ut certi cuiusdam nobilis viri scandalosâ familiaritate atque consuetudine uteretur. Convivebant ambo adulteri admodum incircumspecte, adeoque cæcè in sua impura agendi ratione procedebant, velut si omnes pariter cum eis homines cæcutirent, solusque eos videret DEUS. O fatuitas! Flagitium hoc est incendio haud absimile, quod quanto premitur, sopiturque magis, tanto etiam luculentiore fumo proditur. Proserperat jam suspicio adulterii huius in plures, tantumque cum tempore fama eius increverat, ut ad extremum ad mariti adulteræ etiam aures deferretur. Ut ergo is in rem præsentem deveniret, simulat se aliquo profecturum, diesque aliquot absfuturum. Credula nimium adultera per tenebras noctis amicum suum eius rei facit certiore. Convenere itaque pariter. Dum ergo hilaria sine timore ullo agunt. En tibi maritus ostium domus pulsat. Tum enim vero utriusque gaudium momento in luctum ingentemque timorem vertitur. Stricto gladio adulter ad portam descendit, animo obfirmato aut mori, aut maritum occidere. Adultera vero mortuali in angore constituta, su-

*Vitium
luxuriam
incendio
est simile.*

perius remansit ad gradus. Eo nihilominus in discrimine Ioannæ orem imploravit dicens: O mater Ioanna! adesto mihi in hac summa necessitate, in qua non honor solum ac vita, sed & æterna salus animæ periclitatur. Vix hæc verba protulerat, & ecce, apparet, intra domum ante adulterum mater Ioanna: quod hunc in modum contigit. Vacabat famula Domini eo tempore precibus, cognovitque Divina revelatione, quid inter dictos coniuges evenisset: Momentoque comprehensa per vestimenta sua, virtute omnipotentis DEI è suo Oratorio illuc translata est. Dumque maritus reclusis foribus domus, in vehementi exacerbatione animi introgressus fuisset, existimans hostem suum illic deprehensum iri, reperit matrem Ioannam. Stupuit equidem ad improvisum casum istum; sed brevi ad se reversus, alacri latoque corde ad nostram Soror Ioannam ait. Quomodo mater in domo mea, & hoc tempore? Quomodo tanta mihi obtigit felicitas? Domine, respondet Virgo prudens, huc ego veni certi cuiusdam secretique negotii gratiâ cum charissima Coniuge tua pertractandi. Rem iam confecimus, ac sermones complevimus, nunc bonâ tuâ veniâ libenter in DEI nomine domum meam repeterem. Age, fiat, reponit, ille verum ego non comittam, ut sola tu mater abeas, ipse tibi comes ero & servus. Admisit officium Soror Ioanna, quo videlicet eo pacto liberum adultero egressum iterque efficeret. Peractâ illâ officiosa de-

Miro quodam modo adulterum cum adultera liberat.

ductione

ductione bonus maritus domum suam rediit, plane sibi persuadens adulterii suspicionem, falsam duntaxat hominum opinionem vanamque imaginationem fuisse. Postridie prædicta adultera accessit Ancillam Domini Ioannam, ut pro beneficio gratias eidem ageret. Ioanna porro acriter eam obiurgavit ob suam incontinentiam, quod illa magna animi demissione acceptavit, recepitque se mox confessione crimina deterfuram, vitam in melius mutaturam, ac jura coniugii sanctius observaturam. Vixere simul posthac hi coniuges in magna pace, devoto cultu ac servitio DEI. Maritus quidem venerabatur Ioannam propter honorem domui Coniugique suæ habitum, quam inviserat, Nobilis vero illa Conjux pariter Sor. Joannæ semper gratam se exhibuit, quippe cuius ope & auxilio à temporali ac æterna morte erepta fuisset.

Eiusdem formæ colorisque imo fere notabilis est id quod, sequitur. Extranea quædam Domina eximie singularisque formæ Burgum dissimulatâ personâ Rusticæque cultu ac habitu cum duabus parvulis filiabus pariter in modum Rusticellarum vestitis advenerat. Habebat ea Presbyterum in comitatu, toto similiter vultu & corporis habitu spectabilem. Burgum adveniant ad miraculosum crucifixum illic adorandum, quod ubi Rustica illa præstitit, nostram etiam Sor. Joannam invisit. Absoluto familiari colloquio orabat enixè, velit Sor. nostra Joanna eam Omni-

potenti DEO instantissime commendare, atque his eidem valescit & abiit. Remansit Christi sponsa in Oratorio, seque ad orandum composuit, ut DEO Dominoque nostro necessitates huius Dominae commendaret. Sua vero Majestas ait ad Ioannam: Etiamne nosti pro qua oras? Domina quam in Rusticæ habitu vidisti, una est è præcipuis Hispaniæ; estque Comitissa N. Ego vero illi valde irascor, quandoquidem tot naturæ donis exculta, totque temporalibus à me cumulata bonis, iisdem tanquàm propriis meis armis me oppugnat. Dic illi ut protinus sese expediat à consortio viri, quem secum circumducit, hoc quippe illi ad salutem proficuum ac pernecessarium est. Et si tibi negare voluerit, quis ille Sacerdos sit, tum dices eum esse Archidiaconum illius loci: eidemque etiam nomine meo denuncia, ut paratus sit ac vigilet, quia nescit diem suum neque horam. Audiebat Sponsa Dominum suum summa cum attentione & reverentia, atque vehementi è zelo divini honoris animarumque salutis solícite curavit mandata Divina quam celerrime exequi. Idcirco ut primum maritus illius est pransus, facultatem ab eo petit dicens: Domine, necesse habeo cum quadam peregrina Domina, quæ hic me invisit, colloqui, Hospitium illi est in area campi, placetne eam mihi adeundi copiam facere? Abi, inquit ille in DEI nomine, sed brevi fac redeas. Hac licentia obtenta exiit foras, atque ad hospitii ianuam ipsum hospitem

Divinitus
Ioanna
revelatur
status &
conditio
duarum
personarum.

R III
30

hospitem reperit, petitque ab eo peregrinam illam rusticam, quæ apud eum hospitatur, deorsum evocet. Ut ergo illa cognovit, quod Mater Ioanna se acerfat confestim plena gaudio deorsum descendit, atque ambobus eam brachiis magna cum animi gratitudine complexa est. Vna igitur ambæ in cubiculū ascendunt, cumque solæ essent, inquit Mater Ioanna ad Comitissam Quomodo se hac in urbe Illma. Dna. habet? Quid illustrissima, ait Comitissa, hoccine iocari non est, cum hoc in schemate me videas? Nequaquam Domina, respondet Sor. Ioanna, nullus hic est iocus, sed ipsa rei veritas. Ego huc adveni a DEO missa, jamque ita loqui debeo, ut animam tuam sermo penetret. Illma Dna. est Comitissa de N. & Dnus ille est Archidiaconus Ecclesiæ N. E. re, saluteq; utriusque ac prorsus necesse est, continuo societatem atque amicitiam, quæ inter ambos intercedit, dirimere, fieri quippe posset, ut DEUS, qui hucusque ista iustinuit, deinceps mutam istam inter vos consuetudinem ferre nolit, essetque tanto in discrimine minima etiam scordia & neglectus plurimum culpabilis. Quapropter quilibet vestrum debet pro se separatim domum reverti Illma Dna. necesse est hinc sola discedat, domumque suam repetat, & D. Archidiaconus alia via domum pariter redeat. Hoc est, quod JUBET DEUS. Quid nunc ad hæc Illma Dna. respondet? Quid dicere debeo? Respondit Comitissa summa cum admiratione ac stupore. Cla-

*Vide quã
efficax ad
convertē-
dos pec-
catores sit
Ioanna
oratio.*

rissime nunc intueor, quod mater Prophetissa sit, quandoquidem omnia, quæ mihi locuta est, DEUS illi solus revelare potuit. Nunc vero supervacua foret pertinacia, & obduratio ad tam luculentum lumen oculos non aperire, atque a tanto Divini verberis ictu non expergisci. Itaque aio me promptam ac volentem Divinæ huic vocationi obsecuram. Sed id ego Archidiacono intimare nequeo. Oro te, Mater, velis in mei gratiam id ei significare. Etiam, respondet Ancilla D. præstabo id lubens. Quia vero domo egredi nequeo, cura illi dici, ut hora 2. me in domo mea invisat. Ita factum est. Venit is hora 2. pomeridiana ad Ven. Matrem invisendam. Deduxit ergo illum ad Sacrarium suum, aitque ad eum pauca hæc, sed efficacia oppido verba, "Domine, Reverendissimæ Dominationi tuæ sat perspicuū est, quam sit periculosa mortalitatis hæc vita, quodque ex improvviso mors adveniat, & quifine gratia DEI è vita decedit, præceps in infernum ruat arsurus in æternum, quod etiam tali homini nihil prosint, nihilque eum juvent intercessionem Sanctorum, nec interventio Bmæ Virg. MARIÆ, sed neque ipse pretiosus eius Filius IESU Christi sanguis, nec tota infinita DEI misericordiæ immensitas. Quinam obsecro, Rme Domine tecum actum fuisset, si mors in hoc præsentis statu tuo te occupasset? Quid factum fuisset si fortè irato & auerso Numine Divino moritè contigisset, & nunc sine ullo re-
medio

pravam
duarum
persona-
rum con-
suetudinē
Ioanna
dimit.

“medio pœnas te dare in omnes æ-
ternitates oporteret, omni spe
“deposita, amabilissimi vultus di-
“vini conspectu unquam perfruen-
“di? Aperi, oro, Rme D. oculos,
“cœcitati nuntium remitte, neque
“tam pretiosum salutis tuæ pignus
“ultra in discrimen conice. Rever-
“tere ad te: mihi que eam fac gratiã,
“uti ne amplius Comitissam allo-
“quaris, sed confestim domum re-
“deas, & bona accuratãque confes-
“sione animi noxas expies. Archi-
“diaconus clarissime intuens, quod
ipse sibi DEUS per os Ancillæ
suæ loquatur, adeo fortem introrsus
efficacemque Divinum per lensit sti-
mulum, ac præsentis gratiæ auxiliũ
ut illi promitteret omnia se adim-
pleturum, quæ præcepisset. Et non
appellata ultra valesactaque Comi-
tissa, statim a quo conscenso domũ
suam rediit, generalique protinus
confessione peccatis expiatis, intra
quartum decimum diem obiit. A-
iebat Mater Ioanna eum valde be-
ne mortuum esse, quod idem est ac
dicere, in gratia DEI illum de-
cessisse. In oculis namque Maje-
statis ipsius mors iustorum pretiosa
valde, & econtra peccatorum est
pessima. Comitissa porro uti ama-
tium suum discessisse intellexit, in-
geni affectu animi Famulæ DEI
joannæ velle dicit, ac postridie iter
in domum suam aggressa est, pec-
cata sua confessione detersit, lon-
goque deinceps tempore pie san-
ctæque vixit, ac semper Matri jo-
annæ adeo addicta fuit, ut in sacra-
rii eius ornatu tabulas pictas, ele-
gantisque eximia confectos arte,

flores transmiserit, ac non raro cum
suis filiabus earumque maritis Joan-
nam inviserit. Siquidem experimen-
to didicit, quod sicut iis, qui balsa-
ma attrectant, bonus adhæret odor,
ita etiam illis, qui amicorum DEI
familiaritate utuntur, virtutes pau-
latim affricentur.

Jam Venerabilis Matris nostræ
joannæ virtutes usque adeo tota
inclaruerant Hispania, ut omnibus
è locis ad eam eum Divinum quod-
dam oraculum homines conflue-
rent. Aliquando Septembri men-
se, in festo Exaltationis S. Crucis
à meridie venerunt ad eam invisen-
dam peregrini quidam Nobiles, di-
centes Toletum se advenisse: ascende-
runt sursum in eius oratorium, tem-
poreque aliquanto illic permanse-
runt, summo delibuti solatio, quod
Sor. Joannam videre atque alloqui
eis liceret, tandemque vale illi di-
cto, abibant. Dum ii per gradus
deorsum tendunt, unus eorum ad
Matthiam ortiz sese acclinans præ-
cabatur, ut amoris Divini intuitu,
copiam sibi faceret sine arbitris,
cum Coniuge sua magni momenti
rem pertractandi. Id ubi Matthias
joannæ suæ indicasset, Nobilis ille
iterum sursum ascendit. Dum ergo
solus apud Ancillam Christi versa-
tur, in lacrymas solui ceperat. Jo-
anna porro multum ei compati-
batur, amicabilibusque verbis eum
solari nitebatur. Domine, inquie-
bat, virile cor pectusque omnem
adversitatem atque afflictionem su-
perat. Bonum duntaxat, habe ani-
mum Domine, modumque mœ-
rori pone. DEUS etenim Domi-
nus

R

nus

nus adest nobis infinita bonitate sua in omni tribulatione nostra. Age igitur ac loquere mihi omnium cum fiducia, siquidem colloquio de ærumnis atque doloribus iidem evanescent, aut ad minus leviores exinde redduntur. Ego item, si Domino possum solatio, usui, auxiliove esse, en me hic paratam promovendæ salutis eiusdem prompto studio ancillari. Ah Domina mea! respondet Nobilis alte suspirans, ac ingemiscens, dolet mihi penitissime, quod libenter loqui vellem atque interius fortiter ad loquendum impellar, ad apperendum tuæ charitati cor meum, & tamen loqui nequeam. Ut primum namque os aperio, violenter illud mihi claudimentumque comprimi sentio. Verba hæc ille valde ægre ac dolorose multo cum fletu ac singultu enixus fuit. Post longam vero moram sibi vim intulit, tamque bene ac valuit, ad eam inquit. Domina mea obsecro, ne dicta mea cum scandali offendentulo accipias. Domine, ne timeas, respondet famula Christi. Qui semetipsum intuetur, is non miratur, quantumcumque eum videre aut audire ab aliis contigerit; atque id eo etiam magis, si quis tam vir malus, tamve improba sit mulier quam sum ego. Tam rationabili prudentique responso, ubi Nobilis ille corroboratus fuit, paucis ei vitæ suæ seriem statumque pandit, his fere ac similibus verbis. Domina mea, tametsi tali me formâ vestitum videas, nihilominus tamen sum Religiosus. Jam 20. sunt anni, quòd ceu

*Prodere
mala volenti,
quãtum
diabolus
obstat.*

desertor ac Aposteta, & quidem semper cum concubina ad latus, terras obeam, & circumvager. Duo etiam homicidia inter hoc tempus patravi, & nihilo secius in tam nefario scelestoque statu quotidie celebrior, ne mater mea, apud quam commoror, malum meum ac sceleratæ vitæ rationem odoretur. Audiebat hæc omnia Ioanna imperterrita, & ait: Domine nos miseri mortales non sumus Angeli, ea propter vitæ tuæ status, haudquaquam ab humana conditione nihil alienus horrendusve videtur. Cecidisti equidem ut homo, Domine, at DEUS est DEUS, & id satis superque est, ut cum fiducia coram eo comparere queamus. Quis peccatorum unquam vere pœnitens, & contritus ad Divinos eius pedes accidit, quem suis ille brachiis non sit complexus? Potestne miseria omnium Creaturarum cum infinita eius misericordia comparari? Converte te Domine ad DEUM, atque Ordini tuo te redde, in Cœnobio tui Generalis. Istud Domina mea, ait Religiosus ille, nunquam ego faciam. Age igitur, inquit mater, si præstare id nolis, abi atque ad pedes summi Pontificis te abijce. Respondet illi, æque parum ac superius hoc ego exequar. Pergit Ioanna, quid igitur aliud in hoc negotio præstare est animus? Respondet ille: ego intendo vivere ut vixi, quod abs te mater nunc peto est, ut me DEO commendare velis. Famula Domina ad hoc respondet; quid oro iuvabunt preces meæ, si hac in vivendi ratione tu Domine perseverare

*Quam
difficile
est a
terno pe
cato ab
manifeste
citari.*

rare velis? Collocutio hæc fiebat ante Christi Crucifixi imaginem. Sponsa porro eius admodum mœsta, anxia turbataque fuit, ob pertinaciam huius animæ, Religiosq; ingenti spiritus sui ferore ait: Domine, ego te obtestor per hunc DEUM ac Dominum nostrum crucifixum, qui pro nobis ad crucem acclavatus est, revertere in te ipsum, neq; velis pretiosi huius cruoris pretium in te cassum inaneque fieri, quem pro redemptione tua in cruce profudit. O admirabilis Divini amoris exuberantia! Ubi Sponsa Christi hæc verba est prolucuta, imago Crucifixi intantum cœpit sudore sanguineo diffundere, ut guttæ filamentis instar in terrâ decurrerent. Vidit hoc priusquam Joanna Religiosus ille, pallensque totus atque conterritus, intremiscere cœpit ac dicere: IESU DEUS meus, quidnam hoc est? Tunc de novo pro me sanguinem sudas? Non ultra Domine, ego propono me ad te convertere. Mater Joanna, quæ ad pedem imaginis eius constiterat, ad verba hæc elevavit oculos suos, atq; ut sanguinem sudare crucifixum conspexit, jamque velum sui capitis guttis cruoris tingi, pariter & ipsa orsa est amarissimas propendere lacrymas. Ad amborum singultus ac voces editas etiã Matthias Ortizius Oratorii introiit, atq; cū idē conspexisset, etiã ipse ubertim lacrymari cœpit, atq; ad Coniugē suā; Quidnam rei est istud Ioanna? Quidnam putas portendit? Non absimile mihi videtur hoc mirū esse illi, quod legitur de quodā interempto homine, cuius cadaver in sui interfectoris præsentia, in sig-

nū odii sese alteravit & sanguinem fudit. Hic vero Christus Redemptor noster sanguinē fundit in sua picta effigie, ac tū sit vivus, ad suā videlicet immensā charitatem demonstrandā in præsentia illius, qui in eū deliquit, atq; iram eius in se provocavit. Porro ne ingens istud miraculū intercederet, oblivioneque sepeliretur, abiit Matthias Ortizius, ut eius rei prædictū D. Archiepiscopū redderet certiorē, qui cum secretario suo multoq; famulorum comitatu eo protinus advenit, atq; ubi tantū conspexit prodigiū, ad idē spectaculū P. P. Discalceatos cōpluresq; alios accersiri iussit, qui omnes suis intuebantur oculis, quemadmodum sanguis, è crucifixo proflueret. Postquam vero D. Archiepiscopus de facto plene informatus, instrumenta desuper authentica confici curasset, Crucifixum illum tela serica Attalicā involutum, secum domum suam detulit. Religiosus vero ille, cum famulæ D. valefecisset, abiit promittens vitam se in melius deinceps mutaturum. Idem ille post unum ac dimidium annum Barcinōne litteras ad Sor. Ioannam dedit, in quibus maximam alteram DEI erga se misericordiam recenset, quam intervētū Ioannæ precum illi exhibuit Deus. Epistolæ illius tenor est iste: “Domina mea & venerabilis mater, Ego ille sum qui apud te tali die “in domo tua fui, coram quo crucifixi effigies sanguinem sudavit. In- “terea ad hoc usque tempus velut “alter Cain vagus profugusq; fui, “atq; a facie Domini abscondi me, “nullo in loco pacem, quietemque

R 2

repe-

Crucifixi
effigies
ad obstru-
nati pec-
catoris;
impentiam
sanguinem
sudat.

Idque
plurimis
videntibus

riens. Ubi ergo sic me constitu-
 tum demon vidit, horrendis cogitationibus me impugnavit, ac denique ita sensum ac rationem obturbavit ac prorsus evertit, ut ego in consideratione, quod scelera mea nullam gratiam veniamque mereantur, in desperationem sim prolapsus, statuens semel calamitosam vitam finem imponere. Id effectum est, dum aliquando per nemorosum opacumque montem iter facio. Ex infelici quippe arbore laqueo me suspendi velut alter Iudas, cuius etiam interissem fato, si non mei misertus fuisset DEUS. Dum etenim supremum jam spiritum aegre traho, momento lux quaedam advenit, atque in eadem conspexi personam sexus feminei, prorsus eiusdem vestitus formae ac staturae, quam tua charitas gerit, haec laqueum ex templo praecidit, quo gulam egomet mihi frangere intendi, atque ita dimidia mei parte, praeter mortuus intertam decidi. Reduxit mihi tunc in mentem DEUS id, quod in domo charitatis tuae venerat, qualiter nimirum crucifixus pro me sanguinem iuderat, atque hinc spem concepi salutis consequendae. Unde firmissime statui promissioni meae satisfacere, etiam vitae ipsius impendio, quam offere re immolareque cupio ex amore illius DEI, cui tantopere sum devinctus. Enixe igitur ardentemque DEI amore tua charitatem obtestor, velis me ipsius Majestati fideliter commendare. Eadem Majestas in bonum salutemque proditarum animarum charitatem tuam servare dignetur,

Ioanna
 absens
 miro quodam modo hominem desperatum morte rat.

e quarum numero ego ipse sum. Exemplum istud potest nobis, qui Religioni nomen dedimus speculato loco inservire. DEUS nos ipse teneat, ac tueatur. In altissimum everti statum sumus; si ab eo cadamus, eo perniciosior & gravior est ruina, & lapsus periculosior, quo sublimior est gratia vocationis nostrae ac dignitatis.

Quadam vice dum Sor. Ioanna comitante D. Alphonso Marcos in Conventu S. Ludovici 4. Macras Virgines Neptes suas inviseret, accessit ad eam Franciscus Ruiz cognatus Ioannae, vir pietati atque virtuti apprimè deditus. Hic rogabat Sor. Ioannam, ut quendam infirmum adiret, qui gravi praesentique in periculo mortis versaretur, & tamen Sacramento poenitentiae maculas animae detergere renueret; multum in eius praesentia momenti fore, eandemque ad gloriam DEI & salutem animae illius cessuram. Persona mea, Respondet Mater Ioanna, parum hic utilis erit, si tamen ad gloriam DEI promovenda aliquid, quod è re usque sit, conferre queo, eamus absque mora. Vale igitur facit Neptibus. Erat ea id temporis firma viribus, sana & valens animoque alacri. Simul ac tamen Caenobii portam est egressa, subito destituta viribus, imbecillitateque correpta fuit sic, ut praesentes cum illi merito obstupescerent. At vero agnovere protinus astu esse maligni hostis excogitatum ad bonum opus dei; servitium impediendum. Unde aiebant illi: sine mater, nos te brachiis portabimus. Esto, ait humilis Ancilla Christi. E gloria Dei est, ut eo vadam

dam, ac proinde, id omnino fieri est
neceſſe, tametſi per humum eo rap-
tari debeam. Circumſpiciſſe, an non
fortè alicubi mulum deprehendiſſis,
ad cuius me caudam alligetiſſe, ut me
ſic eo protrahat. O magna humilitas!
O vehemens ardor! Ambo denique
Alphonſus Marcos ac Franciſcus
Ruiz eà utraq; parte ſublata hume-
ris iter cum ea proſequebantur. Ut
verò ad S. MARIE pontem deve-
nere, tanta repente tempeſtas eſt co-
orta, ut arbitrarentur, violentia tur-
binis in flumen ſe omnes præcipita-
tum iri. Sed famulæ Chriſti præ-
cibus procella ventuſque conque-
vit, atque ita ſimul pervenere uſque
ad Conventum de la Vitoria, ad
quartum quintumve lapidis jactum
ab infirmiſſe domo ſitum. Illic Mater
Ioanna inquit, quieſcamus parum
per, ac glorioſum P. S. Franciſcum
de Paula invocemus. Ea in oratione
prorſus mirabiliter extra ſe rapta
fuit, levavitque ſe à terra unà cum
ambobus viris, qui eam ſuis portã-
rant brachiis, atque ita ſimul Divina
virtute per aëra in domum infirmi
illius delati ſunt, neſciti quonam id
pacto effectum eſſet. Inviſit Mater
Ioanna ægrotum, qui eius conſilio
multo cum fletu, vehementi dolore
& contritione peccata ſua confeſſus,
mox à peracta exomologefi certis
cum ſalvationis ſuæ indicis, terris
valedixit.

Ingens iſte ardor animasq; lucran-
di zelus tunc potiffimum enitebat,
cum illa cum ſponſo ſuo in oratione
de animarum ſalute ac proſperitate
ageret, & colloqueretur. In horas, in
momenta petitiõ eius erat, æterna ſa-

lus animarum. Multum enim verò
gratiæ ei inerat, in eiufmodi poſtu-
latis Divinæ ipſius Maieſti vim qua-
dantenus inferendi. Plorabat non-
nunquam ut infans, qui triſtatur, dum
pater ei negat petita. Quandoque
ſubiraſci videbatur, tamquam amato
ſponſa ſponſo, qui petitioni annuere
renuit. Interdum interſerebat etiam
quiddam, quo ſponſo ſuo veluti
præſumptuoſula inſultaret, agebat-
que hoc quãdam prorſus amabili
ſingularique gratia & dexteritate,
nihilq; non, hoc aut illo modo, jux-
ta votum ſuum obtinebat. Mane
quodam cum pro certis perſonis
preces funderet, apparuit illi Glori-
oſiffimus Patriarcha Iosephus cum
infante IESU ſuper brachium, ait-
que ad Ioannam. Qui tantum cæleſti
ſponſo placet uti tu, debet etiam ab
eo multum petere. Non attendit Sor-
Ioanna ad hæc verba, quia tota im-
merſa erat contemplationi infantis
IESU. Quod ubi D. Patriarcha ani-
madvertit, iterato inquit: Filia mea,
ora pro neceſſitatibus fratrum tuo-
rum. Tum circumſpexit famula
Chriſti, viditque duos valde auxili-
egentes homines, continuoque præ-
cabatur infantem IESUM pro illis.
Ut verò advertit, quod ille amplius
rogari vellet, ait ad illum; Mi Deus,
hoc ita fieri debet, à SS. tuis pedibus
ego non recedam, quoaduſque tu pe-
titioni meæ annuas. Infantulus verò
illi blando ac renitenti ore respon-
dit. Ne irasaris ſponſa mea, volo
præſtare omnia, quæ poſtulas. Tunc
D. Patriarcha manum ſuam eleva-
vit, Sponſæque Ieſu Chriſti benedi-
ctionem dedit. Poſt hæc eandem

Variis
Ioanna
amoris
artibus
utitur ad
obtinenda
poſtula-
ta.

R III
30

manum suam capiti eius imposuit, ac inquit: Hæc est vera sponsa, in qua IESUS verus animarum sponsus requiescit.

Postridie S. Communionem percepta, dum suo more esset in Oratorio, precabatur Divinum Sponsum suum intensissimè, ut duas sibi commendatas personas benigne tueri servareque vellet, atque omne mortale peccatum ab eis avertere. Hic erat videre mirum quendam inter DEUM puramque istam Creaturam lusum. Sicut namque Pater cum filiolo suo, qui forte munusculum quoddam petit, colludit, eique illud porrigit quidem, dum verò parvulus manum ad capiendum extendit, ipse retrahit suam, filiolumque ridet, sic prorsus erga charissimam Sponsam suam Ioannam se gessit DEUS. Principio quidem ostendebat sese paratum ad assentiendum eius petitioni; paulo post gravabatur id præstare liberalemque manum suam quodammodo retrahebat. Ubi ergo id animadvertit Ioanna, viditque, quod complaceret sibi DEUS in eâ sic detinenda, summa amabilitate ad DEUM inquit. Domine, jocare, lude & illude mihi, ut Divinæ voluntati tuæ placet, veruntamen ego petitionem meam obtinebo. Tuam ego Majestatem tam diu vinculis amoris captivam tenebo, donec id mihi concedas, quod à te postulo. Non poterat iam ultra benevolum suum in eam animum cohibere Dominus; itaque respondet Ioannæ: Filia, iuxta petitionem tuam sient omnia. Summam ego voluptatem capio è tuis inventis, artibus ac stra-

Ludus amoris inter Deum & Ioannam.

tagematis, quibus uteris ad obtinenda, quæ petis. His aliisque eiusmodi astutis solertibusque circumventionibus amoris certabat illa cum Omnipotente, & vincebat in superabilem DEUM. At verò admodum caro illi constitit hæc victoria. Siquidem infernales Genii ob tot animarum iacturam, quas illa DEO lucrabatur, eque faucibus eorum eripiebat, stygiis illam tormentis excruciant, plagisque afficiebant atrocissimis. Hic, aiebant, pereundum à nostra manu est tibi, tu persecutrix nostra pessima. Age, dic maledicta mulier, quid te permovet ad nos tantopere, tantisque pœnis persequendos? Cura tu salutem tuam, ut vis, alios sine quietos, propriamque salutem cuiusvis arbitrio permitte, Verum Sor. Ioanna nihil pensi habebat, quidquid Tartarei spiritus obgannirent. Caritas eius animarumque zelus fortior morte erat, & inferno durior æmulatio.

CAPUT XII.

Sor. Ioanna coniungit in summa perfectione externa opera sua cum contemplatione: DEVS etiam patrat miracula, ne quid Sponsa sua de alterutro negligat.

Vita spiritualis, quæ exteriora bona opera Contemplationi copulat, est inter omnes vitas perfectissima (S. Thom. v. 6. 22. q. 179. art. 2. ad 2. & 3. q. 20. art. 1. ad 2. & 3.) Eam ob rem & ipse Christus Servator noster talem vitam elegit. Hucusque tractavimus de

de Virtutibus nostræ Venerabilis Matris Sor. Ioannæ, quæ in externa operatione consistunt. Nunc verò ad contemplativam vitam ingressum faciemus, in qua illa sane quàm solide fundata & perfecta fuit. Cum sex annorum esset nostræ Sor. Ioanna, antedicto modo eam Christus D. in orandi modo instituit. In illa præ tenera ætate, ad tam sublimem eam contemplationis gradum evexit, ut complurium annorum curriculo, pauci admodum, eximie etiam vitæ huius ac sanctæ exercitationis Magistri, eò pertigerint. Ab hoc primo principio usque ad obitum, tota eius vita, perpetua & nunquam interrupta fuit Oratio. Ubivis locorum, nullo non tempore, in omni sua actione ac occupatione clarissima illustratione animi DEUM præsentem habuit, & amicissima quidè familiaritate, conversatione & alloquio. Erat illa in hoc haud absimilis caelestibus spiritibus, de quibus Christus Salvator noster testatur, quod etsi descendant in terras ad serviendum humano generi, (Matth. 18. v. 20.) Semper tamen totaque æternitate in Divina contemplatione perseverant. Idem penitus Angelica nostra egit Ioanna. Nunquam illa operibus, quæ vel ex obligatione, vel charitate ab ea fiebant, impedièbatur à DEI contemplatione: nusquam desinebat coram eo ambulare, eius pulchritudinem speculari, amabili ac mellitissimo colloquio & conversatione perfrui. In hunc finem in amoribus ei erat quies ac solitudo, & quantum fas erat Orationi, vacabat, maximo cum fructu

animæ suæ. Noctibus quidem insistebat orationi domi suæ, manè in templo, vespere, peracto eo, quod ex officio in rei familiaris administratione ei incumberebat, in suo Oratorio. In Orando verò semper nudis genibus, nudo solo nixa persistebat. Segregabat se ab omni humano consortio, atque uti caelestis quædam Aquila sese ad Sphæram Divini Solis sustollebat.

Eveniebat porro istud Sor. Ioannæ in admirabili quadam Ecstasi, & quidem diversis variisque modis. Ecstasis vel animæ à se discessio, uti & Raptus, seu corporis supra se sublatio, sunt elevationes animæ in DEUM, cum totali seperatione à sensuali operatione ac sensibilitate, adeo ut extra se positus homo, non audire non loqui, nec sentire queat. Ratio eius est, quod cū virtus animæ humanæ infinita non sit, sed modum mensuramque suam habeat, in ecstasi autem intellectus per Divinam illustrationem tanta de DEO cognoscat, ut voluntas in ea cognitione quasi absorbeat, atque in DEUM elevetur, rapiatur, & extra se abducatur, quod totum naturales animæ vires longissimè excedit, eam obrem haudquaquam hæ vires sufficiunt, ut exterioribus potentiis & sensibus, eorumque operationibus, uti alias, subveniant, aut sensibus præstent, ut efficaciter operentur. Istæ tales ecstases erant famulæ DEI continuæ ac perpetuæ, possentq; haud abs re Virgo ecstasica dici, quando quidem semper in Oratione extra se fiebat, ac sæpe numero etiam alias: & quidem tanto temporis intervallo

*Ecstasis
& raptus
quid sint.*

R III
30

Deum ubi, locorum in oculis gerit Ioanna.

Nec ullo opere ab eo impeditur.

Ioanna erant perpetua.

Io, ut quandoq; sibi, ut restitui posset, obedientiæ præcepto adigenda fuerit, quemadmodum postea referemus. Qui ei penè ubique aderant, asseverant se Ioannam tam suo in Sacramentolo, quam in æde sacra singulisque fere horis in excessu mentis, & aliquantum à terra elevatam contempisse, quodque nonnunquam toniter corpus halitu afflaverint, illudque se exinde uti levis penna commoverit. Rogabat quidem instanter Ioanna DEUM, ne palam in conspectu hominum illam sibi tribueret gratiam, nihilo tamen minus Divina Majestas disposuit, ut ad augmentum gloriæ suæ, majorumque Sponsæ suæ existimationem, id nonnunquam etiam ab hominibus notaretur.

Dum vice quadam in Discalceatorum Conobio ad orationem in templo cum plerisque sacris Virginibus colloquia miscet, spirituales quasdam odas & cantica modulari audit. Continuo illic in aëra est sublata, mansitque sic à terra elevata sat diu ante altare maius pendula. Alio tempore sæpe memoratus Dominus Alphonsus Oratorium eius intravit, nomine D. Archi Episcopi eam allocuturus, reperitque Ioannam prorsus in admirabili animæ corporisque raptu. Plus quam duorum virorum altitudine ab humo elevata erat. Manus eius affixæ fuerant clavis crucifixi vis manibusque picti præ grandis Crucifixi altaris: Os verò applicaverat vulnere lateris eiusdem Crucifixi, atq; ex hoc æternæ vitæ fonte bibebat casta columbula nostra. Ubi ergo D. Alphonsus tali habitu si-

Altè à terra elevata ad Crucifixum è vulnere lateris eius Divinū Jugit necit.

tuque Ioannam conspexit, abiit continuo ad D. Archi-Episcopum, eius rei eum facturum certiorum. Aderat tunc præsens apud D. Archi-Ep. Prætor Urbis: ambo ergo cum suo quitque famulatio eo se protipiunt, ad intuendum ingens illud miraculum. Quo ubi advolare, in iam dicta forma ac schemate universi eam sunt contemplati. Observarunt tandem pariter, quod etsi ancilla Christi tam alte à cruce penderet, nihilo secius tota corporis eius compositio sitisque adeo decens, gravis, ædificativusque ab omnibus conspiceretur, ut ne pedes quidem illius videri possent. Ceperat interim Ioanna sese commovere, præsentibus porro non levis incessit timor, fore ut in descensu subito super Altare ruat. Verum nihil horum evenit, sed à tergo paulatim à Cruce separabatur ac discedebat, donec tandem terram attingeret, atq; ante altare super genua consideret. Ubi ergo Archi-Præsul iterum eam sibi redditam vidit, petiit, ut qui aderant, foras omnes excederent, satis gnarus, quam ægrè Ioanna ferret in eiusmodi raptibus deprehendi.

Dominicâ die, qua PP. Augustiniani SSmi Altaris Sacramenti festum celebrabant, comitante eam ancilla sua Magdalena, ac DD. Alphonso & Francisco Ruiz abibat à Discalceatis Monialibus, ut iam dictæ celebritati nec non supplicationi, qua Ven. Sacramentum vicatim circumgestabatur, interesset. Ambo iam dicti DD. brachiis Sor. Ioannam ob debilitatem virium sustentabant. Interim in parva quadâ platea sub-

to

to Musicos concentus, qui honori SS. Sacramenti modulabantur, exaudiunt. Ad huius musicæ sonos continuo se Christi IESU sponsa instar Aquilæ à terra levavit, secumq; una ambos DD. Succollatores rapuit plus quam octonum lapidis iactuum spatio. Momento itaque ad Monasterium Augustinianorum sunt delati, quod supplicatio ipsa tunc præteribat, Sponsaque Christi mansit illic in genua provoluta. Ambo vero DD. qui eam deducebant, mutuo sese summo cum stupore alloquebantur: D. Frater, quidnam hoc rei est. Quo loci sumus? Quidnam accidit nobis? Quidquid tamen mirarentur, admirandum hunc insuetumque volatum comprehendere animo haud potuerunt. Sed potius abmiranda DEI opera in famula sua Ioanna, laudum præconiis celebrabant, extollebantque.

Hilce in perpetuis excessibus deducebat Rex Regum dilectam sponsam suam in Cellam vinariam, & inebriabat eam pretioso ac super dulcissimo suæ Charitatis vino, sicque sponsa eius extra se abrepta tota transibat in dilectum. Cælestis verò Sponsus intuebatur Sponsam suam conversabaturque cum ea blandissimè ac deliciosissimè. Usitatum est devotis animabus cum DEO deliciarì, eidemque blandiri. At verò cum hac amantissima, Sponsa sua deliciebatur ipsemet Sponsus: in tantuq; id suæ maiestati volupe erat, ut ingentia etiam patraret prodigia, ad protelandam, continuandamque teneram ac deliciosam cum ea consuetudinem & collocutionem. Etenim

cum Ioannæ sui statùs officio atque obligationi necessario satisfaciendum esset, providit Divina Maiestas, ut ne quid ab utraque parte deesset. Manebat itaque Ioanna in Oratione Sponso suo unita, cælestes verò Genii obibant externa munia officiorum Divinæ Sponsæ. Persape quidem id usu venit, semel tamen luculentius ad hunc modum demonstratum fuit. Advenerat sæpe memoratus D. Alphonfus, quandoque circa meridiem ad perferendum Matthiæ Ortizio, à D. Archi-Episcopo quodpiam nuncium, ipso in domus ingressu offendit Laicum Fratrem è Discalceatorum familia nomine Ioannem à Resurrectione, qui æque certa quadam ex causa eodem à Priore suo ablegatus fuerat. Aedes ingressi ambo reperiunt Matthiam Ortiz mensæ accumbentem ac prandentem, Ioannamque uxorem eius clarâ voce pio quodam è libro ad mensam legentem, sic ut ille bene percipere lecta posset. Bonus Frater ille Laicus præ stupore nimio totus fere dirigit, neq; suum exposuit negotium, sed tantum ait, se in prætereundo aedes eius committere nequivisse, quin D. Matthiam cum charissima sua salutaret. Dominus vero Alphonfus mandata sua exposuit, atq; responso desuper accepto valeq; dicto, cum præfato Fr. Religioso domo abibant. Ubi iam soli in atrio Domus Fr. ille cum D. Alphonso constitère, brachium huius ille complexus manu, summa cum admiratione, D. Alphonse, inquit, vidisti proculdubio nunc Ioannam Matrem. Ita sanè, respondet

S D. Alphon-

Officia
externa
Ioanna
Angeli
obeunt.

R III
30

Ioanna
raptâ, se
cum e-
ciam ra-
pit duos
viros eam
susten-
tantes.

Delicias
suas cum
Ioanna
habet
Deus &
ad suste-
tandum
cum ea
colloqui-
um mi-
racula
parrat.

D. Alphonfus. Age igitur, ad gloriam DEI velis nunc Domine ad cœ nobium mecum concedere. Uterq; igitur abeunt, atq; ubi Ecclesiam ingressi fuere, Matrem Ioannam istic cum P. Priore colloquentē conspiciunt. Obstupuit D. Alphonfus atq; nunquid non jam jamque Matrem Ioannā in domo sua reliquimus? Domine, inquit ille Religiosus Fr. hoc illud est, quod ego tantopere demiratus fueram. Advenerā quippe nomine P. Prioris nostri, ad significandum Matthiæ Ortiz, quod certis præpeditis negotiis conjugem illius expedire citius nequiverit, ne igitur moram illius detentionemq; molestē ferat. Ubi verò illam domi suæ apud maritum vidi, totus cohorruui, cum indubitatē scirem eandem hic apud P. Priorem nostrum versari. Deniq; Mater Ioanna, copiā obventa abeundi, ingenti cum sollicitudine domum repetiit. Porro dum gradus ascendit, Angelus ad eam inquit. Ne timeas. Maritus tuus iam prandium sumpsit, absq; eo quod absentiam tuā notārit. Ego personam tuam egi, munus obivi, quæque tui erant officii, cuncta peregi. O fortunatū hunc virum! cui suæ conjugis gratia inservire Angeli obsequiumque præstitere.

Tanta hæc Dei providentia erga creaturam nemini mira videri debet. in hac quippe Sponsa sua, singulari eius amore & curā testatum facere voluit DEUS summam se habere complacentiam, dum eam in suis exercitiis ac pace altissimæ orationis, amotis omnibus obstaculis, fovet atque conservat. Prout id factum sequens abunde comprobabit. Adve-

*Angelus
absente
Ioanna
Ortizio
prandium
apparat.*

nerat Burgum præcipuus è Ducibus Hispaniæ, (testes non reminiscuntur Duxne de Lerma, an verò de Cea fuerit) unus tamen ex his, inviserat D. Archi-Episcopum, atq; inter alia indicārat etiam, magno se teneri desiderio visendæ Matris Ioannæ, non curiositatis ductu, sed sinceræ puræq; devotionis, animæq; fructus gratia, quem proculdubio ex admirandæ huius feminæ aspectu sit percepturus. Archi-Præsul uti amabilis, benevolus, facilisq; Dominus, dignitatis devotionisq; huius Principis intuitu, facile postulatis eius assensit. Uterque igitur longo comitantium aliarum præcipuarum personarum ordine, ad invisendam Matrem Ioannam progrediuntur, quod fiebat feriā etā seu Veneris die. Diem hunc sanctum suisq; destinatum exercitiis habebat Sor. Ioanna, in quibus longo tempore extra se abrepta, cruci adhærebat affixa. Porro ne quis eam tunc inturbare posset, clauderat eo sine Oratorii fores. Itaque in adventu suo præfati DD. obleratas eas reperere. Quoniam verò Dux ille postridie necessario discessurus erat, videbatque obice illo desiderium suum impediri, permolestè impedimentum illud tulit, præsentemq; omnes cū eo. Notārat hoc Matris Ioannæ Ancilla Magdalena, sincerique moris persona, aitq; ad D. Archi-Episcopum. Si ea Rmo D. esset potestas, quæ P. Priori Discalceatorum, tum è vestigio clavi potiretur: si mirum dominæ meæ in virtute Obedientiæ præciperet, ut clavim sibi foras mittat. Perpendit hæc apud se Archi-Episcopus, famulæq; inquit: Quid

*Etiam
extra se
posita
sioribus
parat
anna.*

Quid ais filia? Etiamne P. Prior ita ei præcipere consuevit? Etiam D. respondet ancilla: per sæpe id egomet hisce oculis vidi. Continuo igitur magna condecensque gravitate ac modestia S. præsul inquit. Filia Ioanna, semper mihi ut germanam addeceret filiam, morem geris: nunc ita res exigit, uti talem te exhibeas, mihiq; ceu legitimo Patri, Pastori ac Præfultuo obedias. Præcipio itaque tibi virtute S. Obedientiæ ac Spiritûs S. ut mihi confestim clavim ab hac janua mittas. O mirum rarumq; omnino prodigium! Res profecto magna erat ei & obedientiam percipere, & quod clavis illico subter portâ foras atque in manus illius sit delata, totû, inquâ, hoc res magna fuit. Mirabantur omnes mutuosq; taciti summo cum stupore se respiciebant Janua deniq; ab Archi-Episcopo referata, ubi omnes ingressi fuere, videt Christi sponsâ extra se raptâ è cruce pendentem, vultu sanguine rubente. Efficiebat spectaculum istud, ut omnes summa tenerimâq; devotione tangerentur. Protinus tamen deorsum contendunt, quo in sua quiete cruci adfixa remanere Ioanna posset. postquam igitur domum Archi-Episcopus rediit, continuo P. Priorem Discalceatorum acciri iussit, is ubi adfuit, cunctis audientibus eidem narravit, quid cum Ioanna iam iam contigisset: quæritque ex eodem P. Priore, an mira istiusmodi etiam sibi ut venissent? Etiam Rme Præsul, respondet P. Prior, ut ad meum S. Obedientiæ præceptum foras mihi clavis deferretur innumeris vicibus contigit. Quid hoc est aliud, quam quod sponsæ suæ gratia homini Deus

obedierit, prodigiumq; Josue temporibus patratum sæpius iterârit? Hic Populi Israëliti Præses ac Ductor, præcepit Soli, uti pleno in cursu gradû sistat, statimq; is constitit. Sacra pagina inquit (*Josue cap. 10. v. 12.*) DEUM obedivisse voci hominis, & ita omnino, inquit D. August. (*lib. 2. de mir. s. Script. c. 4.*) fieri juxta rectam rationem necesse fuit. Sol etenim in se ipso Obedientiæ aut inobedientiæ capax nõ erat. deus porro, qui cursum eius moderabatur, ad præceptum Josue, currentem stitit. Et quanquã ad Solem usq; iverit obedientia, atq; in eo impleta fuerit, haudquaquam tamen Sol fuit, qui obedivit, sed qui vice locoque eius homini paruit Deus. Eadem ratione mater nostra Ioanna capax obedientiæ id temporis esse nequiverat, quia in ecstasi tota in Deum abrepta atque elevata erat, & in illo beato statu velut mortua, ab omni sensuum usu longe posita, nec videre, nec audire, nec obedire poterat: ideoq; necessario sequitur, quod obedientia in excessu mentis exhibita, non à Ioanna, sed à DEO, in quem Ioanna tunc absorpta detinebatur impleta fuerit. Tanti nimiram æstimavit DEUS familiarem sponsæ suæ Ioannæ secum usum & consuetudinem.

Quis iam dicere velit, quod talis, tamq; in paucis amata sponsa, qualis erat Ioanna, ariditatem defolationemq; in orandi studio sit experta? Nihil tamen sequius ingentes illa ariditates gustusque iacturas persensit. Siquidem Sponsus cælestis non nunquam tantisper sponsam suam dilectam deserebat, suumque illi consuetum

S₃

subdu-

Deus in
suorum
gratiam
hominibus
obedit.

Et D. Archi-Episcopo præcipienti clavim foras mittit.

R III
3-0

Etiam sic
Ioanna

*desolatio-
nes ari-
ditatesq;
in orando
paritur.*

*Absentia
abscon-
dentis se
Dei quid
operetur.*

subducebat lumen, inq; tristissima nocte, ac atris obvolutam tenebris derelinquebat. Nullus ei oranti gustus, nullum erat solatium, sed acerbissimi doloris plena inquietudo, ac totalis omnimodaque cor atque animum occupabat desolatio. Luctuosum sane erat spectaculum illo in statu joannam conspiciere. Omnem quidem illa exeruit conatum, sicut Sponsa in Cantic. Cantic. c. 2. v. 5. animo linquebatur, plorabat, gemit, suspirabat in solitarii turturis modum, post suum unice dilectum. O incomprehensibilis scientia & sapientia Dei! deserit ille, ait D. Paschatus (*lib. 3. in Thren.*) illas animas, quæ plus aliis eum diligunt, quo sponsum suum sollicitus requirant, maiore desiderio cupidiusque consectentur, tanto post eum clament suspirentque ardentius. Totum hoc absentia Divini Sponsi efficit, facit namque, ut anima gemat ac suspiret, ut cor eius ardeat, voluntas desflagret, amor atque torque magis ac magis accendatur. Sic eveniebat nostræ Dei Sponsæ Sor. Ioannæ in ea solitudine ac desolatione, quod equidem maius omnibus illi tormentum erat, donec miseris illi DEUS, iterum eam reviseret, ac suo Divino perfunderet lumine, quo illa postmodum summâ dulcedine ac perfectione fruebatur.

CAPUT XIII.

De Sor. Ioannæ ardenti amore in Deum: deq; miraculosa imagine Christi D. N. quam illa pingi curavit. Itēq; de zelo honoris Divini & Ecclesiæ suæ, quem illa habuit.

Dicit Regius Propheta David, quod in meditatione exardescat ignis (Psal. 38. v. 4.) quasi dicere vellet, perinde ac atritu & allisione Chalybis lapidisque Scintillæ profiliunt ac fomitem accendant, ita pariter ignis amoris Divini suscitatur meditatione inexhaustibilis infinitæque illius bonitatis, quo sacro ab igne mortalium pectora succendantur. Ad suscitandum porro suavissimum istud amoris incendiū, præ cunctis aliis meditatio vitæ ac Passionis Servatoris nostri IESU Christi medium est longe efficacissimum. Testatur confirmatq; hoc sat perspicue Christus ipse. Ego, inquit sum via, veritas & vita. Quis errat viatorum, aut præceps est prærupto ruit, nisi qui à recto itinere deviat? Quis cespitat, titubat, in tenebris offendit, caditve, nisi qui se à lumine elongat? Quis moritur, nisi qui vitam deserit? Ita prorsus proceditur in spirituali huius vitæ itinere. Qui per Christum Redemptorem nostrum non ambulat ad æternam vitam, is proculdubio præceps ruit ad inferos, cadit moriturque morte æternâ. Qui autem per Christum graditur, ambulat per viam rectam, ac tandem omnimodis pertingit ad perfectionem charitatis Dei. Hanc assecuta est Sor. Ioanna, quoniam nunquam non per Christum summum nostrum bonum incessit. Exacto 6to ætatis anno, à quo tempore Christo se despondit, Christus supremus lapis angularis semper Sponsæ suæ instar Magnetis fuit. Erat illi Divinus hic Sponsus meta scopusque omnium suorum

*Per Chris-
tum in-
cedentis.
& perve-
niendum
ad vitam.*

*Chri-
sti a-
ret
for-
quæ
ter-
con-
bat*

rum appetituum ac desideriorum. Quiescere illa nusquam poterat, nisi esset in ipso; & sicut sponsa in Cant. Cantic. Ita in hac nihil tunc erat aliud, nisi quærere ac suspirare post suum dilectum & suavissimam eius recordatione, usque ad reditum eius sese oblectare. Non impari studio accommodabat se Divinus amator Sponsæ suæ teneritudini, sapius ad eam visendo, iam hac, iam alia formam, eamque vultu suo speciosissimo, amabili suavissimaque conversatione & alloquio recreabat. Tali pacto magis atque magis adaugebat ardentis amoris flammam in fornace amore captæ illius voluntatis. Visendum se is quadam vice præbuit Sponsæ suæ in Sacratio illius tali schemate, vestitu, ac specie, quali olim in terris cum hominibus est conversatus. Tota tunc Sponsa erat immersa in gratissimo deliciosissimoque aspectu suæ Majestatis, eiusque nobilissimæ corporis formæ, gravitate morum gestuumque elegantia, uti & supremæ pulchritudinis eius faciei. Ab hac tam benevola apparitione conceperat Ioanna tanquam Sponsa singularer. fiduciam cælesti sponso suo postulationem votumque suum expromendi, quo tamen aiebat profunda humilitate atque reverentia, uti Ancilla Domini. "Mi Rex, ac Sponsæ mi, aiebat illa; Persæpe tua Divina Maieestas bonum factum est arbitrata, eamque conferre mihi gratiam, tali ut à me forma habitusque conspiceretur, quo te nunc oculi mei contuentur. Si præsumptione, temeritateq; vacat vo-

tum, cuperem ego indigna famula tua, Majestatem tuam ea in specie depingi curare, quam nunc gerit, quandoquidem in eadem inter homines agere, atque conversari, suamque sacram humanitatem tali schemate monstrare dignata est. Isto desiderio flagrat anima mea ideo, ut tuæ Majestatis effigiem gestare mecum semper queam, veluti amans Sponsa, quæ sponsum suum est typo exprimi curat, quo se amati oblectet atque foletur imagine, quando exemplaris ipsius copia non datur, Sponsa mea, respondit Dominus magnam cum complacentia; Petitio tua mihi perquam grata est. Volo ut effigiem meam habeas, eaque tibi in speculi usum serviat. Cura me ad eam formam, ut nunc vides, depingi. Imprime nunc memori animo atque imaginationi formæ meæ prototypon, & sic evadet pictura suis numeris absoluta. Hisce Dominus sese aspectu eius subduxit. Porro famula eius Joanna accersiri curat Pictorem magpi nominis Didacum de Leyva dictum, qui per id tempus Burgi erat, petit ab eo, ut in parvæ tabellæ plano, Christi Servatoris nostri vultum effigiet; cui etiam, quantum erat possibile, verbis exprimebat ponebatque ante oculos menti Archetypon impressum. Facile agnovit Pictor, quam ægre talis effigies exactè & examullim exemplari respondens confici possit: fretus tamen JOANNÆ precibus, petebat, ut se opusque illud summo cum studio commendaret Deo.

Christus
ei appa-
ret eâ
formâ
quâ in
terris
conversa-
batur.

Assenti-
tur Chri-
stus, ut se
curet eâ
specie de-
pingit.

*perficitur
opus ex
voto.* ut omnimodis perfectum absolutumque evadat. Denique Divinæ illustrationis adminiculo imaginem illam elaboravit Pictor usque adeo prototypo conformem, ut pictura illa non tā effigies, quā vera species ac forma Divini solis, quæ Ioannæ apparuerat, videretur. Siquidem Sponsa Christi testabatur semper, quod in hac imagine veluti nitido tersissimoque speculo Dominum intueretur, in ea forma, quæ sibi erat visus

Prodigium hoc altero prodigio confirmavit DEUS. Non habebat Sponsa Christi, quo opus operamque pictori solveret, ea propter iniunxit D. Alphonso, velit alicubi sumere mutuos tres imperiales nummos. Cumque ille se id effecturum recepisset, vale illi dicto in suum concedit oratoriū. Dum itaque illic ante infantem IESUM preces fundit, (eum infantulū hodiæque sacræ Virgines ad S. Claram, summa cum devotione in odæo, seu choro suo conservant) perspicue ac manifeste videt, quod parvulus manum suam extendat, eiq; tres argenteos imperiales, quos gerebat manu, porrigat. His recte supervenit D. Alphonso, ingressusque ad eā inquit: En mater, adfero tibi 3. imperiales, quos postu-

*Sed Ioanna
na opera
pretio ca-
renti IE-
SVLVS
tres impe-
riales of-
fert.* lasti. Domine respondet Ioanna, nūc ego eis non egeo: ecquid cernis, quid hic agatur? An non conspicis quem admodum parvulus meus IESULUS jam huc eos attulit, mihiq; offert? Pius Presbyter accedit ad aram propius, ad intuendum clarius hoc miraculum, cernitque quod infantulus, qui antehac brachiola sua collecta gessit, nunc extenta habeat manus

3. argenteos imperiales teneat. Obstupescit ad prodigium istud, confestimque abiit ad indicandum istud Archi-episcopo, qui eo tempore in aedibus Prætoris Urbani versabatur. Bonus sollicitusque Præsul consurgit illic, abiturque comitante eū prætor, ad examinandum istud miraculum. Venit, vidit prodigium continuo itaque in virtute S. Obedientiæ famulæ Domini præcipit, ut fideliter edisserat, qualiter sibi id evenerit, Ioanna vero rem, ut iam dictum est, recensuit. Circumstantes quoque manifestè agnovère, quod nummi illi è cælo essent allati. Anhelabat pro se quisque eorum pretiosi sacriq; thesauri particeps fieri. Prætor urbis obtinuit ab Archi-episcopo unum, ipse verò Præsul retinuit alterum, incognitumque est, quo hi duo devenère. Tertius Pictori pro mercede operis laborisque non tamen absque lite aut contentione cessit. Hic nummum illum tota sua vita sollicitè asservavit. Iam vero fato adnotus, mortuali in lectulo Confessori suo thesaurum illum concredidit, tradendum D. Alphonso Marcos. Postmodum nummus iste devenit in potestatem Adm R. P. N. Ioannis Bap. de Loyola Provinciæ hujus Burgensis Ex-provincialis. Iste P. suæ Prælationis tempore, elimatæ sane prudentiæ actum peregit, per quem simul historiam istam irrefragibili veritate coronavit. Sumpserat is effigiem illam Christi Servatoris nostri atque imperialem illū argenteum, qui tum in potestate eius erat, abiitque una cum RR. PP. P. Fr. Ioanne de la Torre Guardiano

Convenc

Conventus Burgenfis, qui Nicara-
gæ Epifcopus obiit, ac P. Ioanne
Lopez Baraona eiusdem provinciæ
diffinitore, & P. F. Petro de Sober-
villa Lectore Theologiæ: cum his
ce tribus, inquam, abiit, venitq; ad
Conventum D. Claræ, & accersiri
ad fuperiorem chorum Ioannam ju-
bet. Quæ iâ tum fanctimonialis sex-
tum annum vifû orbata cæcaq; aie-
bat. In eorum virorum præfentia,
quos veluti testes futuros evocârat,
jufiurandum in forma iuris ab ea ex-
egit, jubetque fub S. Obedientia, ut
clare rotundeq; refpondeat ad ea, de
quibus interrogata fuerit. Hisce fuma
accuracy veluti præliminari-
bus præmiſſis, effigiem prædictam
fumpfit in manum, imaginisq; piæ
faciem fuo vultui, nudû vero tabellæ
dorsum famulæ ei obtutui obvertit,
atque ita quærit ex Joanna: Dic ma-
ter, quid eſt hoc, quod ego manu
meâ nunc teneo? Ea vero admodum
confiderate refpondet, fe id neſcire,
quippe quæ cæca fit. Provincialis i-
terato ac illi, In virtute S. Obedi-
entiæ, quâ tibi præcepi rurfum præci-
pio, ut DEUM exores, quo is tibi
oculos aperiat, aut vero pro ut ipſi
placet, revelet, quid iſtuc rei fit, quâ
nunc manu teneo. Tacuit parumper
Joanna, deinde refpondit Rtiâ V. ha-
bet imaginem Chriſti miraculoſam
quam pinxit didacus de Leyna. Re-
conditâ Provincialis imagine, pug-
num fuſtulit, quo clauſum habebat
ante dictû imperialem, iterumq; ex
eâ ſciſcitatur: Iâ vero quid eſt, quod
nunc manu contineo? Refpondit Jo-
anna: Rev. Vra habet in manu unum
ex argenteis nummis imperialibus,

quos mihi parvulus JESUS dede-
rat. Necdû fat dilucide clareq; (ite-
rum P. Provincialis inquit) eloque-
ris; dic mihi, quis è tribus illis fit?
Ille eſt, reponit Joanna, qui datus eſt
Didaco, de Leyva Pictori. Et mira-
ti ſunt univerſi. P. vero Provincialis
teſtato id totum conſignavit, quo
ſcilicet tam ſingularis miraculi me-
moriam perpetuare poſſet.

Prædictam Chriſti miraculoſâ i-
maginem geſtabat in ſinu fidelis e-
ius Sponſa totis 30 annis, ne momē-
to quidem intra id tempus eâ à ſe re-
mota, quacum ei nunquam non ſua-
viſſima miſcebantur colloquia. A
viſibili imagine faciebat gradum, at-
que aſcenſum ad inviſibilem
Sponſum. Intuebatur in eâ de-
corem atque pulchritudinem
eius Originalis, & Archetypon ſeu
Originale ipſum faciebat eam ſui a-
mantem, dum per os eiusdem ſuæ i-
maginis quotidie cum eâ loquitur.
Quam vero proficua ei fruſtuofaq;
cum hac miraculoſâ imagine eiusq;
prototypo fuerit converſatio, quan-
tum eſt indies incrementi exinde ce-
perit, nulla proſecto lingua expreſ-
ſerit, calamulve deſcripſerit. Quan-
do quis de Deo cû ſervis eius agit, tûc
totu cor hominis ad amorē Dei ac-
cēditur. (Ioan. 10. v. 4.) Quid ergo
quotidianâ hâc cum DEO conſuetu-
dine noſtra Dei Ancilla non confe-
cuta eſt? In cūctis actionibus ac ver-
bis elucebat Divini amoris flamma,
quæ in eius ſeraphico corde flagra-
bat. Peculiariter tamen prodebat
ſe tunc, iſte Divinus amor, cum in
cogitationem venit, quod aliquicus
peccatis offendatur DEUS. Pœna
doloris

Joanna
cæca pro-
phetar

R III
30

*Dolore
offensi di-
lecti ani-
mo fre-
quenter
Ioanna
linguitur.*

dolorisque sensus, quem inde perci-
piebat Ioanna, nequit exprimi. Eve-
nit compluries, ut præ dolore, men-
te alienaretur, & posteaquam ad se
redit, alto è pectore ac velut incen-
so flagrantique corde ducebat suspi-
ria. Unde id nisi à solo proveniebat
amore? Textus Græcus memorat,
S Ioannem Evangelistam, præ do-
lore animo eum linquentem, quando
proditionem Judæ à Divino suo ma-
gistro didicit, super pectus Christi
concidisse. Operationem hanc effi-
ciebat amor in amante atque unice
Christi amore capto discipulo Ioan-
ne, ut primum ei dilecti sui offensa
innotuit. Prorsus eundem pariebat
effectum amor in amante, DEIQUE
amore totaliter capta Sor. Ioanna,
cum offensus quampiam sponsi di-
lectique sui auditu perciperet.

Ex hac ardenti dilectione DEI
exortus est zelus & ardor, quem in
præcordiis gerebat pro gloria & ho-
nore illius, pro dilatatione fidei, &
prosperitate S. suæ Ecclesiæ. Zelus
iste prorsus erat notabilis ac singula-
ris. Dicere sæpe numero solebat,
quod si fieri posset, multas perlubē-
ter vitas impenderet, pro gravami-
nibus S. Ecclesiæ ac pro qualibet e-
ius necessitate, quo nimirum singula
quæ S. Ecclesiam, quo quo modo at-
tineat optatissimum exitum forti-
rentur, si quando rescisset, quod pō-
pulo suo adversitatem quampiam
comminaretur DEUS, sentiebat id
sudore cum sanguineo, qui per oca-
los, aures ac os ei prorumperebat, per-
spicue id patuit, dum quandoque illa
cum D. Alphonso duabusque No-
bilibus fæminis, nimirum D. Fran-
cisca de S. Cruz & D. Catharina de

Asperilla in suo esset Oratorio, ubi
cum in bona mutuo conversatione
versantur, subito ac prorsus inexpectato
Ancilla DEI Ioanna in ecstasi
est raptâ. Hoc in excessu orsa est
sonos guttere edere ac vociferari,
quemadmodum agonizantes solent,
voce tam bassa, exoticâ atque mira-
bili, ut brevi toto guttere raucesce-
ret. Exclamabat JESUS! IESUS!
Domine misericordia! Pœna hæc
in me devolvatur! O popule DEI!
manete quieti! manete quieti! S.
Iacobe! Verba hæc repetebat tanta
celeritate, tamque acerbo ac lethi-
fero cum angore, ut sanguis etiam
ex oculis, auribus, ac toto capite
copiose profiliret, eiusq; vestimen-
ta & capitis velamen cruore fœda-
rentur. Circumstantes præ admira-
tione ac stupore pene à se discesse-
rant, dum Ioannam sic audiunt cala-
mitantem, & in statu adeo mira-
bili eam intuentur. Aliud enim ve-
ro non egere, quam quod lacrymis
large diffuebant, cum os fugeret,
quorum tragœdia hæc esset evasura
In ea consternatione abiit D. Al-
phonso D. Archi-episcopum eius
rei facturus certiore, qui etiam ad-
volavit illico, reperitq; Ioannam in
dolorissimis gemitibus extra se rap-
tam, sanguine perfusam, ac mortua-
li colore pallentem. Constitit igitur
eamque tacitus attente observabat.
Postquam vero sensibus est reddita
eam seorsum evocat, mandatque in
virtute S. Obedientiæ, ut recenseat,
quæ in hac ecstasi sibi accidissent.
Ioanna uti germana filia, ei respon-
det, Domine, quemadmodum sane
nescio, fui apud classem nostrâ, cui
titulo

*Roche-
len*

*Admiran-
da Ioan-
na ecsta-
sis & an-
gor ob pe-
riculum
Cathol-
corum.*

*Et
vici-
eius
guitur
sua*

Ad Clas-
sem His-
panicam
miraculo
deferretur
Ioanna.

Et ad pe-
rissimum
eius san-
guinem
sodat.

titulo Generalis præfectus est D.
Franciscus de Azevedo, Patruelis
Rmi D. Erat is in mari paratus acie
cum hoste concurrere. Dominus
porro mihi ostendit periculum no-
strorum. Cumque vidissem adver-
sam aciem esse hæreticorum hosti-
umq; S. fidei nostræ, maiorē in mo-
dum fui exterrita, magnoque cum
angore ipsius oravi Maiestatem,
velit rem suam, nimirum S. Fdei
Christianæ, tueri ac protegere: ip-
sa etiam memet obtuli cum SS. eius
voluntate, pro tuenda eadem fide,
omnia illa sustinere tormenta quæ
eunq; SS. Martyres perpassi sunt.
Dum ego eam orationem fundo,
cœptum est prælium, vidique obti-
nuisse hostes victoriam, nostros
vero succubuisse. Tantus ergo mi-
hi supervenit angor, ut sanguinem
exsudarem, & nescio qui factum,
quod non expirârim. Ad extremum
tamen ob exortum in adversa par-
te dissidium nostri superiores eva-
sere: victoria tamen hæc divino mi-
raculo est obtenta. Hæc summa est
rerum, quæ in hac ecclasi mihi even-
erunt. Stupuit enim verò ad narra-
tionem istam Archi-Episcopus, quo
tamen in huius Navalis prælii rem
præsentem veniret, veritatemq; cer-
to cognosceret, scribit Patrueli suo,
qui eidem rursus in hunc rescripsit
modum. Res mira! Eadem prorsus
die, eademque hora, ut Rma Dom.
in suis memorat, tot undiq; per aëra
circumvolârunt globi, veluti si glo-
borum grando rueret. Ulterius item
totum prælii modum successumque
descripsit, eo prorsus ordine, iisdem-
demque circumstantiis, quibus no-

stra Christi famula Ioanna enarrave-
rat, ita ut fas dicere sit illam in hac
pugna egisse, quod Christus D. in O-
livetano horto. Profudit sua Maje-
stas sudorem sanguineū, huic super-
venere hostes sui, at vero is voce sua
omnes humi afflixit (Luc. 22. v. 44.)
S. Anselm. hic, Christus D. inquit, e-
rat supremo in agone, sudavit sangui-
nem pro suis, quod illi robur, vociq;
virtutem dedit suos adversarios de-
vincendi. Ita hæc Discipula eius Ioan-
na voce sua hostes fidei devicit, quia
vehementi ac lethifero angore pro
populo DEI sanguinem profudit.

Eodem ardore ac zelo, suâq; ista
potentia Deo ipsi vim suavissimam
inferebat. Toto unius quadragesimæ
tempore peculiare agebat pœnitentias,
pro hæresū extirpatione, & pro
universali prosperitate Ecclesiæ
Christianæ. Dum igitur isti suæ peti-
tioni perseveranter insistit, advenerat
4. feria seu dies Mercurii hebdomadæ
S. Dumq; vespere eius diei cū
D. Alphonso itēque D. Catharina de
Asperilla, suaque ancilla Magdalena
pergeret ad matutinū, ut a iunt tene-
brosum apud discalceatos audiendū,
evenit in angusta platea, quæ trans-
versim à S. Cosmæ templo ad colle-
gium S. Nicolai tenditur, ut famula
Domini cœperit tristari, tædere, fle-
re, gemere, ac tota angore corripri, cū
significatione ingentium pœnarum,
dolorum & cruciatuum. Præmemo-
rati verò ejus comites eodē prorsus
tempore senserunt suavissimū, om-
nesque mundi hujus odores atque
aromata fragrantia superantem odo-
rem, sic ut omnino arbitrarentur cæ-
lestē eum esse, deque cælo emissum.

T

Interea

Et Chri-
sto Domi-
no in eo
assimila-
tur.

RUB
36

*Mirabilis
Ioanna
ecstasis.*

Et visio.

Interea paulatim, lenique passu iter
promovent, donec ad magnum flu-
men subliciumque devenere pon-
tem, qui in alteram amnis ripam
transmittit. Illic joanna pectore su-
per tigna, quibus latera pontis mu-
niuntur se reclinavit, aitque: O mi
JESU! Quam ego sum lassā! Sinite
nos hic pauxillum quiescere: mansit-
que ita stans perinde ac in ecstasi ef-
fet posita, secumque ipsa loquebatur,
nemo tamen intelligere potuit, quid
diceret, ad extremum denique joan-
nam in proximum Discalceorum
templum detulerunt. Isti quoque
illa passa est deliquium. Mirabantur
oppidō cuncti & cogitabant
gravi causa hæc fieri non po-
tuisse, obrem confestim abiit D. p. non
sus, ut rem D. Archi. Episcopo nun-
ciaret. Advenit eadem adhuc vespe-
ra Præsul optimus ad invisendam
spiritualem filiam suā, & postquam
in S. Obedientia eidem præcepisset,
ut referret, quæ sibi eo vespere eve-
nissent, ait illa: "Domine, dum per
"angustam plateam incedimus,
"Christum D. N. hisce oculis vidi:
"gestabat humero crucem, facies ve-
"ro illi tota cruore maduit. Sequuta
"sum illum usque ad pontem, ibi
"præsentia sua Dominus aquam ita
"sanguine rubentem effecit, ut flu-
"men ipsam non aliud esse, quam
"sanguinis mare videretur. dum igi-
"tur ego sudorem eius, eius sanguine
"fatigationemque intueor, quodque
"Angelorum decor in tam calamitoso
"esset statu, valde cupide ac sitibun-
"de in spiritu me in flumen conjeci,
"eumque allocuta sum dicens: Do-
"mine, quid rei est hoc? ipsius vero

"maiestas velum capitis mihi remo-
"vit ab oculis tristitque obtutu est
"me intuitus, & simul ostendit, sic
"per id tempus tractari se ab homi-
"nibus. Dolor, quem inde percipie-
"bam, erat viribus meis importabi-
"lis, ideoque hoc mirū est, deliquiū
"animi me passam, sed mirandum
"mortuam me non esse. Obtuli ego
"me domino tantum, pro eius bene-
"placito perpeti, quanto mitigare is-
"tam, eique satisfacere possem. Nec
"abnuī is hanc meam oblationem
"suscipere. Nunc vero ego patior, ut
"ipsi est notum, sed fiat eius Divina
"voluntas. Ab eo tempore bis terve
in singulos dies linquebatur animo.
Quoniam vero totū id pro emolumen-
to Ecclesiæ Catholicæ sustinebat, id-
circo etiā omnes illos dolores & af-
flictiones constanti firmoque pertulit
animo.

Alia quapiam vice, dum coram
Crucifixi effigie consisteret, magno-
que angore, imo lethifero agone pro
Ecclesia Catholica Deum exoraret,
audivit elaram expressamque vocem
dicentem sibi. "Quid à me petis?
"Domine, respondet joanna, petitiō
"mea est, ut tu, o domine rem tuam,
"nimirum sponsam tuam Ecclesiam
"Catholicam intueri, curare, eique
"ubivis & in omnibus assistere velis.
"Quid postulas? iterum inquit Do-
"minus: Scisne quantum ego illi iras-
"car? An non malitia plenos vides
"hominum ætus & negotia? Quali-
"ter me impugnent perpetuo seque-
"nihilominus obtegant eminentiæ
"pacis pallio? Utuntur adversum
"me invisibilibus armis superbiæ,
"ambitionis, invidiæ, violentiæ ini-
"quæ

*Et deli-
quium.*

*Et satis-
factio pro
alienis
peccatis.*

*Christi
querela
de geo-
ris hunc
ni malis
tia.*

"quæ, proditionis, impudentis ne-
 "quitiæ, arrogantia, petulantia ac
 "temeritatis. Quid non vanitatum
 "excogitat vanitas unius vani homi-
 "nis? Quantorum est causa malorum
 "iniustitia unius iniusti? Quid non
 "temerat sædatque impurus homo?
 "Quantum non se attollit ceterosq;
 "omnes superbe despicit superbus?
 "Ubi locorum pauper & inops in
 "summa sua necessitate & indigen-
 "tia non derelinquitur? Ubi non su-
 "perbiunt divitum opes petulanti
 "libertate? Ubi non mendacia mag-
 "nifunt ac dilaudantur? Ubi non
 "contemnitur veritas, & velut abo-
 "minabile quid proculcatur? Quis
 "non videt stultitiam mortalium?
 "Eorum delicia ac voluptates confi-
 "stunt in falsitate ac deceptione, lo-
 "quuntur & conversantur mutuo,
 "& artificiose fallunt. Accusatio eo-
 "rum est ficta, cupiditas eorum est
 "tecta, atq; cerussata evitandi damni
 "pigmento. Diversas exterius indu-
 "unt formas, prætenduntque incon-
 "cessas indecentesque cupiditates
 "ac voluptates esse zelum, odium
 "occultum esse amorem, furorem
 "esse commiserationem, ô vana ho-
 "minum studia & curæ! O tempus
 "perditum, quod indignum est, ut
 "tempus vocetur. Folia mea, ob hæc
 "atque talia scelera integræ Monar-
 "chiæ ac Regna, quæ sane in cælum
 "iusque extulerant caput, pessumi-
 "re & disperiere. Quid itaque nunc
 "vis, & quid à me petis, post-
 "quam hæc omnia intellexisti?
 "Domine, respondet Sponsa eius
 "Ioanna, clarè nunc perspicio, quam
 "merito irascaris, quandoquidem

"culpæ nostræ usque adeo te offen-
 "derunt. Attamen reminiscaris ve-
 "lim, quod nos è terra formasti,
 "quod simus contemptibiles ceu
 "pulvis terræ, quod testea fragilia-
 "que vasa simus in vitri modum.
 "Quantum amabo immensæ glo-
 "riæ atque omnipotentia accersu-
 "rum sit honoris, si opus manuum
 "tuarum conteras? Peccant homi-
 "nes? Cogita eos esse miseros,
 "quorsum servit tua misericordia?
 "Cadunt homines? Labiles cadu-
 "cique sunt, quorsum servit tua
 "Omnipotentia? Offendunt te
 "homines? Fragiles sunt: quor-
 "quorsum tu clemens longanimis
 "ac benignus es? Si te non of-
 "fenderent homines, nec pœnam
 "mererentur, nec ex consequen-
 "ti miseratio tua tanti esset æsti-
 "manda. Præstare innocenti be-
 "neficio, est quidem liberali-
 "tas, at nulla miseratio. Dum
 "verò tu DEUS ac Domine mi,
 "scelera nostra quibus offenderis,
 "benigno miserationis affectu sup-
 "portas, tum enimverò elucet
 "pulcherrimus ille splendor abyf-
 "salis tuæ Bonitatis, tamque
 "infinita Omnipotentia magni-
 "ficè illustratur, nobilissimis
 "charitatis coloribus in æterna
 "idea ac exemplari Divinarum
 "perfectionum tuarum. Idcirco
 "Domine, quandoquidem tu es, qui
 "es, debet miseratio tua culpas ac
 "delicta nostrâ ignoscere. Et
 "en DEUS meus, ego ex
 "hoc loco non abscedam, ne-
 "que te deseram, donec postula-
 "tam criminum remissionem mihi

Respon-
 sio Ioan-
 ne ad il-
 las.

*Ioanna
hominum
Advocata
semper
causam
vincit.*

“adpromittas. Ego vero me vicissim
“offero ad omnia pro eis toleranda,
“quæ tuæ SS. collibuerint voluntati.
Hæc ubi peroravit Ioanna, ait illi
DEUS. “Filia mea, pro quantum
“tibi mortales obstricti sunt! Fiat er-
“go iuxta voluntatem tuam. perge i-
“ta sine intermissione pro homini-
“bus exorare, quos tam profundo è
“corde amo, ut si necesse foret, de-
“nuo pro eis sanguinem funderem.
Tali pacto pugnabat Ioanna ante
Divinum tribunal veluti alter Moy-
ses & Advocata humani generis, e-
vincebatque ad emolumentum mor-
taliū causam in supremo judiciali
foro. Curæ illi erat unicè, uti semper
Misericordia vinceret ac triumpharet,
neque tamen ullam iustitia causam
haberet conquerendi.

CAPUT XIII.

*Liberam dat Sor. Ioanna optionem Deus
elegendi aut gaudium, aut passionem, illa
vero pati eligit. Christus ei declarat Passio-
nem suam, & qualiter eam Ioanna
meditatione expenderit.*

Sponsa Divina in Cantico Cant.
casti sui amoris præstantiam
tum potissimum patefecit,
ac veluti obsignavit, cum à Sponso
Divino expetiit, ut fugiat, suamque
gratissimam præsentiam sibi subtra-
hat (Cant. 8. v. 14.) Angelicus Do-
ctor D. Thomas inquit (D. Thom. hic)
perinde fuisse ac si dixisset: Domine,
tu es fons atque origo omnis gaudii
& gloriæ, ego quoque tua præsen-
tia mire oblector, attamen oro, velis
nunc mihi gratiam istam subducere,

Malim ego, dum hisce terris vivo,
gratiâ habere tibi modo præstantis-
simo, nempe per cruce[m] & afflictio-
nem serviendi, quam tuæ fruitionis
felicitate nunc potiri. Hic ille supre-
mus est gradus altissima, tenerimæ
ardentissimaque dilectionis, quem
nostra Soror Ioanna fuit affectuta.
Dum ea quodam tempore in suo
moratur oratorio, atque orationi va-
cat, visendum se illi præbuit Chris-
tus D. cum duabus coronis, quarum
una aculeis penetrantibusque spinis
horrida, altera amœnis è floribus
coexta fuit. Hæc posterior pretio-
sior erat interstincta gemmis, qua-
rum quælibet maiorem circumqua-
que evibrabat splendorem, quam
Phosphorus seu Lucifer ipse. Intue-
batur Ioannam Sponsus cælestis
Divino suo plenoque Maiestate vul-
tu blande atque amicissime, & ait:

“Filia mea joanna, pro te harum
“coronarum est alterutra: aspice &
“bene intuere utramque atque pro-
“tinus illam elige, quam è duabus
“habere velis. Mi DEUS ac spon-
“se mi, reponit circumspecta Virgo,
“non te latet, me semper unice dif-
“cupivisse, ne mea in me, sed tua SS.
“voluntas impleatur. Quoniam ve-
“ro nunc tuæ voluntatis est, ut alte-
“ram è duabus coronis eligam, aio
“me floridam & adamantibus ful-
“gentem coronam non mereri. Si
“tamen Divina tua Maieestas mihi
“tam nobilem coronam quandoque
“donare velit, fiat velim id in illa
“vita, ubi eam ab immensa miseri-
“cordia tua consequi spero. Nunc
“verò, ô summum bonum meum,
“corona quam eligo, est spinea iux-
ta

*Christus
D. Ioan-
nae flori-
dam spi-
neam, et
offert co-
ronam,
è quibus
unam de-
ligat.*

*Christus
Ioan-
nae de-
lor-
suos
mer-
ta*

“ta maximum votum meum, quod
 “habeo in hac vita pro te aut pati,
 “aut mori. Ergone vis Sponsa mea,
 “inquit Christus coronari quemad-
 “modum ego sum coronatus? Age
 “igitur, cororam istam cape, qua ego
 “pro te coronatus fui. O prodigium
 “singulare ac mirum! Vix illa coro-
 “nam excepit vertice, & illico mens
 “illam ac ratio liquit, & extra se præ-
 “nimia cruciatûs acerbitate posita
 “fuit. Ab eo tempore isti capitis eius
 “dolores ad extremum vitæ finem,
 “tam intensi gravesque fuere, ut cre-
 “pitus illius crânii adeo clare exaudi-
 “rentur, velut si ossa illi contracta
 “comminutaque essent.

A tempore istius tam gloriosæ,
 licet admodum dolorosæ coronatio-
 nis, cogitabat Sponsam suam Joan-
 nam Christus vivum suæ sacratissi-
 mæ Passionis efficere simulachrum.
 Priusquam tamen sensibile in virgi-
 neo eius corpore sui formam impri-
 meret, in eius animæ tabella alte il-
 lam insculpere voluit. Itaque dum
 aliquando in sublimi contemplatio-
 ne constituta esset, Divina illi Ma-
 jestas apparuit & ait: “Sponsa mea,
 “ut ardentiore zelo ac fervore ad
 “patiendum pro me denuo anima-
 “re te valeas, animus mihi est è mul-
 “tis illis, quæ pro te sustinui, quæ-
 “dam tibi recensere. Inclina igitur
 “aures tuas, ad vocem meam, audi,
 “vide & contemplare. Primo qui-
 “dem sciendum est tibi, me crimina
 “mundi deflevisse proq; iis 72 200.
 “lacrymas profudisse. Ab institu-
 “tione Sanctissimæ ac Venerabilis
 “Sacramenti ex ingenti amore erga
 “mortalium genus, 97305. sanguinis

“guttas in Olivetano horto sudasse-
 “In sacro meo corpore 5465. vul-
 “nera accepi. In Divina cervicemea
 “ictus excepi 125. totidemque ore
 “colaphos. Tricies ac bis vultus mi-
 “hi est consputus, pectus bis ac
 “quadragies, caput octogies quin-
 “quies. Bis ac centies Sexagies
 “hac illac me impulsus protrusere,
 “concussere ac pedibus calcavere,
 “Super tibias 32. in pectus 40. mihi
 “dederunt ictus. Trina vice me cru-
 “delissime terræ affligerunt, barbâ
 “vero tentâ traxere 58. vicibus. In
 “spinea coronatione 300. capiti vul-
 “nera excepi, eque illis 81200. san-
 “guinis guttas profudi. Pro pec-
 “catis vestris ingemui suspiravique
 “nongentis vicibus. Centum ac
 “duos supra sexaginta lethiferos ti-
 “mores angoresque habui Lethales
 “verò pœnæ atque dolores, quos
 “pertuli fuerunt numero legionario
 “6666. Ex vehementi nimioque
 “dolore & angustia, quam sustinui
 “unde vigesies veluti mortuus fui.
 “In Sanctissimo corpore meo ictus
 “accepi 5500. Anima mea quasi à
 “corpore separata fuit 1mo in ago-
 “nia in horto, 2do ad columnam.
 “Trinis aliis vicibus dum cruci ac-
 “clavaret, & adhuc ter postquam è
 “clavis pependi. Prima illic vice
 “terra tremuit, alterâ monumenta
 “sunt aperta, petra scissæ, velum-
 “que à summo usque deorsum dis-
 “ruptum fuit. Tertia vice San-
 “ctissimam animam meam egredi
 “è corpore sivi, atque in manus Pa-
 “tris spiritum commendavi, proq;
 “salute hominû ignominiosissimam
 “mortem summa charitate oppeti.

T 3 Quis

Moxque
 animo
 deficit.

Christus
 Joannæ
 dolores
 suos enu-
 merat.

R III
 30

Quis iam debite poterit cogitatione expendere dolores, quos enumeratio hæc Divini Sponsi sui, in corde prætenere amanti matricis suæ conscivit. Tantus enim vero ille sensus fuit, ut Dominus ipse solari eam confirmareque debuerit, ne totaliter viribus deficeret. Ab eo die semper Christi Crucifixi viva imago cordi eius altissime impressa mansit. Confecit illa sibi è SS. eius Passione fasciculum amaræ myrrhæ, illumque inter ubera sua instar prædulcis confortativi cordialis gessit. Congesserat quoque ex hisce Myrrhæ floribus, veluti sedula sollicitaque apis, favum mellis proficuum ac salutarem ad refocillandum spiritum suum. Potissimum tamen studium eius in eo erat, uti semel quot hebdomadis totum Christi patientis inter, à Cœnaculo ultimæ cænæ usque ad Calvariæ montem meditatione percurreret; & quidquid quovis passu ipsius Maiestas est passa, cordis affectu foveret. Ea porro meditatio in hunc fiebat modum.

*Ioanna
modus
recolendi
Passio-
nem Chri-
sti.*

Die Jovis, seu feria 5ta horâ 6ta vespertina, conclusit sese nostra Sor. Ioanna in collectione totius spiritus sui. Et primo quidem peracto examine seu conscientie scrutinio, orabat Omnipotentem DEUM indulgeri sibi peccata per Passionem ac merita dilectissimi Filii sui JESU Christi, postulans ulteriorem gratiam favoremque variam eius, multiplicem atrocissimamque Passionem, quam pro nobis peccaminosis hominibus pertulit animo recolendi. Post hanc orationem ingressa est spiritu in Cœnaculum, ubi supre-

mum cum Discipulis cœnavit Christus D. contemplabatur illic, quem admodum postquam cœnavit Christus Dominus à cœnâ surrexit, vestimenta posuit, & linteo se præcinxit; tum verò, missa in pelvim aqua, cœpit lavare pedes Discipulorum & abstergere. Intuebatur Altissimum Numen sub cuius pedibus, seu scabella suppedenea, sese subsistunt Cherubinorum Principes, nunc piscatorum, imo ipsius judæ proditoris pedibus advolutum, atque ante eos in genua fufum. Admirabatur profundissimam Regis Regum & Domini Dominantium humilitatem atque abjectionem, & ex opposito obstinam duritiem infessi à Diabolo discipuli. In ea meditatione, accuratè inspiciebat undique proprium animæ suæ statum, qualiter nimirum ille in rei veritate subsisteret, agnoscebatque se longè deteriorem proditore judæ, quod equidem ansam ei præbebat amantissime deflendi suâ ingratitude, exiguamque satisfactionem pro tot Divinarum gratiarum muneribus.

*Lotio pe-
dum.*

Horâ 7mâ. Vespertina contem-
plabatur in spiritu Venerabilis Sa-
cramenti institutionem, in qua
Omnipotens nostrique tantopere
amans Majestas, Omnipotentie
dilectionisque suæ divitias patefecit,
post hæc auscultabat summoque
opere intendebat sermoni amabi-
lissimo, supremæque concioni,
quam ad suos Discipulos Dominus
habuit, dum nimirum eis præciperet,
ut diligant invicem.

*Institutio
SS. Sa-
cramenti.*

Hora

Oratio &
Agonia
in horro.

Horâ octava eiusdem vespere, præparabat se ad comitandum Dominum in hortum Gethsemani, perpendendo illam orationem, quam ad cælestem Patrem fudit. Ubi contemplabatur etiam mortualem illius angorem & agoniam: quemadmodum scilicet sensitiva pars, præ debilitate, mortis pavore teneretur, & ex adverso pars rationalis propenderet ad immolationem vitæ. Mœrebat igitur irremediabiliter super eius angustia & tristitia, sicuti & quod ita solus esset ac Discipuli somno tenerentur. Suscitavit exinde omnes potentias sensusque suos ad assistendum, præstandamque societatem Domino in solitudine sua & angore lethifero, instantissime orans, vellet Dominus eam sine re secum pati, atque in sociam participemque dolorum suorum assumere. Intuebatur cruentum Dominum suum quasi Argi instar undique oculis prædita, videbat sudorem sanguineum toto erumpentem corpore, atque in solum decurrentem, perpendens eo pacto ferrea peccatorum suorum vincula dissolutum iri. Eâ in contemplatione quodammodo colliquecebat, præ vehementi commiseratione cor eius, emittebatque ex oculis quasi geminos lacrymarum fontes: cogitans item animam suam esse sicut terram sine aqua arentem & siccam, cum perspiceret quemadmodum à cælesti sole sanguineus imber deplueret, curabat unice, ut rorem hunc cælestem Divinosque latices colligeret ac ex-

Sudor
sanguini.

hauriret, ad irrigandam & fœtificandam illis animam suam. In hac pia devotaque contemplatione perdurabat ab 8va usque ad undecimam noctis horam. Ab hinc spectabat judam, velut Satanicorum satellitum ducem in hortum Olivetanum introeuntem, atque in turgentis veneno aspidis modum, sub amicitia larvæ Christi vultui appropinquantem, Dominoque suo proditorium osculum imprimentem. Hic sistens recogitabat judam quidem semel duntaxat, se vero sæpe numero Dominum tradidisse. Ad hæc admirabatur vehementer spissam hominum stoliditatem ac dimentiam, dum per ludum & contemptum, vili pretio Deum suum licentur & vendunt, cum ex adverso tanti fecerit hominem DEUS, ut præciosum suum sanguinem pro eo profunderet.

Iuda osculum & proditio.

Circa 12. noctis horam maxima cum animi tristitia Dilecti sui captivitatem, & perinde atque is coram adesset intuebatur mansuetudinem innocentissimi Agnelli simulque Tartaream feritatem crudelitatemque sanguinariorum luporum, qui dominum invadabant. Contemplabatur istic, qualiter efferrabidique milites acceptâ licentia, maximo inconditoque clamore ac tumultu, veluti præda capta, in Servatorem irruerint, manusque illi, quæ cælos condiderunt, arcte vinxerint, atque post innumeras horribilesque plagas ac verbera ei incussa, summa cum ignominia, ceu consceleratorum caput, singularemve malefactorum caput, singularemve captivum abripuerint

Captivitas Domini.

puerint. Sequebatur eum sponsa eius Ioanna, cunctaque illius observabat vestigia. Dum itaque cernit eum sic ligatum subito raptum, Sacratissimamque eius faciem tumore sufflatam, colorem oris lividum ac palentem, pedes cruentatos, quodque ægro anhelitu iam caderet, mox assurgeret, tamque imbecillis viribus totusque desolatus esset, ut ferè iterum sanguinem sudaret, totum istud usque adeo calamitosum ac triste sponsæ Christi videbatur, ut simul omnes, & singillatim unusquisque cruciatu Dilecti sui, animam eius transfigerent. Recogitabat quoque vincula ipsius & catenas esse amoris vincula, ad astringendos Divino amori homines. Instantissima tum erat eius precatio, vellet idem Divinus amor, tam fortiter, tamque indissolubiliter eam vinculis, catenisque amoris Divino cordi suo adstringere, ut ne vel ad momentum ab eo avelli, vel, uti nocte illa eius egere Discipuli, eum deserere posset.

Vincula Christi.

*Statio 4.
pud Annam.*

Horà 1^{ma} noctis contemplabatur Dominum in Palatio Principis Sacerdotum Annæ: intuebatur eum coram isto impio Principe ac iudice sanguinario nudum pedes, revinctis post terga manibus, aperto capite, humili ac cælesti prorsus aspectu, demissis oculis consistentem, quodque iniustus ille iudex ex eo sciscitaretur de doctrina & discipulis eius. Ulterius aspiciebat quemadmodum ad irreprehensibile rationabileque Domini responsum, unus palmaris nequitiae, contemptusque mediæ ænis aut mancipium, manum suam protendit, ac summa vi horrendam

illi alapam infregerit, ita ut Dominus exinde in terram corrueret, usque sacrosanctum in roseo sui sanguinis purpurissimo nataret, atque in glorioso vultu, coram quo supremi Seraphini contremiscunt, diræ immanisque illius alapæ vestigia remanerent. Hic plus illa mirabatur singularem patientiam Creatoris, quam præfractam impudentemque audaciâ ac temeritatem impiæ nulliusque frugis creaturæ. Quid putas, o tu miselle ac putide terræ vermicule, aiebat illa ad se ipsam, DEUS pro te tantamque patitur ignominiam, tu vero ne minimum tui contemptum pro eo perferre potes? Exinde igitur pudebat eam impatientiæ suæ, firmiterque statuebat omnes obvientes contemptus & iniquas vilipensiones DEI causa libenter tolerare.

Ab hora 2^{da} usque ad 4^{tam} contemplabatur Dominum in Domino Caiphæ; intuebaturque summo suo dolore qualiter cæterus ille ac Synedrion Principum Sacerdotum, summâ curâ studioque falsa testimonia adversus Dominum conquirerent, ac demum universi conclamarent: Reus est mortis. Tum aspiciebat, ut illi Dominum pugnis cæderent, Divinumque vultum eius conspuerent, ut illi faciem velarent, perque contemptum duos ei colaphos impingerent, dicentes: Prophetiza nobis Christe, quis est, qui te percussit? Admirabatur hic quoque cæcitatem peccatorum, qui tam impudenter peccant, veluti si DEUS id non cerneret, neque esset scientia in excelsis

Alapa Christi inflata.

Statio in domo Caiphæ.

celso, aut scelus aliquod à DEI lumine abscondi posset.

S. Petri
negatio.

Hæc in ea contemplatione con-
sequebatur negatio Sancti Petri,
ad cuius gravem lapsum tota est
conterrita, & dixit: Quis non me-
tuat, si excessæ etiam Cedri ruunt?
Ah benignissimus DEUS velit nos
imbecilles fragilesque mortales tue-
ri! Recogitabat etiam, quam crebro
Discipulum istum in perfidia & ne-
gatione secuta fuerit, & quam parum
iam eum sectetur in pœnitentia &
contritione super peccatis suis,
quæ ille per totam vitam amarissi-
me desseverat.

Stationes
apud Pi-
latum &
Herodæ.

Ab hora 4ta ad 8vam usque i-
bat cum Christo ab uno tribunali
ad alterum, cumque audiret Pila-
tum crebrius iterantem, non ha-
bere se in homine isto ullam mor-
tis causam, cogitabat ipsa, sua pecca-
ta causam esse mortis DEI sui, aie-
batque summa cum contritione ani-
mi. O mi benignissime JESU!
Quid tibi cum morte negotii, aut
morti tecum? At verò nunc intelli-
go ô Domine: ego sum, quæ peccavi,
& tu es, qui pro me debitum solvis,
penasque luis.

Christi
flagellatio.

Ab hora octava matutina specta-
bat Dominum columnæ alligatum.
Sententia flagellationis, quàm
Pilatus invidi malevolique popu-
li sedandi clamores, sanguina-
riamque judæorum sitim restin-
guendi animo pronuntiavit, ingen-
tem cordi eius causabat dolorem
atque pavorem; atque ita in ex-
pectatione, donec iniqua illa sen-
tentia executioni daretur, in spiri-
tu intuebatur, qualiter scurrile

illud Licetorum Carnificumque ag-
men catervatim deorsum ad atriz-
um Prætorii decurreret, quod
iam confertissima populi turba
infederat, & quomodo coram
omnibus iuberent Dominum ve-
stimenta deponere, ipsique Do-
minum apprehendentes, magno
cum dedecore ac humanitate tu-
nicam juvarent detrahere, atque
ita toto eum nudarent corpore,
qui Cælos pulcherrime vestit & or-
nat; ac demum quemadmodum e-
legans delicatumque corpus illius
columnæ fortiter adstringant, mox
que totis viribus horrendas ei pla-
gas infligant, & primo quidem ni-
veum nitidissimumque corpus undiq;
lividum reddant ac cæruleum,
post verò incessanter innumerus di-
risque flagrorû ictibus vulnus super
vulnus inferant, sacratissimam
eius carnem dissecent, candidio-
ra pario marmore ossa denudent,
eaque roseo respergant sanguine.
Omnia & singula verbera ictusque
quibus Christi corpus dilaniatum
fuit, velut repercussam Echo
in corde amantis sponsæ redde-
bant vocem. Et quoniam dolo-
rem illum, nisi ægerrime joanna
portare non poterat; ad immane
istud carnificinæ satellitium con-
versa inquit: Ohe vos Tartarea in-
strumenta & Orci manus, ecquid
cernitis, quemadmodum istud So-
lis cælestis iubar in merum san-
guinem conversum est, Et quo-
modo non metuis? Hircanæ Ty-
gres & Hienæ miserentur Di-
vini huius corporis, quod specie
pulcherrimum, flosque humanæ
naturæ

V

naturæ

naturæ est nobilissimus, quæ nos absq; pudore ita discinditis, & in partes disseccatis. Quod si magnam vestram sanguinis sitim restinguere vultis, en disseccate cor meum, meque ad mortem usque concidite. Talem ego mortem à vobis grate excipiam, si modo Dilecto meo parcatis, ac vitæ meæ vitam ne adimat. Hisce aut similibus verbis prolatis, perpendebat qualiter à columna solvitur, totusque debilis ac viribus exhaustus per terram reptet suasque pauperes recolligat vestes. Hic Sponsum suum orabat Ioanna, ut nuditatem suam corde ipsius perinde ac syndone contegere, suumque sacrum sanguinem eâ abstergere velit.

Coronatio Christi.

Circa horam nonam contemplabatur, quemadmodum Sponsus suus coronaretur spinis, & quod peccata sua spinæ essent pungentes sacratissimum eius caput. Affabatur eum summo cum dolore ac pratenero affectu animi. O mi benignissime IESU, Rex floride ac Servator mi! Quam tu care exsolvis maledictum illud, quod in hominem pronuntiasti, quod nimirum terra spinas ac tribulos germinatura nobis esset. Video nunc quid tui causâ, atque ad coronandum dolorosissime caput tuum, spinis tribulosque protulerit.

Basulatio ac via Crucis.

A 10ma usque ad 12mam sequebatur Dilectum suum, peragebatque cum eo ac omni populo triste iter viæ crucis, quam ad propriam sui victimationem humeris deferebat. Hac in contemplatione præ exuberanti dolorum amaritudine famu-

la eius Ioanna linquebatur animo. Aspiciebat quam laboriosè Sponsus suus Crucem sibi suam bajularet, quamque male tunc haberetur: duplicabatur etiam illi dolor ob maiorem vehementissimum SS. eius Matris. Petebat à Regina Cæli Sor. Ioanna, uti sibi liceret in via crucis ei comitem se adiungere. Dum igitur ambæ in acerbissimo mentis excessu simul incedunt, advenit Salvator cum sua cruce. Spectabat Ioanna quemadmodum hæc duo corusca Cæli luminaria sibi mutuo occurrerent, præque nimio sensu doloris Sol cælestis Lunaque pulcherrima in suo cursu immote starent. Cernebat qualiter ambo radiis oculorum suorum corda sibi mutuo, speciali operatione transfigerent. Audiebat secum ad Filium dicere Matrem: O Fili mi, immensa tua erga genus humanum charitas, te mihi abripit ignominiosâ morte crucis, tuque vita mea derelinquis me in vita mortis, nec finis me tecum mori. Audiebat rursus, quod Filius ad matrem diceret: Quis te huc adduxit ô Mater cordis mei? Columba mea, Dilecta mea, ut quid huc advenisti? Plus enim verò ego sentio Materni cordis tui compassionem, quam propriam passionem, quæ corpus meum quidem atrociter excruciat, tua verò compassio penetrat animam meam. Denique intuebatur Ioanna, quo pacto mæstitia Virgineæ Matris cor Divini Filii sui, & ex æquo inenarrabilis dolorum perpeffio Filii, cor suæ Matris tetrâ caliginosâque nube compassionis operuerit. Ioanna porro

porro dolores utriusque acerbissimis deflebat lacrymis. Postquam verò vidit Matrem Filiumque nictantibus oculis invicem sibi valefacere, atque in via Crucis procedere, legebat eorum vestigia, orans interim pro suis benefactoribus, amicis & commendatis.

Crucifixio.

Ab hora 12ma ad primam usque pomeridianam, immersa erat contemplationi Crucis affixionis. Quem admodum videlicet Unigenitus DEI Filius duro stupiti crucis peracutis clavis affigebatur, quodq; perfida judæorum natio tali pacto Divinis eius beneficiis vicem redderet, talique gratitudine responderet. Hic expendebat Joana multiplicia, varia grandiaque mysteria, pariter Altissimum Sponsum suum orans, vellet eam secū ad lignū Crucis pretiosis sui timoris clavis acclavare.

Crucis exaltatio

Hora 1ma expendebat elevationem Crucis, cogitans Christum ita in Sancta Cruce extensum & exaltatum, velut signum nobilissimæ victoriae, quam de morte infernoque obtinuit. Conjecit etiam in Matrem oculos, videbatque illam simul cum Filio, interne ineffabilibus cruciatibus crucifixam, omniaque ea invisibili modo patientem, quæ Filius eius visibiliter sustinebat, rumpebaturque JOANNÆ cor, dum animo expendit horrendum Filii æque ac Matris supplicium atque tormentum. Ultra hoc auscultabat, quomodo cælestem Patrem suum precabatur Filius, velit inimicis suis ignoscere, sibi vero tanquam Discipulæ proponebat, ut similiter inimicis suis

veniam daret, malefactoribusque beneficeret.

Fel & acetum.

Hora 2da recogitabat animo, qua ratione Dominus felle acetique sit potatus, quoque amarus iste potus imago fuerit peccatorum; idcirco ipsa Majestati suæ omnia peccata sua, summā cum pœnitundine doloreque exposuit, humiliter ab eisdem absolutionem flagitans. Obtulit etiam Domino ad refocillandam eius sitim, propriam animam suam, considerans gravissimam sitim, qua is humanæ salutis causa acerbè torquebatur.

Defectio ac mors Christi D.

Hora 3tia pomeridiana aggressa est profundam quandam, totamque doloribus refertam considerationem. Contemplabatur qualiter supremus omnium Divinus iste Sol, sensim ad occasum vergeret, atq; aliquot vulnèrum millibus, veluti sanguineâ nube obtectus, sui cælestis splendoris radios Orbi subduceret, cursumque huius vitæ finiret. "O mi Divine Sponse! aiebat Sponsa eius "JOANNA, accipe me ad te super "stipitè Crucis tuæ, priusquā moriaris. Sine, acuti clavi tui configant "corpus meum, uti penetrant cor "meum. Sine me lateri tuo adhaerentem Crucique confixam tibi commori. Tu ô domine es anima vitæ "meæ: æquum igitur est, ut cum tua "morte, etiā vita mea finiatur. Domine; nihilne mihi respondes? Ah summū bonū meū! jam nunc deficit "lumen amabilem oculorum tuorum, qui meis lucem dedere. "jam sacrosanctum caput tuum

V 2 inclinans

"inclinās, supremum ut ducas hali-
 "tum, mundo valedicas, SSmumq;
 "Spiritus tuum in manus cœlestis
 "Patris tui tradas. O univēse or-
 "bis, quique terrigenā & filii homi-
 "num! Inclamo cunctis, quando-
 "quidem iactura hæc, hic agon, hic
 "dolor, pœna hæc singillatim con-
 "cernit universos. Confirma me, mi
 "DEUS. Tuum quippe divinum
 "adiutorium servare me debet, ne
 "præ doloris acerbitate moriar, dum
 "te vitam meam ante oculos meos
 mori video. Postremo tandem, dum
 joanna conspicit Sponsum suum
 mortem oppetere, illa etiam præ
 dolore remansit velut mortua. Ubi
 igitur morientem vidit Filium DEI
 suumque spiritum in Patris manus
 commendantem, ipsa etiam Ioanna
 in manus Christi sponsi sui, quo
 eum in omnibus imitaretur, com-
 mendavit suum. Petebat quoque
 ut omnibus terrenis affectionibus
 mortuum purumque spiritum suum
 reddat, atque ad id solum appeten-
 dum elevet, quod æternum est.

*Lateris
 apertio ac
 sanguinis
 & aquæ
 emissio.*

Hora 4. vespertina perpendebat
 Ioanna, ut milites advenerint ad
 frangenda trium crucifixorum ossa.
 Cum autem viderent Christum
 jam mortuum, non fecerunt eius
 crura, sed unus illorum absque ve-
 recundia, timore ac respectu Di-
 vine personæ, lanceâ latus exani-
 mati nitidissimi eius corporis ape-
 ruit. Expendebat illa hoc loco
 verbum illud, aperuit, quo D. Joan-
 nes Evangelista utitur ad significan-
 dum, quod gloriosum istud vulnus
 lateris Christi, sit velut porta æternæ
 vitæ ad aperta. Porro considerabat e-

tiam diversitatem vulnerum ani-
 mæ casti & animati vivique corpo-
 ris, quod nimirum vulnera viven-
 tis, quantumcunque lethifera sint,
 cum tempore, curatione adhibita
 possint sanitati restitui; mortui
 autem hominis vulnera, sanatio-
 nis & coalitionis prorsus incapacia
 sint aperta que perseverent. Po-
 steaquam ergo Joanna hanc vitæ
 portam vidit apertam, neque am-
 plius claudi posse, introivit can-
 dida hæc Columba intra penetra-
 lia, ad cor usque Sponsi sui pene-
 trans, atque illic suum ei cor dica-
 bat, donabat, ut cum eo pro suo Divi-
 no arbitrato agat.

Hora quinta vespertina con-
 templabatur depositionem de cru-
 ce. Hic tota JOANNA sata-
 gebat, ut animam suam in monu-
 mentum corporis defuncti Sponsi
 sui adaptaret. Tum descendebat
 cum eo deorsum in Limbum, ubi ex-
 pendebat immensum SS. Patrum
 gaudium, dum gloriosissimam
 Christi amicam conspiciunt Divino
 & supra splendorem Solis corusco
 fulgentem lumine, expectatæ du-
 dum suæ liberationis gratia ad se
 venientem. Hic præcabatur illa
 pro salute mortalium omnium, S.
 Matris nostræ Ecclesiæ Catholicæ
 prosperitate, nec non fidei dilata-
 tionem permanebat Ioanna apud
 B. V. MARIAM, societatemque
 præstabat desolata tristissimæque
 Matri, in sua mœsta solitudine.
 Hac methodo ac forma contem-
 plabatur amarissimam Passionem
 Serva-

*De cruce
 depositio,
 sepultura
 & in lim-
 bum des-
 censionem.*

Servatoris nostri perfecta eius imitatrix, Soror Ioanna à JEU MARIA. Inauditum tamen, prorsusque obstupescendum est, quod non solum Christi dolores in anima sua, sed etiam vitibiliter ipso, que actu ac re in corpore suo perenserit, uti sequenti Capite videbimus.

CAPUT XV.

Soror Ioanna in præfatis exercitiis, sensibiliter in corpore suo, idem patitur, quod Christus Salvator noster persensit in sua Sanctissima Passione.

IN Cantico. Cantic. à Sponsa suâ postulat Divinus Sponsus, ut se velut signaculum in brachio suo ponere velit. (Cant. 8. v. 6.) Iustus Orgelitanus ait (Iustus Orgel. hic) verba hæc esse verba Christi Crucifixi, qui è Crucis suæ Cathedra animas Sanctas Sponsas suas edocet, quemadmodum sese gerere debeant, ut charitatis earum præstantia excessive emineat. Hinc ait Christus, ut Sponsæ suæ in animas & corpora sua, veluti sigillum in mollem ceram se impriment. Et in animas quidem, dum amarissimam eius Passionem contemplantur; in corpora vero, dum ea mortificant, atque in illis pro eo pariuntur. Quis est, qui nobilem doctrinam istam luculentius adimpleverit hæc fidissima atque tenera eius amatrice Sponsa Ioanna. Supra tam immanes & concatenatos cruciatus, quos perpetiebatur

à marito suo, à malignis spiritibus, ac proprio à fervore, amabo, quis est, qui Christum Crucifixum ita in animam suam corpusque; ut illa impresserit? Multæ equidem JESU Christi Sponsæ amaram eius Passionem animabus suis impressere, eamque uti Ioanna sunt meditatae, at vero ut quæ sensibili modo sentiret id ipsum, quod Redemptor noster toto passus est corpore, tantumque sanguinis præ dolorum acerbitate, non una sed innumeris vicibus profunderet, an usquam sit visum, prorsus ignoro. Nihilominus tamen rarum hoc, nec visum aliquando prodigium, 20. circiter annis, singulis hebdomadibus evidenter nostra in sponsa Christi manifeste relucebat.

A feriæ quintæ seu diei jovis vespera, usque ad feriæ sextæ vesperam, erat prædicto modo in contemplatione suâ, iuxta ordinem locorum & mysteriorum Passionis charissimi Sponsi sui JESU Christi, sentiebatque dolores eius non in anima duntaxat, sed etiam in suo corpore. Patet hoc ex authentico instrumento desuper confecto, ac testimonio in forma juris ad instantiam PP. Discalceatorum exhibitio, quod cum aliis Originalibus documentis, custoditur asservaturque in Chartophylæo istius conventus S. Francisci in Urbe Burgo. Id in latinum sermonem translatum est ferè tenoris huiusmodi.

In nomine DOMINI, Amen. Anno 1617. Die Veneris seu 6tâ feriâ, prima die Novembris mensis, inter nonam & decimam horam

Miro quodam modo Christi dolores sensibiliter in corpore Ioanna patitur.

R III
30

ram matutinam in Urbe Burgenſi, in modernis ædibus Laurentii de Herrera Haro civis huius Urbis, in area campi suburbanæ, in uno parvo cubiculo primi ambitus, præſens comparuit R. P. F. Martinus de SS. Sacramento Excalceatus Calmelita, requirens me Licentiatum Didacum del Rio Eſtrada, Cathedralis Eccleſiæ in iam memorata civitate Canonicum ac Notarium Apoſtolicum, ut coram infra memorandis teſtibus, inſtrumentum ipſi authenticum, ſeu juridicum veritatis teſtimonium in optima, quàm fieri poſſet forma modoque, conficerem, ubi erat Sor. Joanna à JESU MARIA Conjux Matthiæ Ortiz civis huius Urbis, nec non à ſervitiis iam memorata Cathedralis Eccleſiæ, atque ut ad vultum eius attenderem, qualiter nimirum in eo viſibiliter appareret, quod ab interioribus oculorum eius, per eorundem ſinus paulatim bona ſanguinis pars eſſuaret, & quomodo idem ſanguis eius ficcatur, veſtigiumque ſui in modum quaſi cicatricis à vulnere, relinqueret. Uterius dicebat iſi mihi, ut coram eidem teſtibus intuerer, quo pacto ex auribus ac ore etiam multum ſanguinis profluere, ita ut cervicis tegmen inde madeficeret, prout etiam in veritate illud oculis meis vidi & contrevi. Anterius in eodem velo multum erat ſanguinis, qui tamen tam rubicundus haud erat, quam ille in facie, eo quod forſitan à Saliva color dilutus fuerit, quæ ſimul cum ſanguine profluere.

Ioanna
 per oculos
 ſanguinẽ
 emittit.

Item ex
 auribus
 ac ore.

Et iſtud egomet ſemel, iterum ac tertio conſpexi, dum prædictus P. Martinus Sor. Joannæ à ſacris Confeſſionibus mihi ac infraſcriptis teſtibus lumen præferret. Duravit hoc ab hora 9na matutina tribus circiter horæ quadrantibus. Videbantur ſimiliter in oculorum ciliis minutæ aliquot ſanguinis guttulæ, in roſis ſupra flores deſapſi modum, cernebamusque quod hæc ſtillulæ in faciem eius deciderent. Totum ego id in rei veritate prætactis trinis vicibus conſpexi. Porro ante memoratus P. F. Martinus à SS. Sacramento rogabat, ut de his ipſi teſtimonium redderem, orabatque Ioannem de Huar-te Aſtoyca, atque Laurentium de Herrera Haro cives Urbis huius, ut eſſe teſtes velint, ſic ſe iſta oculis conſpexiſſe, uti & me ſimiliter rogaverat, ut iſta inſpicerem. Poſtquam autem ego decrevi tota die illic perſeverare, ut & de reliquis, quæ ſuo quæque tempore viſurus eſſem, quod ille pariter expetierat, teſtimonium darem, prout horà 10ma eiufdem diei vidi una cum teſtibus memoratis, qualiter Sor. Joanna à JESU MARIA, eodem adhuc loco poſita in genua procubuerit, eoque ſitu aliquanto tempore perſeveravit, profunda & reverenti admodum inclinatione per intervalla corpus ſubmittens, quarum in univerſum 4. fuere Deinde cum Joanna genibus nixa aliquanto plus quam duos paſſus progreſſa fuiſſet, ita genu flexa ante Crucis, quæ illic aderat, pedem conſtitit, dextro brachio fune catenaque revincta; ſtabat

'stabatq; eo loci fat diu gemebunda
 'ac querula, velut is qui nimis dolo-
 'ribus torquetur. Edebat quoq; sub-
 'inde cranium eius, valde gravem
 'crepitum, verum istud non diu du-
 'ravit. Posthæc sic genibus nixa
 'Crucem humero imposuit, atq; ita
 'super genua reptans, per cubile il-
 'lud aliquantum progressa fuit. præ-
 'dictus verò P. F. Martinus illi bis
 'terve injunxit, uti ne ultra proce-
 'detet, eoq; loco mox crucem depo-
 'suit. In hisce stationibus suis per-
 'mansit fere usq; ad 1^mum quadran-
 'tem post 12^mam meridianam; post-
 'q; illud protinus animus eam liquit.
 'quo in deliquio ultra 3^{tiam} pome-
 'ridianam perduravit. Postquã
 'verò ad se rediit, querulos iterum,
 'ut ante, edebat gemitus, captaque
 'manibus cruce à pariete illa amo-
 'vit. Sretit itaq; crux illa medio aëre
 'sine ullius detentione, sed neq; ge-
 'nibus eam suis tenebat. Atq; ut id
 'totum videri eo luculentius posset,
 'prælucebat mihi P. Martinus lumē
 'quod manu gerebat, semel atq; ite-
 'rum monstrabat, hortabaturq; ut
 'intentis inspicere oculis, quemad-
 'modum crux sola, intacta, infima
 'sui parte solo insisteret, neq; ullius
 'manibus sustentaretur, sed arrecta
 'staret, ita ut prorsus summæ esset
 'admirationi. I. e. ipsūmet peculiari
 'cura studioq; inspexit P. F. Ioannes
 'à S. Elisæo Prior Carmelitarum bis-
 'calceatorum, huius loci. Inter 3^{tiam}
 'circiter & 4^{tam} horam præfata Io-
 'anna à Iesu Maria illi cruci fuit ap-
 'pensa extra se abrepta manens. De-
 'hinc sufflavit in eam illius Confes-
 'sarius, à quo flatu illa sese una cum
 'cruce movit, in aëre perinde flui-

'rans ac foliū arboris, quod à vento
 'moveretur. Eandem sufflationem e-
 'didit etiam præmemoratus P. prior
 'in eius faciem, ac retrorsum ad oc-
 'ciput, & ad unum latus, cuius rei e-
 'tiam à me testimonium expetiit,
 'P. Franciscus Martinus. Posthæc
 'illa retrocessit aliquantum ad unū
 'crucis latus, humiq; se prostravit,
 'vulu suo manui dextræ incumbens,
 'quasi querula & ingemiscens. Sæpe
 'memoratus P. F. Martinus accep-
 'to lumine longiuscule ab ea illud
 'præferbat. Ego vero & Ioannes
 'de Huarte propius accessimus,
 'ut intueremur, quid ageret. Vidi-
 'musque cum illa se erigeret faciem
 'eius totam puram, sanguinemque
 'omnem, qui ante ex oculis ac ore
 'profluxerat, evanuisse, excepto
 'permodico ad dextram narē,
 'Dum vero rursus illa in excessu
 'esset, ad lumen conspeximus fa-
 'ciem eius mire collucere, pote-
 'ratque lux ea in prædicti cubiculi
 'foribus videri. Factum est hoc
 'post quartam cum dimidia horam
 'vespertinam, & continuo cæpit
 'eodem modo ac via procedere
 'absque cruce, qua mane illam por-
 'tando processerat, ad horam usque
 'circiter quintam. Dehinc iterum
 '4. profundas admodum fecit incli-
 'nationes, accepitque duos pul-
 'vinos, & deportavit eos ad sca-
 'bellum quoddam suppedaneum,
 'unde illos mane hora 10^{ma} ab-
 'stulerat, è quibus unus erat te-
 'pens ac semicalidus, mireque
 'suavem ex se odorem diffuderat.
 'Dum igitur sæpedicta Ioanna
 'prædicto scabello mansisset incum-
 'bens

Vide ite-
 rum hic!
 quid ad-
 mirandū.

Cranium
 eius ere-
 pat.

Crucem
 bajulat
 & ad O-
 bedientie
 præcep-
 tum cum
 ea sistit.

Vide hic
 suspendū
 quid.

Ioanna
 invisibiliter
 cruci
 affigi-
 tur.

RIII
 36

Ioanna
ad se re-
dit.

bens, inter 5. & 6. vespertinam,
interum ad se rediit, cepitque velut
plena doloribus valde dolenter
suspirare dicens: Ah mi IESU!
Toto illo ab hora nona usque ad
hoc tempus intervallo, nunquam
est locuta, & tametsi quis eam al-
loqueretur, nullum tamen signum
sensus ullius edidit, nec auditu, ne-
que loquela, aut aspectu; Sed to-
tum id, quod nos audivimus, erant
duntaxat gemitus ac singultus.
Quoniam verò nox iam incubue-
rat, & P. F. Martinus à Sanctissi-
mo Sacramento abire inde necesse
haberet, iterato me requisivit, ut
quandoquidem tota illa die præ-
sens istic affuissem, velim ei omni-
um, quæ vidi publicum testimoni-
um dare, quod similiter à Ioanne
Huarte ac Laurentio Herrera fieri
expetiit. Igitur ego Lt. Didacus
el Rio Estrada, huius Cathedralis
Ecclesiæ Burgensis Canonicus,
atque Notarius Apostolicus, ut
præfertur, testor, quod omnibus
quorū hac in attestatōne sit men-
tio, præsens interfuerim, omniaque
illa suis horis, & prædicto tempore
agi conspexerim, atque ita publi-
cum hoc testimoniale instrumen-
tum proprii nominis subscriptione
sigillique appensione munitum
exhibuerim ad instantiam præfati
P. F. Martini à SS. Sacramento Ex-
calceati Carmilitæ, ac Confessarii
memoratæ Ioannæ à IESU MA-
RIA, præfati Matthiæ Ortiz con-
iugis, unaque rogati ad hoc requis-
itique testes Ioannes de Huarte
Astoya, & Laurentius de Herreta
Haro Cives huius Urbis, die, men-

se, & Anno pro ut sup. initio litte-
rarum est memoratum.

In fidem

Lt. Didacus el Rio
Estrada Not. A-
postolicus.

Ex hac attestatōne, sicut & iis,
quæ subinde famula D. Ioanna Pa-
tribus suis Spiritualibus patefecit,
clare elucescit fides veritasq; huius-
ce capitis. Neque sane mirandum,
quod mulier fortis, qualis Ioanna
nostra eisdem in corpore suo dolo-
res pertulerit, quos Christus D. &
Servator noster sustinuit in suo. Si-
quidem naturæ nostræ imbecillitas,
auxilio ac virtute gratiæ divinæ sub-
nixā permultum sane potest. In quo-
dam Hispaniæ loco Guardia nomi-
ne, proxime ad Toletanam Urbem,
temporibus Ferdinandi Regis Ca-
tholici, octenne puerum, Christo-
phorum nomine, Mauri cœpere, at-
que in eo universam Salvatoris no-
stri passionem renovârunt. Omnes
omnino patientis Christi cruciatus
juxta eorum ordinem ei intulere:
puer quoq; singula incredibili forti-
tudine, heroicoq; prorsus ac invi-
cto pertulit animo, præterquam
quinq; flagrorum ictus, quos super
numerum plagarum Christi ad co-
lumnam revinctus exceperat, ad
hosce postremos quinq; verberum
ictus ingemuit, atque amarissime
flevit, cum tamen nullum ad alios
doloris in licium ediderit. Idem
prorsus patrârunt perfida infestaque
natio judæi in Gallia, in puerulo,
cui Richardus erat nomen, tempo-
ribus Philippi Augusti Regis, qui ea
de causa universam Iudæorū gen-
tem

Mira-
clennis
puerif
tudini
perferen-
dis ad
Christi
modum
cruciat-
bus.

Ad pe-
strem
tamē
ictus,
Christi
plagati
numeri
supera-
vère in-
geni-
tem

Item alii
3. à Iudæis
crucif. xi.

Non ta-
men isti
& alii
omnes
martyres
eodem
modo tor-
menta
sensere.
Et cur?

gentem Regno ejecit, debitis prius de nefariis plagariis atque latronibus supplicis sumptis. In Anglia similiter diversis temporibus locisque geminos Christianos pusiones, quorum alteri Hugonis, alteri Guilielmi nomen fuit, judæi crudeliter crucibus affixerunt. (Hist. Angl.) Hisce pupulis eadem prorsus supplicia, tormenta, mortem denique ipsam, quam Christus Servator orbis olim à progenitoribus eorum pertulit, intulere. Haud tamen putandum est, parvulos hosce Martyres tam atroces, tamque acerbo cum sensu doloris ac Christus ipse cruciatus persensisse, siquidem in hoc sensu universi etiam simul sumpti Martyres, longe abscire à sensu illo & excessiva cruciatuum acerbitate, quam supremus iste ac Divinus pertulit Dominus. Imo namque sicut omnium fuit pulcherimus, ita etiam cunctorum filiorum hominum erat tenerimus & delicatissimus. 2do & principaliter, quia omnes Martyres, qui DEI causa patiuntur, eius Majestas peculiari adjuvat auxilio, eosque amore sui adeo inflamat, & gratiam S. Spiritus tam copiose largitur, ut omnia singulaque tormenta, quantumcumque gravia sint atque immania constanter perferant. At vero Humanitas Christi Salvatoris nostri tale auxilium experta non est; sed Divinitas tantisper sine solatio Christum atque adiutorio dereliquit, qui videlicet eo pacto cunctos Sanctissimi Corporis atque benedictæ animæ dolores in sua consummata perfecta que amaritudine persenti-

ret, atque idcirco minima quæque penarum Christi maior erat acerbiorque, quam universæ simul pœnæ ac supplicia omnium simul Martyrum. In hac comparatione fas equidem nobis est dicere, quod fortis hæc mulier Ioanna singulari sit auxilio roborata, ut suis in exercitiis idem sentiret in se, quod sensit ac pertulit Christus. Quod vero eius cruciatus tam atroces acerbique fuerint, ipse Christus D. quadam feriâ 6tâ seu Veneris die eidem patefecit, tum Sponsæ suæ, humeros onustus Cruce totus debilis ac fractus oppletusque doloribus apparuit; tumque ad eam conversus, tristissimâ voce inquit: "Juva me Filia mea, juva me. Spectaculum istud ac verba famulæ illius cor usque adeo penetravere, ut exinde anima eius veluti spiculo icta sauciataque fuerit. Postquam vero sibi reddita spiritum recepit, continuo Christi vestigia cepit insequi. Tum subito conspexit Divinam ipsius Majestatem nudam in cruce pendentem, audivitque hisce se alloquentem. "Filia mea, si unicum peccatum mortale omnes mihi Passiones meæ dolores renovat, quid tot atque tanta facient, quæ in singulos dies contra me perperantur? Ne graveris, sponsa mea, sociam te mihi in Passione mea præbere. Mitesco ego atque concilior mortalibus, dum graves tuos dolores intueor, quos ob amorem mei toleras. Soli unig; mihi cognitum est, quantum ego pro vobis mortalibus pertuli.

X Ille

R III
3-0

• Ille idem ego solus unusq; sum, qui
 • tecum dolores istos patiōr, tibi que
 • pariter ad eos ferendos vires tri-
 • buo. Novi probe, quid, quantum,
 • qualiterque pateris. Tua etenim
 • imbecillitas excelsā gratiæ meæ
 • virtute corroboratur. O dulcis
 • IESU vitæ meæ! Respondet Spon-
 • sa eius Ioanna, quid agis summum
 • bonum meam? Mi crucifixe Deus,
 • quid ais? Quandoquidem tu pro
 • me tam multa tulisti, quid oro, est
 • illud, quod ego pro te patiōr? Si a-
 • nima mea, quæ te Dominum &
 • DEUM tuum adorat, ad menlu-
 • ram debiti, quo tibi est obstricta,
 • pati deberet, tormenta profectō
 • deficerent, quibus hoc meum cor-
 • pus excrucians foret. At Do-
 • minus nullo adhæc ei responso red-
 • dito videri desit. Satis nihilominus
 • ad intelligendum verbis suis delit,
 • quod hæc Sponsa eius veluti disci-
 • pulus eiusdem Lucas, mortificatio-
 • nem Passionis eius Crucemque ju-
 • giter in suo corpore ad eiusdem no-
 • minis gloriam, amoreque illius por-
 • taret.

CAPUT XVI.

*De gratiis ac favoribus, quos Rex atq;
 Regina Cælorum cum universa Cælesti
 curia, tam ante, quam intra, & post per-
 acta prædicta exercitia Sor. Ioannæ
 exhibuerunt.*

Ostentum illud visumque, quod
 S. Ioannes Evangelista, in sua
 Apocalypsi (c. 5. v. 6.) recen-
 set, totum est admirabile ac myste-
 rius refertum. Vidit, ut asseverat ipse,

portam in cælo apertam perq; eam
 patentem inspexit totam cælestem
 curiam maximo iubilo & exultatio-
 ne concinentem, singularique celes-
 britate festum agentem ad honorem
 Agni, qui illic astabat, gravissimiq;
 supplicii occisus fuerat, & quidem,
 ut idem Ioannes inquit, occisus ab
 origine mundi. Agnus ille iuxta Au-
 thorum expositionem, est Agnus
 DEI, qui pro nobis est in Cruce
 mortuus: sic ut ab origine mundi,
 usque ad hanc D. Ioannis visionem,
 Cæli Cives & incolæ exultabundi
 gauderent, plauderentque de Pas-
 sione Christi Porro notum est mun-
 di originem longe Divini huius Agni
 Passionem antecessisse, visumque
 istud S. Ioanni sat longe post Chris-
 ti Passionem oblatum fuisse. Unde
 perspicue colligitur, triumphantem
 Civitatem Cælestem Hierusalem,
 generositatem invictumque Christi
 animum festivo plausu celebrasse,
 atque cum ante eum etiam post ean-
 dem passionem veneratione profes-
 cutam. Hoc equidem mirum non
 est, quin potius magnum est mirum,
 quod idem jubilantium applausus,
 qui DEI Filio exhibebatur in cælis,
 Divina ordinatione etiam Ioannæ
 suæ sit exhibitus in terris. O rarum
 singulareque prodigium! Ante pas-
 sionem Sor. Ioannæ, uti & intra &
 post eam, Christus D. SS. eius Ma-
 ter, una cum SS. Electorumq; Dei
 agmine Ioannam nostram invise-
 runt, ei astiterunt, eam confortarunt,
 animaruntque.

Ante Sor. Ioannæ passionē com-
 plures cælitum Chori ad eam e cælo
 advenerunt ad precandum cum ea,
 hoc

hoc ordine ac modo. Christus D. & gloriosissima eius Mater, una cum ingenti spirituum Beatorum Electorumque DEI numero, ingressi sunt Ioannæ Oratorium. Utraque Maiestas, Christus videlicet ac SS. eius Mater, super geminos eminentes thronos confedere. Aulici cœlestes duos pariter formavere Choros, hac illacque in partes suosque divisi ordines, Ioanna porrò inter se statuere mediam. Tum signo à Christo D. dato orsi sunt cum ea horas Officii Bmæ Virg. MARIÆ dicere, talibus cum intervallis seu pausis, tantâ cum devotione ac reverentia, veluti si totus Seraphinorù Chorus in Ioannæ Sacrarium ad colendum celebrandumque laudibus Deum, ac SS. eius Matrem de cœlo descendisset. Replebatur interea domus tota suavissimo cœlestiq; odore, quasi ædes illa in cœlestem esset conversa Paradysum. trahebantur odore isto ut sponsa in cantico, domus incolæ, accedebant ad Ioannæ Oratoriū, ubi per januæ rimam fragrantia illius originario effluxu fruebantur. Audiebant quoque verba quædam, & concordem vocum Cœlestium Civium harmoniam, clare etiam liquidoque perciperet sensu ac dignoscere poterant, qualiter per choros partitim alternatimque, iuxta Cœnobiticum ordinem, præces illæ maxima pietate exsolverentur. Stupebant autem omnes & mirabantur, cum certo scirent neminem alium in Sacratio præter unam Dominam suam esse. Quoniam vero magnificiebant eius virtutem, facile sibi persuasere cœlestes Genios,

aliosque DEI electos cœli indigetes cum ea comprecari. Homo, inquit Clemens Alexander, in cuius corpore Patientis IESU Christi Servatoris nostri dolores impressi sunt, est velut dulce canticum ac iubilus in auribus DEI. Talis homo erat Ioanna nostra in suis exercitationibus, in quibus dolores ac supplicia Salvatoris nostri perpessa est, talique pacto singularem acceptissimumque divinis auribus edebat concentum, quod fiebat tunc, cum horas caneret. Ut verò eas etiam exterius perdisceret, ordinavit Deus, ut cœli cives cū Sponsa sua eas recitarent.

Quando item in passione sua constituta erat Ioanna, quod fiebat sextâ feriâ, Divini etiam favores haud paulo erant majores, uberioresque. Aderant ei patienti toto tempore Gloriosissima Cœlorum Regina cum Sancto Joanne Evangelista, Maria Magdalena, alitque Sanctis, & postquam Ioanna, præ nimia dolorum acerbitate, sanguinem suum ingenti copia exuberanter profudisset, Benignissima Cœlorum Regina super pulvillum unum confedit, filiamque suam Ioannam in sinum accipiens, sanguinem illi abstergebat, vultumque emundabat, ita ut posthæc purus, venustus ac refulgens evaderet. Post passionem eius exultabant ob reportatam victoriam cœlorum indigenæ. Accidebant sexus utriusque Sancti, ut cum ea pariter laterentur ac plauderent, promittebantque suam ei in vita societatem, & comitatum, in morte assistentiam. Extollebant encomiis magni-

Patienti
Ioanna
adest Vir-
go M. a-
liq. SS.

Eidem
sanguinẽ
abstergit.

Cum SS.
Officium
B. V. M.
recitat
Ioanna.

Miro inde
odore do-
mus tota
eiusq; in-
cola re-
plentur.

nimitatem eius Angeli, spondebantque se contra spiritus Tartareos eam ubique defensuros. Suprema porro totius universi Regina, complectebantur amantissime filiam suam Ioannam, agebatque cum ea, veluti peculiari Christi Filii sui sponsa: tum gratias etiam habebat Ioannæ, pro tam atrocium dolorum tolerantia, quod equidem Regina cæli faciebat magna cum significatione amoris, neque vero supersedit ad maiora adhuc perferenda filię suæ animos addere; ad extremum sua eam communiens benedictione. SSma Trinitas specialibus Ioannam favoribus ac benevolentia in sublimē profusus extulit. Et quidem Pater æternus eam agnoscebat filiam, Filius Sponsam, Spiritus S. dilectam amicam suam. Pollicebatur Pater Filiam suam Omnipotentia sua se confortaturum, Filius, sapientia sua illuminaturum, Spiritus S. amore suo inflammaturum. Omnes denique tres Divinæ Personæ concordarunt ad honorandam hanc suam Creaturam, ac donis gratisque largè ac munifice cumulandam. Erant Ioannæ dolores atque cruciatus in præfatis exercitiis usque adeo immanes & acerbi, ac si fatales supremiq; essent. Destituebatur exinde cunctis sensibus: remanebat cæca, surda, muta, debilis totoque veluti fracta atq; comminuta corpore. Quoniam ergo Divinus amor tam excellenter in hac Christi Sponsa eluxit, quis negare auit vicissim Divinum Sponsam amantissimam Sponsam suam tantis tamque sublimibus gratiis cumulasse? Maius profecto est miraculum,

A SS.
Trinitate
maximis
cumulatur
donis.

tam ardens Divini amoris in corde humano incendium, quam collatio tam singularium donorum, quibus prælarge Sponsam suam ditare DEUS est dignatus, quandoquidem suapte sponte propendet ad beneficiendum mortalibus. Vidit Prophetice oculis suis Dominam nostram Virginem MARIAM in cælo David, indeque Ps. 44. ait, quod veluti Regina assistat à dextris Filii sui, in vestitu deaurato circumdata varietate, idque tam honorificum præmium ei datum est, inquit S. Abbas Isaac (*in alleg. Tilm.*) eò quod erecta steterit sub Cruce, Christi que sit Passionem contemplata, cunctos item amantissimi Filii sui dolores in anima sua persenserit. Sor. Joanna omnibus & singulis ferius 6tis, seu Veneris diebus, per totum annum, totis 24. horis Passionem doloremque DEI sui ac sponsi meditabatur, & cum in anima tum corpore cruciatus Christi sentiebat. Quid igitur mirum, quod Bonitas Divina suam secum patientem Sponsam ad prædictum modum honorarit? Profecto si rem ad Solem inspicere, sanoque iudicio expendere velimus, luculentius Divina elucet Omnipotentia in operibus, quæ JOANNA pro DEO patravit, quam in favore atque gratitudine, quam infinita eius Bonitas postmodum Sponsæ suæ exhibuit.

In sanctis hisce exercitiis complura etiam occulta rerum nostræ Sorori JOANNÆ manifestabat DEUS. Joanna porro, hæc potissimum

Joanna
pallas spi-
ritu Pro-
pheticæ.

num in materia, tam cauta taciturnaque fuit, ac si nihil omnino nôisset. Multa illa loquebatur cum DEO, at parum de DEO. Nihilò tamen minus Maiestas eius in quibusdam peculiaribus occultisque casibus, Propheticum illius Spiritum palam facere voluit. Die quapiam cum in templo esset, vidit quendam Nobilem, dissolutum effrenemque juvenem illic cum quibusdam mulieribus stantem, & sermunculos miscentem, ita ut & ipse rei Divinæ rite non intenderet, & aliis in devotione impedimento esset. Obvium eum Sor. Ioanna habuit in foribus templi, iam egredi parantem, aitq; ad eum: Domine N. attende animæ tuæ, quoniam mors ostia pulsat, propeque adest. Ita prorsus evenit; postridie quippe insperato è scena ac spectaculo repente abrumpeus vitæ scenam, delatus est domum mortuus. Ajebat etiam Ioanna, casum hunc luctuosum tristemque omnino fuisse. In Carmelitarum Cœnobio Religiosus quidam F. Hieronymus à S. Elifæo nomine, æger à pestilenti anthrace magnopere urebatur & angebatur. Petitum est à Sor. Ioanna, ut Religiosum illum suis precibus DEO commendaret. Dum igitur pro eo exorat, ait ad eam Divina Maiestas. Certa esto eum è morbo isto mortem non appetiturum. Adeo contenta responso isto fuit Ioanna, ut omnibus, qui metuebant ne inde moreretur, responderet; Confido in DEO, illum è malo isto haud obituum. Eo tamen deventum est, ut æger sacro ad supremam luctam oleo

Juveni
petulanti
subitam
prædicie
mortem.

Et mori-
bando
valetudi-
nem &
viam.

ungueretur, nemoque non sibi persuaderet, eum certo tamen morituum. Judicatum quoque Joannæ fuit, ægrotum illum Religiosum in suprema necessitate versari, velle igitur eum DEO commendare. Subrisit ad hoc nuncium Joanna, certa nimirum Divinæ sponsonis verbum impletum iri. Ad instantiã tamen eorum, qui aderant, Sacrarium suum ingressa, pro infirmo illo DEUM deprecabatur. Inter orandum autem apparet ei D. Mater Theresia aitque Filia, verbum, quo tibi postulationem addixit. D. meus JESUS Christus, dum pro hac vice securam te vitæ illius reddidit, omnino implebitur, ideoque non est, cur ultra solliciteris. Ita factum est. Brevi siquidem meliuscule habuit, ac demum ex integro levatus malo revaluit.

D. Archi-Episcopus Ferdinandus de Azevedo iter quandoque inierat ad montes. Quoniam verò famula D. Joanna plurimum ei erat obstricta, non intermisit preces ad Deum fundere, ut eum servare, salvum incolumemque domum reducere vellet. Dum igitur nocte intempesta in Oratorio suo esset proque illo precaretur, audiit Dominum ad se dicentem: Cras Archi-Episcopus navem est conscensurus, procellam ac tempestatem patietur, nullum tamen adidit periculum, eo quod illum infantem JESUM secum vehit, quem illi dedisti. De hoc Infinitulo IESU agimus Lib. 3. deque eo ingens miraculum recensetimus. Divinæ huius denunciationis causã totam illam noctem egit magnopere

re sollicita Christi ancilla. Mane ad-
venit D. Alphonsus Marcos, more
solito ad Carmelitas viæ comes Io-
anna futurus. In itinere ait ad eum
Ioanna: Utinam D. Archi-Episco-
pus à magno hodie abesset discrimi-
ne! Quomodo, respondet D. Al-
phonsus, curam hoc dicis? Ego
hoc dico respondet Ioanna, si forte
se mari hodie committeret, quoniam
sæva bellua est mare. Compertum
deinceps fuit, quod eadem profus
die præmemoratus D. Archi-Ep-
navem conscenderit, atque ab Oz-
meyo solvens, ad S. Andream navi-
gavit. Et quamvis dies illa sereno ri-
deret Jove, vix tamen cœptâ navi-
gatione in altum processere, cum
ecce subito insanæ fluctuum moles
cælo minitabundæ insurrexerunt.
Non solum D. Archi-Episcopus
cum suis, verum ipsi etiam Nautæ,
tametsi rei maritimæ admodum pe-
riti, trepeditavere. Velis illi anten-
nisque accurate prospexere, clavum
solicite observarunt, omnes denique
nauticæ artis regulas ad unguem ex-
hausere, at quia videbant, neuti-
quam sedari tempestatem, nec aëra
serenari, ventos non ponere, nec
efferatos maris fluctus mitescere,
victam veluti ac sub jugum mis-
sam navim, fluctibus ac ventis si-
mulque Divinæ providentiæ permi-
serunt. D. tamen Archi-Episcopus
magnam in precibus filia suæ spiri-
tualis Ioannæ fiduciam collocarat,
spemque conceperat fore, ut sibi
secumque aliis DEUS auxilio adfit.

*Tempe-
state ia-
ctatur D.
Archi-Ep.*

*Sed Divi-
nitus pra-
cipus Io-*

Nec enim verò vane. Nam in me-
dio eius periculi, repente turbo ven-
tusque quievit, nubilum æther exiit,

sedus claraque facie risit, mare pa-
catum & placidum fervere desit,
atque ita salvi omnes ac sani, bonis
aspirantibus auris, ad optatum por-
tum appulere. Periculosa naviga-
tionis huius seriem narrabat post-
modum D. Archi-Episcopus, com-
peritque, quod filia sua spiritualis
Ioanna, omnia ad eum modum, quo
hæc acta sunt, ante prædixisset.

Erat per id tempus Ancillæ Al-
tissimæ Ioannæ spiritualis Paterex
Ordine Carmelitarum exalceato-
tum P. F. Ludovicus à SS. Sacra-
mento nomine, vir doctus & San-
ctus, atque ad educendas in via vita-
que spiritus animas, singulari à Deo
gratiâ præditus. Toto is decennio
Sor. Ioannæ Confessione excipie-
bat, eiusdemque Spiritum modera-
batur. Cum igitur in istius Patris spi-
ritualis institutione ac ductu illa pe-
nitus acquiesceret, solatiumque ca-
peret, apparuit ei Dominus in Sacra-
rio eius, ubi cum illo in spiritu colle-
cta unitaque fuerat, aitque: "Spon-
sa mea, bonum habe animum, ac te
para ad insignem unam molestiam
perferendam, quæ bre vi tibi super-
veniet. Nihil ultra addidit Dominus,
ne plus illa inde conristeretur.
Continuo vero se ei visendâ præbuit
S. M. Theresia, eique mysterium
illud exposuit. Scias, velim filia, in-
quit illa, quod Confessorè tuum Do-
minus ad se velit recipere. Nuncium
hoc novum peracerbe sensu famula
Christi Ioanna, quippe quæ mag-
ni spiritualis thesauri in bono isto
Magistro ac Patre iacturam pate-
retur; nihilominus tamen totam se
in

*anna pi-
riculo ex-
imitur.*

*Confes-
saria su-
obitans
coelinas
discit in-
anna.*

in Sanctissimæ voluntatis Divinæ
 beneplacitum tradidit. Ostiduo
 post, cum prædictus P. more so-
 lito Ioannæ confessionem excepif-
 set, hæc pauca, sed efficacia verba
 ad eam protulit. "Filia, ego pa-
 rum commode valeo, reminisci
 "potes, ante ostiduum tibi Domi-
 num DEUM revelasse, brevi post
 "personam quandam morituram,
 "cuius decessum permolestè latura
 "sis: Prudens ego tunc superfedi ex
 "te quærere, an ego is essem, sed ne-
 "que nunc nolle id cupio. Quod si
 "tamen forsitan ita esset, & nos ultra
 "mutuo visuri non simus, tum ego
 "summo tibi studio commendo, ut
 "crebro doctrinarum mearum, meiq;
 "erga te amoris memineris. Ultra
 fando progressus non est, cæperant
 quidpe ambo, cordium suorum sen-
 sum oculis prodere. Bonus P. Ioan-
 næ spiritus moderator lacrymaba-
 tur, quod tam bonam filiam cogeret
 deferere. Filia porro amarissimis de-
 flebat lacrymis iacturam talis spiri-
 tualis Parentis. Ambo deniq; mutuo
 sese amantissime sunt complexi, va-
 leq; dicto abiit optimus P. ad Missam
 celebrandam, in qua spirituales Fil-
 iam suam sacræ Synaxi refecit. Post
 hæc ad lectum deportatus fuit, con-
 tinuoque sensit fatali se morbo cor-
 reptum. Ideoque eo vespere Matthiæ
 Ortiz Ancillæ D. maritum ad se ac-
 cerfiri curavit. Is ubi præfens adfuit,
 ita eum est allocutus. "Amice bone,
 "en ego morior. quoniã vero nota ti-
 "bi perspectaq; est animi in te mei
 "propensio & conservata semper a-
 "micitia, cupio hisce, in ultimæ vale-
 "tudinis vicem, duo tuæ charitati u-

nicè commendare. I mo ut deinceps
 "magis conjugem tuam amare velis.
 "Ego sane in huius mei mortalis sta-
 "tus virtute asseverare tibi queo,
 "quod in conjunctione cū tali con-
 "iuge magnam cum tua charitate mi-
 "sericordiam fecerit Deus. Alterum
 "abs te peto, ut meo nomine Ioannæ
 "tuæ indices, ne ob meum decessum
 "contristetur, sed fidat Deo, quod ei
 "de Patre spiritali sit prospecturus,
 "qui ei præsit, ac maiori securitate
 "regat, ducatq; quam ego. Quia vero
 "amor & gratitudo, quæ mihi debet
 "eidem probè cognita est. postulo,
 "ut eam nunc opere exhibeat meq;
 "benignissimo Deo fideliter cōmen-
 "det, neq; desistat, donec ad conspe-
 "ctum vultus Dei pervenero. Ab ea
 die invalescebat ægritudo. Postquã
 vero R. P. F. Didacus Lupez Lector
 Iubilatus, & quondam Guardianus
 huius conventus S. Francisci in Bur-
 gos, vir cum primis doctus ac San-
 ctus, singularisque præacti infirmi
 amicus intellexit, quod bonus a-
 micus suus P. Ludovicus fatali è
 morbo decumberet, abiit ad invi-
 sendum eum, ex itinere etiam
 ad IOANNAM visens, eique
 dicens: Vado ad visitandum no-
 strum P. Ludovicum. Age, Pater, ait
 ad eum Ioanna: Vestra Reverentia
 citò eat, quia iam ei extrema confer-
 tur unctio. Propere igitur abiit ac
 invisit infirmum. Cumq; revertere-
 tur, iterato invisit ad Ioannam. Inter
 colloquendum vero altè
 suspiravit Ioanna, & Ah Pater!
 inquit, modo meus P. Ludovicus
 ait illi; ne credideris, vix enim
 id

*Absens
 mori con-
 fessarium
 suum ab-
 teri de-
 nunciat.*

*Mortuus
eam allo-
quitur.*

*Idemq;
gloriosus
si appa-
ret.*

id fieri adhucdum potuit. Certum est, reponit Sponsa Christi: quibus vix prolatis mortuorum campanam in Carmelitano Cœnobio pulsari audiunt Insequente die Ioanna grata filia advenit, exequiis ac tumulationi Spiritualis Parentis suis inter-futura, atque ubi eum in feretro ja-centem conspexit, accedit propius plena lacrymis, eiusque pedes summa cum reverentia exosculatur. Dum verò etiam osculari parat, defunctus P. perinde ac spiraret vive-retque, clarâ voce diserteque affatur dicens: Ne tristeris Filia, mei obi-tus causâ; sed scias velim, animam meam nunc cœlestibus gaudiis DEIque conspectu perfrui, quod-que ea non longius, quam trium ho-tarum spatio, in Purgatorio detenta fuerit. Laus & gratiarum actio sit Divinæ maiestati. His bona Filia Ioanna magnopere consolata fuit. Liquidiore tunc etiam solatio deli-buta fuit, cum domum reversa suo in Oratorio cum DEO in spiritu esset unita. Tum etenim beatam spiritualis Patris sui animam ad se vidit ingredientem. Erat ea inex-plicabili pulchritudine, & super omnem splendorem solis lucido ful-gore corusca, & cœlestibus circum-fusa radiis. Hortabatur animabat-que Ioannam ad Crucem suam a-lacri portandam animo, libenterque ac promptè cuncta toleranda pro gloria DEI, qui tenuia, exi-liaque opera, labores ac dolores, qui hac in vita ei consecrantur, æter-no atque incomprehensibili præmio remuneratur.

Ad eundem prorsus modum a-ctum est cum R. P. Didaco Lopez, cuius paulò ante meminimus. Consueverat hic P. quotannis ad quendam locum nomine Carrion proficisci, ad invisendam illic Ven. Matrem Luifam seu Ludovicam. Dum itaque inde aliquando redit, etiam nostram Matrem Ioannam invisit, aitque ad illam: Mater, istud iter oppido me debilitavit. Cui re-spondit illa: Ah mi Pater! istud postremum erit. Pater iterum ad eam: putas, inquit, me brevi mori-turum? Pater, ait Ioanna, in hac vi-ta nulla hora securi sumus. Paucis post diebus, iterum ad Ioannam re-visit prædictus Religiosus, & ingres-sus ad eam, Mater, inquit, mox ite-rum domum redire volo, quia male habeo, loquamur modò duo dunta-xat verba. Paucis ergo sunt mutuo de DEO collocuti. Dum autem vale invicem facere parant, ait ad eum Sponsa Christi Ioanna. Pater, nunc servit virtus, cuius ope nos Divinæ voluntati penitus conformemus. Habe & exere patientiam, ad perferendam gravem molestiam, quam Divina Maïestas tibi non lon-ge post immittet. Hæc ubi effata fuit, procidit in genua, benedictio-nem eius exposcens. Denique eâ colliquescentis utrinque animi te-neritudine vale sibi fecere, ac si ul-tra hic mutuo visuri non essent. Et ita evenit. Bonus namque ille Pa-ter ab eo tempore lecto affixus, pau-cos intra dies vivere desiit. Sedit per-moleste S. huius viri obitum Sor. Ioanna quippe quem ab ineunte æ-tate Magistrum vitæ habuerit, do-ctrinaque

*Item de
ceri Epi-
scopi
mortem
prædicat*

eius tanquam sui spiritus regulâ fuerit
 usa. Abiit ergo ad Franciscanos, ut
 sepulturæ illius adesset. Ut vero
 Ioannam in templo conspexit R. P.
 F. Matthæus de Montoya Ex-Provin-
 cialis huius Provinciæ, ait ad
 eam. Mater, hic iacet charitatis tuæ
 amicus in feretro, accede ad eum be-
 neque inspice. Accessit igitur humi-
 lis Virgo, magnaque devotione ac
 affectu manus ei est osculata. Tum
 vero ille alloquitur eam tam clare
 ac si viveret, & ait illi: "Filia, iuva
 me DEO referre gratias. Scias
 namq; me ceu beatum ac electum
 DEI, suâ Divina Maiestate per-
 frui. In Purgatorio duabus tan-
 tummodo horis hæsi. Inde trium-
 phaliter cælum conscendi, comi-
 tante me S. meo P. Francisco, &
 D. Antonio de Padua. Præferabant
 hi duo mihi triumphalia victoria-
 rum ac trophæorum insignia, ni-
 mirum SSimum ac prædulce no-
 men JESU, quod ego in vita mea
 sum assidue veneratus. Bona ista
 nova mire exhilarârunt Sor. Ioannâ,
 minime dubitantem ita rem sese ha-
 bere, non quidem propterea, quod
 auribus illud audivisset; sed quod
 perspectum haberet, quanta demor-
 tuus P. pro DEI honore ac gloria
 perpeffus in vita sua fuisset, & quod
 tam sancte pati certum sit electio-
 nis, æternæque in cælis gloriæ ad-
 piscendæ indicium.

Innumerorum aliorum secreto-
 rum, quæ Divina Maieftas isti spon-
 sæ suæ Ioannæ revelavit, non repe-
 riuntur quidem fundata solide satis
 testimonia, nihilominus tamen sat
 perspicue colligi poterunt ex fami-

liari usu ac consuetudine, quam
 semper cum DEO habuit, qui cum
 ea veluti cum fideli servo suo Moysè
 facie ad faciem, ore ad os loqueba-
 tur (NUM. 12. v. 6.) Sub idem tem-
 pus percipiebat illa indies, imo in
 horas plurimos favores & cœlestes
 visitationes. Fatetur id ipsamet hisce
 propriis verbis. (Vite ipsi. n. 61.)
 "Multos, inquit illa, dies transegi
 "compluribus visitationibus Christi
 "D. SS. Virg. MARIÆ, S. P.
 "Francisci & aliorum SS. qui me e-
 "docuerunt, quâ ratione Spiritum
 "meum in DEUM recolligere de-
 "beam, perinde ac si in cælo dege-
 "rem. Et pauld post ibid n. 61.
 "Gratiarum, inquit, quas consecuta
 "sum matrimonio iuncta, tantus est
 "numerus, ut solis iis recensendis
 "toto vitæ meæ spatio foret opus.
 "Sed pergo in describenda vitæ mea,
 "ne illis, qui me noverunt, vi-
 "dentque quam parum profecerim,
 "ansam præbeam minus ædificati-
 "væ alicuius admirationis. Ex
 hisce verbis eius cognoscere nobis
 licet innumeros favores, quos Ioan-
 na à DEO & Sanctis eius percepit,
 quodque favores illi eam minime e-
 latam, sed contra potius humiliore-
 rem reddiderint; quod proprium
 est signum & operatio Divinæ visi-
 tationis. At vero candor ac sinceritas
 spiritus illius adhuc dilucidius
 agnosci potest ex sequentibus ver-
 bis, quæ num, 59. vitæ suæ scripto
 edidit. "Gratiæ illæ, inquit, quas
 "DEUS cum per se, tum Sanctos
 "suos mihi contulit permultæ fuê-
 "re, certumque est ad eas rite perci-
 "piendas, magnam requiri gratiam
 Y DEI

iterum
 defunctus
 alius Io-
 annam
 alloquitur.

em de
 ri Edo
 jo
 orten
 adic

DEI, imo & maiorem quam afflictiones tolerandas. Cum etenim anima misericordiam DEI haudquaquam promereatur, & mea minime omnium, tunc istud generat tristitiam, sensumque doloris in anima. At verò dum anima est in tribulatione posita, tum habet suam satisfactionem, & in tolerando acquiescit, dum recogitat mille se inferos stygesque promeruisse. Semper me Christus D. hac viâ, & per meditationem suæ Passionis duxit. Iter hoc anima mea à teneris annis ingressa semper tenuit: quoniam in Passione Christi ego meum gaudium solatiumque nunquam non sum experta. Semper item mihi visum fuit, eo memorto Dominum deseruisse, quoad patiendum nihil mihi submiserat. O doctrinam præstantissimam! illis tamen potissimum feminis, quæ stultâ prorsus persuasione ductæ, sibi imaginantur perfectionem consistere in ecstasibus & mentis excessibus, apparitionibus & revelationibus. Moriuntur ferè præ desiderio eiusmodi res experiendi. Tali profecto ratione nihil omni suo orandi studio efficiunt, nisi quod maligno spiritui, qui se transfiguratur in Angelum lucis, ad suimet occæcationem illusionemque latè portam aperiant, ac veluti temerè volitantes culices, ad periculosum lucis ignem sese adurant. Ah unam non in tali deceptione ad extremum obeant! Tunc sanè morerentur, & morerentur, ut æternum misere viverent. Vitalis pulsus, virtutis arteriæ est mortificatio,

Vitæ perfectio non est sita in visionibus aut revelationibus.

per hanc exploratur sanitas aut ægritudo animæ. Illi, qui solo se rerum Divinarum gustu nutriunt, neutiquam sani sunt. Quamdiu namque mortificationem refugiant, Divinis vescuntur eduliis absque sale. Qui vero in patiendo voluptatem capiunt, hi verum & optimum habent spiritum, qui ad virtutis cotem agnoscitur, virtus verò per opera, opera per veritatem, veritas per conformitatem cum prototypo, nempe Christo crucifixo, quemadmodum provida hæc Matrōna egit, quæ perinde ac alter Paulus nullam uspiam voluptatem reperit, nisi in sola Passione Christi, nec honorem nec gloriam habuit, nisi in eius cruce (Ad Galat. 6. v. 14.)

Sed in conformitate cum Christo cruce fixo.

CAPUT XVII.

Qua ratione Corona spinea, & Sanctissima IESU CHRISTI Salvatoris nostri vulnera corpori Sponsæ suæ IOANNAE sit impressa.

Septuaginta Sacræ Scripturæ interpretes ajunt (Cant. 1. v. 10.) quod Sponsus Divinus, quantum sensus litteralis verborum illorum Cantic. Cantic. indicat, Sanctæ Sponsæ suæ polliceatur, facturum se ad ornandam speciem eius in aures aureas, quodque insculpenda sit eis genuina ipsius effigies, cum lucidis purpurei coloris ac veluti sanguinem torantibus sudantibusque vulneribus. In Sponso Sponsaque Christum ac Ecclesiam intelligi, nobisque proponi communis est omnium sensus. Nunc porro indagare volumus, quid Christi

Inaures
Sponsa
Christi
quæ &
quid sig-
nificent.

Christus hic Sponsa suæ Ecclesiæ promittat. Origenes (Hom. sup. Cant.) ait quod in aureis inauribus Ecclesiæ suæ SS. quosdam promittat, qui puritate nitoreque animæ purissimo auro futuri essent pares. Et quoniam sunt inaures, duæ sint, est necesse, ad ornatum ac decorem utriusque partis. Hæ duæ personæ, ait ille, Christi sunt simulachra, eidemque in suis vulneribus similes apparentes. Unus horum duorum toto est orbe decantatissimus notissimusque nimirum humanus ille Seraphicus D. Franciscus. Altera personarum harum visa hætenus non fuit. Nam licet quidam servi servæque DEI in pedibus, manibus ac latere acerbos cruciatus vulnerum Christi Salvatoris senserint, aperta tamen, penetrantia, cruenta, vera, actualia, externo aspectui patentia gessit alius nemo præter unum D. Franciscum, proutres Bullæ Syxti Papæ IV nec non in eam rem Auctores adducti (Anton. Daza Hist. plag. S. Francisci. Nau. hist. S. Joannæ à Cruce annor. ad cap. 16. Mart. del Castillo Tract. Apol.) apertis testimoniis comprobant. Deesse promissis suis nequit DEUS: atque ista illa postremis hisce temporibus adimplevit, dum Ecclesiæ suæ suscitavit purissimam Virginem JOANNAM à JESU MARIA, cuius corpori cruenta, vera, actualia, externe patentia, ac visibilia Sacratissima sua vulnera, coronamque suam spineam impressit ad eum, qui sequitur mo-

Biennio atque bimestri prius quam illi gratiam istam conculit Christus D dum Anno 1613. 17. Februarii, quæ erat Dominica Quinquagesimæ, antecedens Jejunia Quadragesimæ, in conventu PP. Discalceatorum versaretur, ubi tunc quadraginta horarum preces agebantur, perceptâ sancta Communione, secessit in separatum templi locum, cœpitque in Sanctissimi Sacramenti aspectu, quod tunc fuerat expositum, ingentem amorem, quem DEUS erga homines gessit, perpendere, & quemadmodum ad demonstrandam huius amoris excellentiam, se ipsum primo in ara sanctissimi Sacramenti, nimirum sanctissimi corporis & sanguinis sui immolârit, priusquam cruentum suæ sanctissimæ Passionis mortisque sacrificium in ara crucis perageret; quodque Divinum istud ac venerandum Sacramentum in perpetuum mnemosynon seu monumentum suæ Passionis nobis testamento reliquerit. Hac in contemplatione, cœpit anima eius inflammatissimo patienti desiderio succendi, prototy, conforpoque suo Divinæ ipsius Majestati se conformandi. Amarissimis se imagi- itaque perfusa lacrymis, flagitat, ni Fili vellet is eam suæ Passionis dolorumque reddere participem Gloriosum istud postulatam, ut adipisceretur, advocata atque mediatrice usa est immaculata Angelorum Regina Virgine MARIA, nec non castissimo ac Gloriosissimo eius Sponso Sancto Iosepho,

Y 2

S.

S. P. Seraphico Francisco & D. Matre Theresiã, in cuius æde sacra tunc verlabatur, & omnium SS. patrocinio. Tam fervidam, devotam, & rationabilem istam Sponsæ suæ petitionem, immensus DEI nostri amor repellere nec voluit, nec potuit. Sed sicut insecutabili sua Providentiã disposuit, ut hæc mulier, singulare toti mundo sui amoris esset insigne, sic eidem etiam conformiter respondit dicens: "E-
 "quum est, filia mea, ut tibi tri-
 "buam, quod postulas. Si etenim
 "ego alioquin omnes alios cruce
 "meã invito, eiusque Passionis meã
 "calicem propino, quo pacto id ne-
 "gare queam illi, quæ instar tui ad
 "eam tantã aviditate anhelat, tam-
 "que ardenti expetit amore? Fiat
 "igitur voluntas tua, hoc ego tibi
 concedo atque elargior. Hiscẽ illa
 ad se ab excessu mentis rediit, qui ei
 tum supervenerat, sensitque in ma-
 nibus, pedibus ac latere tam acerbos
 dolores, ut impossibile fuisset in tali
 cruciatu illi vivere, nisi Dominus,
 qui operatus illud fuerat, omnipoten-
 tẽ sua manu eam sustentãssset.
 Hascẽ tam vehementes pœnas, nullo
 non tempore irremisse Sor. Joanna
 sustinebat, duobus circiter annis ac
 octo mensibus, videlicet à supradicta
 die usque ad annum 1615. & octavam
 mensis May diem, quã apparitio Gloriosi
 Archangeli Michaëlis celebratur. Eã
 die ita conclusa fuerunt manus eius,
 ut nec Medici ullum prorsus medium
 ad eas recludendas reperire potuerint,
 sed ingenue confessi fuerint, excedere
 naturæ vires malum

*Deus postulat
 eius assentit.*

*Illãq; atroces
 dolores percipit.*

istud, solumque DEUM ei opitulari posse. Eo in itatu permanit Ioanna nostra usque ad vespertam festivitatis Ascendentis in cœlum Christi D. quæ anno illo incidit in diem 19. præfati mensis Maii. Deinde vespere Ascensionis D. 19. Maii Anno 1615. inter quintam ac sextam horam vespertinam, dum Ancilla & Sponsa Christi Soror Ioanna in suo Sacrario cum DEO unita, in vehementi mentis excessu esset posita, orsa est perpendere, quemadmodum Christus D. posteaquam doctrinarum splendore mundum illuminãssset omneque iniunctum sibi opus obedienter consumãssset, humanum genus pretioso suo sanguine redemisset, mortem toto inferno principemque eius, nobili certamine devicisset ac servituti subiecisset, deinceps etiam tam diu captivos veteres Patres libertati restituisset, secumque triumphaliter deduxisset, ipse ad extremum gloriosus, Divino amictus lumine sicut vestimento, è terris ad cœlos ascenderit. Dum igitur sponsa eius JOANNA profunda contemplatione cordi alte impressisset, quod is ob amarissimam Passionem suam tali sit honore ac gloria coronatus, usque adeo amore Passionis eius exarsit, ut cor eius propemodum consumeretur ac deflagraret igneo incensissimoque amore, desiderio atque cupiditate patiendi. Quare ardentissimo amoris aestu Christum precabatur. "Mi DEUS
 "ac mi Sponse, dicens, Si unquam
 "aliquid amore tui sum passa, te oro,
 non equidem ob id, O Domine
 (nihil

“nihil quippe est quod sustinui,
 “sed ob multiplicem & inexplicabi-
 “lem tuæ Sanctissimæ Passionis a-
 “maritudinem, quam mea causa to-
 “lerasti, per tuam gloriosissimam
 “crucem, quæ salutis nostræ ara
 “fuit, in qua te cum Sponsa tua Ca-
 “tholica Ecclesia copulasti mun-
 “dumque redemisti, ac vitam tuam
 “pro vita nostra, animam tuam pro
 “nostra cœlesti tuo Patri obtulisti
 “& tradidisti. Ob dolorosam in-
 “tem compassionem, quæ in corde
 “suo perlenit, dum sub cruce tuam
 “contemplaretur Passionem. Per
 “hæc omnia obtestor te DEUS ac
 “Domine mi, velis me iuxta de-
 “siderium ac debitum meum, do-
 “lores tuæ Sanctissimæ Passionis
 “experiri.

Quæ ra-
 tione
 Christus
 insigni-
 ta im-
 presserit.

Dum sic Ioanna precatur, vide-
 bat Christum Crucifixum sibi appa-
 rere: è manibus verò, pedibus sa-
 croque latere, in specie ardentis
 clarissimeque relucens flammæ,
 cœlestes procedere radios, inque
 ignitarum sagittarum modum suas
 manus, pedes atque latus penetra-
 re. Existimabat Ancilla D. Ioan-
 na, visum istud suis proponi oculis,
 ut cognosceret, qualiter ipsa verum
 Christi IESU Crucifixi simula-
 chrum effici debeat. non quidem per
 martyrium corporalem passionem,
 sed per ardens incendium
 spiritus. Postquam igitur visio il-
 la disparuit, remanlit exinde ani-
 ma eius Divini amoris igne tota ac-
 censa, corpus verò tam acutis atro-
 cibusque pervadebatur doloribus, ut
 sudor omnibus è membris eius nim-

bi instar deplueret, ipsaque mortuali
 agone correpta humi prolaberetur,
 velut si animus eam liquisset, quan-
 tumvis non ex toto sensibus desti-
 tueretur.

Ignorabat nocte illâ Ioanna, quid
 sibi evenisset: enormes quidem pa-
 tiebatur dolores; quia verò excepta
 membris vulnera necdum inspex-
 rat, collatam sibi divinitus gratiam
 adhucdum non agnoscebat. Ma-
 ne postridie ad Discalceatos abiit,
 pœnitentiæ ac sacrosanctæ Eucha-
 ristix Sacramenta perceptura. Ni-
 hil tamen de hoc suo conscientix
 arbitro intinavit, sine timore quo-
 dam, seu profunda humilitate acta,
 vel fortè quo Regis sui sacramen-
 tum celaret. Quia verò Omnipoten-
 tens DEUS magnifica gloriæ suæ
 opera consuevit ad augendum ho-
 norem suum palam facere, clara in
 luce ostendere voluit nobile opus
 suæ inexhaustæ miserationis, quæ
 præterlapsa nocte sponsæ suæ Ioan-
 næ collata fuerat. Itaque dum ad
 sumendam S. Eucharistiam altare
 adit, Sacerdosque ad porrigendam
 ei sacrosanctam buccellam accedit,
 apparet illi Salvator cruci affixus,
 dextramque suam à cruce solutam
 super humerum Ioannæ suæ ponit,
 amicissimeque ad eam se trahens,
 sequentia suavissima & affectuosis-
 sima verba ad eam proloquitur.
 “Tu mihi amata es in paucis filia,
 “atque ut talem ego te magno
 “Passionis meæ sigillo insignivi,
 “quod valde pretiosum est, & ma-
 “xime æstimandum. Porro Ioan-
 na Virgo humilis, tam grave cœle-
 stis

*Immensa
istius gra-
tia ponde-
re Ioanna
ferè op-
primitur.*

*Qua ra-
tione vul-
nera Io-
anne im-
pressa ho-
minibus
innotue-
runt.*

stis gratiæ pondus ferre non pote-
rat, premebaturque magis modum
mensuramque supergressi favoris
istius magnitudine, quam vulne-
rum suorum doloris acerbitate. Un-
de factum, ut mox à percepta S.
Communione, dulce quidem ac
sapidum, sed fatale propemodum
ei supervenerit deliquium. Extra
se ergo positæ cor pavore plenum
fuit, sic ut corpus eius fere geli-
dum ac emortuum sudor frigidus o-
periret. Qui prope IOANNAM
astiterant, ab altari eam abstrahe-
bant. Ubi vero illa manus dedu-
xit atque aperuit, cum eas illi ru-
bentibus cruentisque signatas vul-
neribus conspexissent, enimvero
vehementer obstupere universi
ad tam singulare inauditumque
prodigium, continuoque Confessa-
rium eius accersiverunt, qui festina-
to accurrit, præstolabatur tamen
donec deliquium illud finem acci-
peret. Posthæc IOANNÆ
præcipit, ut manus pandat. Tum
vero conspexerunt omnes, quem-
admodum illæ veris ac visibilibus
plagis vulneratæ essent, quæ vulne-
ra Christi in cælos Ascendentis die
mane primum apparuere, sed vespere
pervigili eiusdem Ascensionis
D. impressa fuerunt, hora, die, Anno
ac mense prout supra memoravi-
mus.

Summum hoc munus favo-
remque Divinum, summa pariter
gratitudine IOANNA excepit,
sed tam profunda etiam germana-
que humilitate, ut merito sit obstu-
pescendum. Tanta fuit eius de-

missio, ut se absconderit occultarit-
que, ne à quoquam eius vulnera no-
tarentur, quippe quæ exinde sic e-
rubesceret ac si ingenti ignominia
notata affectaque fuisset. Quo-
niam vero humilitas, quam ex ac-
cepto munere exhibemus, DEUM
benignissimum provocat ad novum
conferendum beneficium, Deusq;
tantam Sponsæ suæ in tanta exalta-
tione humilitatem conspiceret,
æquum omnino fore, atque ex debi-
to se facturum arbitrabatur, si tan-
tam animi eius demissionem novo
favore honorisque auctario corona-
ret. Quapropter dum Soror IO-
ANNA in Sacrario cum sponso
in spiritu suo esset unita visendum se
Sponsæ suæ Christus exhibuit, corona-
namque Imperatoriam inæstimabi-
lis pretii capiti eius imposuit. Ut
igitur IOANNA sic se corona-
tam vidit, motabat caput suum di-
cens: Nequaquam Domine; non
hanc ego pretiosam, sed spineam
exposco coronam. Continuo tua
Majestas hanc coronam ademit,
& coronavit alia mucronatis ac pe-
netrantibus spinarum aculeis horri-
dâ, tam alte vertici eius eam ter-
primendo, ut cerebrum ei pe-
netrarent, illaque sensibus
destitueretur. Post modicum
temporis intervallum, dum
à capite velum amovet, comperit
circum caput suum duos veluti li-
nearum sulcos circumductos, u-
numque profundiorum altero, in
forma diadematis cuiusdam, in
medio porro circumferentiæ velu-
ti oram quandam, aut elevatiorem
limbum duorum digitorum latitu-
dine

*Imperat
corona
Christi
Ioannam
cingit
quam illa
renuit.*

*Moxque
ab eo spi-
neâ coro-
nata.*

*Eius se
ma.*

*Ioann
se ver
ac vifi
Christi
vici
imago.*

dine, ex quo acerbissimum maximumque percipiebat dolorem. Videtur Divina providentia ad manifestandum istud secretum ordinasse, ut IOANNA tua favorem hunc, perinde ac quinque vulnerum initio non sat sufficienterque animadverteret. Etenim quoniam de se tam parum sentiebat, morbum quendam cephalicum aut ægri capitis id esse vitium credebatur. Iubet ergo accersiri Medicos. Duo præstantiores omnium, qui tum Burgis erant advenere. Unus eorum dicebatur Doctor Aspe, alter verò Doctor Oliva. Hi ambobus summa diligentia caput illius inspexere, maxima rei tam insolite admiratione percussi, omnes totius naturæ abditos recessus pervestigantes, haudquaquam reperire poterant animove comprehendere quidquam, quod huic prodigio ansam aliquam præbuisset. Coacti sunt itaque totum omnipotentiae gratiæque Divinæ adscribere, atque concludere rem hanc naturalem humanique usûs casum minimè esse; Sed sicut corp' ori eius antehac sacrosancta sua impressit vulnera, ita etiam capiti eius coronæ suæ spinæ stigmata DEUM imprimere voluisse.

Post prædictam coronationem felix ac beata hæc Creatura IOANNA, facta est aspectabile Christi crucifixi simulachrum, permanseruntque deinceps in corpore illius stigmata Passionis eius insculpta. Verum est quidem, quod ea vulnerum insignia toto vitæ suæ

tempore, uti Divus FRANCISCUS non gesserit retinueritque, quoniam, uti Libro quarto memorabimus, mandato superiorum ex Obedientia postulavit à DEO, ut præfata vulnera tollere ab ea vellet. Nihilominus tamen gessit ea totis, unde viginti annis cum septem mensibus; talesque ac tantos exinde cruciatus pertulit, ut mirum, imo miraculum sit, quod cum eis potuerit vivere. Porro quod in rei veritate omnia ista sic se habuerint, insequentibus duobus capitibus liquido ac evidenter demonstrabitur.

CAPUT XVIII.

Judicialis Informatio super veris vulneribus Coronæque spinee Sponsæ CHRISTI Sororis IOANNÆ à IESU MARIA.

PRima hexameri die lucem creavit DEUS, (Gen. 1. v. 4. quæ licet tam clara atque splendida, tam nitens ac speciosa esset creatura, sacer Textus nihilo secius ait, DEUM illam inspexisse priusquam approbaret bonamque pronunciaret. Per hoc nobis ex mente D. Chrysostomi innuens, quod divina etiam opera, quantumlibet sint bona, lucida splendidaque appareant, probanda prius magno studio, solertique indagine sint examinanda, quo nimirum discernatur, quid intersit inter tenebras & lucem, diem atque noctem, inter divinas operationes, & fallacia deceptoris Sathanicæque mali demonis

monis opera, qui ad fascinandos mortalium oculos, in Angelum lucis se transfiguratur.

Illustrissimus Princeps ac Reverendissimus Præsul D. Ferdinandus de Azevedo Archi-Episcopus Burgensis Castellæque Præsidens, præfatæ doctrinæ lumine se duci est passus. Certior is in aula Regis, ubi tum morabatur erat redditus gratiæ singularis, quæ spirituali suæ Filiae Sorori Ioannæ à JESU MARIA à DEO collata fuerat. Et quamquam virtus illius esset ei abundè perspecta, nulla tamen eius consideratione habita, P. F. Ioannæ à S. Alberto Excalceatorum Carmelitarum Ordinis, qui à Sacris eidem erat Confessionibus, Madrito Burgum ablegavit, cum mandato, ut suus Generalis Vicarius accuratam facti illius accipiat informationem, seque de omnibus edoceat. Hæc ubi mandata Generalis Vicarius accepit, Doctissimos quosque totius Urbis viros, certâ constituta die in unum coëgit, quorum quilibet scientiæ præcipuis Hispaniæ habebatur. In horum præsentis informationem accepit, prout Reverendissimus Archi-Antistes ei præceperat, quæ est tenoris, qui sequitur.

*Institur
processus
judicialis
de veritate
vulnere
sum 10-
anna.* Anno 1618. 7. die mensis Februarii feria quartâ seu die Mercurii, hora tertiâ pomeridianâ die D. Romualdo sacra, ad mandatum Reverendissimi & Illustrissimi D. D. Ferdinandi de Azevedo Archi-Episcopi Burgensis & Castellæ Præsidis, in Cœnobio Carmelitarum

Discalceatorum, extra muros Urbis Burgensis in magno sacello convenere in unum Domini, D. Hieronymus de Herrera Decanus summæ Cathedralis Ecclesiæ, eiusdemque Canonicus Magistralis, S. Officii Inquisitionis Commissarius, Electus & confirmatus Episcopus Gaditanus, & P. Magister D. F. Melchior Rodriguez, Episcopus Rosensis, Archi-Dioceseos Suffraganeus. D. Ludovicus Manoël Prætor prætae Urbis. Item R. P. Magister, F. Joannes de Perea Ordinis Prædicatorum, Monasterii S. Pauli in hac Civitate Prior, R. P. F. Ioannes de S. Elisæo Carmelitarum Prior. P. Joannes de S. Alberto D. Archi-Episcopi Confessarius. D. Ludovicus de Quintanadvenas, Doctor, Abbas de Cervaton, Cathedralis Ecclesiæ Canonicus, & S. Officii Commissarius. D. Hieronymus Pardo Abbas de S. Quirice, Doctor & Canonicus huius Metropolitanæ Ecclesiæ. D. Petrus Barrantes pariter huius Metropoleos Canonicus, nec non D. Archi-Episcopi Eleemosynarius. Joannes de Irazola Licentiatus, huiusque Archidiocesis Visitator Generalis. P. F. Martinus à SS. Sacramento Carmelita Discalceatus D. Franciscus Aspe uti & D. Ferdinandus Rodriguez Pacheco ambo Civitatis istius Physici, Medicinæ Doctores. Hisce omnibus DD. pariter congregatis, Ego Joannes Manrique Doctor, atque huiusce Archi-Episcopatus Generalis Vicarius, exposui retulique quemadmodum Rmus noster D. Archi-Episcopus diversis vicibus certior

certior sit redditus, quod Ioanna Rodriguez, Uxor Matthiæ Ortiz, à servitiis Metropolitanæ huius Ecclesiæ, inter complures peculiare gratias, quas uti refertur, à Christo D. est consecuta, sit etiam præcipuis signata vulneribus, quæ Servator noster JESUS Christus suis manibus, pedibus ac latere in cruce pro nobis suscepit. Adhæc fertur in suo capite gestare signacula vulnerum Coronæ spinæ. Insolita hæc prorsusque singularis gratia, quæ quidem Sancto Francisco, ut notum est obtigit, verum in tanto aliorum Sanctorum numero, quorum non nulli ingentes ac speciales à DEO sunt favores consecuti, de nullo legitur, legitime probatur testimonio, quod prædicta vulnera visibiliter in manibus, pedibus ac latere gestarit. Quoniam verò res ista Reverendissimo D. Archi-Episcopo nostro multum curarum atque sollicitæ considerationis parit, ideo cuperet, quantum est possibile, medio ac via accuratæ in eam rem inquisitionis, vulnerum illorum statum cognoscere, quo nimirum, si minime verum comperiretur, quod passim ac ubivis fama de eo spargit, rumor talis sopiatur, si verò id fide dignum visum fuerit, ut nihilominus perscrutemur, an non fraudis aliquid & imposturæ introrsus deliteat, pro ut hisce pro dolor! temporibus, in quibusdam personis est deprehensum, de quibus nonnulli speciales Divini favores falso vulgati fuere.

Igitur ubi Reverendissimus D. N. Archi-Præsul mihi iniunxit, ut in

hæc sollicitè inquiram, eique omnia nota faciam, ultra hæc ordinat etiam Reverendissimus D. ut præfatus R. P. Joannes à S. Alberto suæ Reverendissimæ Dominationis conscientia arbiter, cui ob eximiam doctrinam, piam conversionem, ac vitam inculpata conscientiam suam, aliarumque gravioris momenti rerum secreta concedit, in hanc civitatem sese conferret, singularique cura ac studio informationem de omnibus caperet, quæ de hac Ancilla DEI dicuntur ac publice circumferuntur, uti & de eorum credibilitate ac veritate. Specialitertamen, quantum concernit vulnera, an ea habeat, & an sint naturalia, vel forsitan nonnulla fraudis, aut ementia artis subsit suspicio. Postquam ergo prædictus P. Joannes à S. Alberto eodem revertus rationem actorum suorum Reverendissimo reddidisset, ultra hæc ille etiam ordinavit, uti conventus cunctorum prædictorum Dominorum instituatur, utque Ioanna Rodriguez coram omnibus vulnera detegat, & unusquilibet de confesso illo singillatim ea exploret atque inspiciat, & si necesse videatur, vulnera abluantur, Medicinæque Doctorum sententia, ad maiorem securitatem, audiatur. Postremo ut ego Generalis Vicarius conclusionem & sententiam omnium congregatorum excipiam, totiusque rei actæ plenam informationem, adiuncto meo etiam iudicio Reverendissimo D. transmittam. Ad eum finem actum est cum Matthia Artizio, ut Ioannam Rodriguez Conjugem suam hic sistat, prout etiam

Z

tiam

tiam illa cum aliis duabus honestis piisque Matronis comparuit, præsenque adfuit, atque in omnibus, quæ Rmus Dominus fieri ordinavit obedientem sese exhibuit. Ubi porro sæpemenoratus P. Ioannes de S. Alberto simili modo Rmi mentem confessui declaravit, vocata est prædicta Ioanna Rodriguez, cumq; ea simul eo sunt introgressi, Matthias Ortiz maritus illius, itemque D. Petrus de Hierro Licentiatius Civitatis huius ad S. MARIAM cognomento albam Parochus, D. Petrus de Saneolez Procurator huius Urbis, Joannes Duarte de Astoyca Dominus de Burgo in Velez malo, & suæ Maiestatis peditatus Hispanici Commissarius, Laurentius de Herrera Civis huius urbis, qui in Matthiæ Ortiz domo degit. P. F. Antonius de JESU Superior huius conventus, P. Antonius à Matre DEI, F. Rodericus à Matre DEI. F. Hieronymus à S. Elisæo Monasterii istius Concionator, P. F. Iosephus à Conceptione Sacristanus, P. Ioannes à Virgine, & P. Ioannes à S. Elisæo, atque alii Religiosi eiusdem monasterii. Posthæc ego Provisor & Generalis Vicarius Ioannæ Rodriguez dixi, velit coram omnibus Dominis istis suas ostendere spectandasque exhibere manus. Confedit itaque inter geminos DD. Episcopos Galditanum & Rosensem, suasque manus ostendit, ad quas intuendas omnem diligentiam eas undique inspexere, ut certo ac liquido formam statumque vulnerum & nôsse ipsi, & a-

Inspiciuntur & explorantur Ioannæ vulnera à toto conventu.

illis indicare possent. Mox iterum ego ei dixi; ut similiter pedes videndos præbeat. Tumque illa ad prædictum Sacellum egressa est ad calceamenta deponenda, protinusque reversa, ubi præcedente in loco resedit, suos pedes super scabellum suppedaneum, quod in eum usum illuc allatum fuerat, collocavit. Tumque accessere universi ad intuendos pedes eius, qui superne inferneque inspiciebantur, nimirum tam volæ quam plantæ pedum perquam accuratè ac summa cum diligentia. Posthæc rursum est illi dictum, ut etiam latus suum monstret; illaque nudavit & ostendit, quantum erat necesse, sinistrum latus. Et quantumvis locus ille sat esset lucidus, ita ut status lateris eius affatim perspiceretur, ego tamen candelam accendi curavi, quo tanto luculentius ad lumen posset conspici, omnesque tum eo concessere ad contemplandum, quid rei esset. Ubi vero satis illud inspectum fuit, aio ad illam, ut caput suum nobis ostendat, illaque velum sui capitis devolvit à fronte usque ad coronam eiusdem capitis, & cuncti similiter advenere ad intuendum caput eius, ac multi etiam suis illud attasterunt manibus. Dehinc ego calidam aquam spongiamque afferri iussi, dixique Ioannæ Rodriguez vellet admittere alteram suarum manuum lavari, prout etiam à Doctore Medicinæ Francisco Aspe spongia cum aqua calida abluta fuit & linteo absterla. Eo peracto successit rursum Ioanna Rodriguez in Sacellum. Ego porro ad Dominos Medicos Doctoresque aio, ut suam proferant

proferant tam de eo, quod iam dudum antequam, quod nunc conspexerunt, quo videlicet etiam congregati illic DD. mentem suam ac iudicium tanto melius queant expromere. Tum quilibet Doctorum separatim suam protulit sententiam, iuxta suam experientiam, doctrinam, ac regulas tam Philosophicas, quam artis Medicæ. Nimirum quod vulnera, quæ illi summa curâ studioque exploravere ac inspexere, naturalia non sunt, nec fraude aliqua aut impostoria arte potuerint effingi, super quo latius mentem suâ scripto declarare velint. Post hæc iterum cum prædictis DD. tractatum fuit, & quilibet de suo sensu requisitus. Quia verò de illo conventu non nemo erat, qui arbitrabatur, probationem illam per manuum lotionem bonam quidem esse, si maiore cum vi in abstergendo fiat, tametsi asseverarent cuncti eo haudquaquam opus esse, nihilominus tamen universa congregatio denuo consensusit, ut iterato abluantur. In eum finem accersita est Ioanna Rodriguez, calidaque cum sapone ac spongia fuit allata. Tumque Doctor Pacheco spongiam aquâ bene replevit, saponeque imbuit, ac denuo magnâ vi vulnus unius manûs lavit, ita, ut omnibus videretur pluribus opus non esse. Hæc ubi manus abluta fuit, etiam linteo eam extersere, tumque ab omnibus, qui coram aderant iterum undique est inspecta. Ego porro tum ad universos illic adunatos aio fore, ut ab unoquolibet eorum speciatim de iis, quæ vidisset testimonium requiratur, meque de omnibus, quæ

sunt acta ad Reverendissimum D. relaturum, atque ita Conventus ille solutus est die, mense, & Anno ut supra.

Declarationes porro congregatorum Dominorum, cum reliquis autographis ac originalibus scriptis, in Chartophylacio Cœnobii huius D. Francisci intra Urbem Burgensem asservantur, omneque unanimiter conveniunt, quod videlicet prædicta vulnera haudquaquam naturalia, nec artificio sunt facta, quodque in consideratione virtutis eximie huius famulæ Domini, ea pro supernaturalibus & miraculosis habeant. Declarationes illæ hic non adferuntur, ne benevolo Lectori molesti simus; sed neque nis est opus, quoniam sat superque patefcent omnia ex iis, quæ Reverendissimo D. Archi-Episcope Generalis Vicarius respondit Epistola tenoris sequentis.

REVERENDISSIME DOMINE.

Reverendissima Dominatio Vestra præcepit mihi, ut considerate, solertiter ac circumspicte, uti res tanti momenti requirit, explorem, an verum certumque sit, uti illic apud Aulam Regiam, tum ubi vis locorum communis fama vulgavit, quod Ioanna Rodriguez Matthiæ Ortiz huius Burgenfis Ecclesiæ a serviciis uxor, ac Urbis huius civis in suis manibus ac pedibus, uti & latere præcipua Christi vulnera exceperit, quæ ille pro nobis in Cruce suscepit. Speciatim vero, an verum sit eam

Zz

in

Iterum
latur
cum a-
qua &
sapone
fortius
terguntur.

in capite coronæ spinæ stigmata gestare, quæ Christo Servatori nostro fuerat imposita. Et si mihi compertum fuerit rem ita se habere, ut ultra adhuc magno studio inquiram, an ea vulnera sint naturalia, an vero veteratoriâ quâpiam arte efficta, & quid denique de hoc iudicari sentiri que debeat: cui fini etiam conventum instituiam personarum illarum, quam Reverendissimus D. Confessor suo P. Ioanni à S. Alberto, qui eius rei causâ huc advenerat, nominavit. Ad hunc igitur conventum celebrandum delegi cœnobium Carmelitarum Discalceatorum huius loci, ubi hæc famula DEI confiteri consuevit, & à tempore huius monasterii erectionis, nimirum ab Anno 1600. hucusque confessa est. In hoc Cœnobio, in magno Sacello feria quartâ, seu Mercurii die, septimâ huius mensis. Februarii in festo Sancti Romualdi, horâ tertiâ pomeridianâ, convenerunt in unum Domini, D. Hieronymus de Herrera Metropolitanæ huius Ecclesiæ Decanus eiusdemque Canonicus Magistralis, S. Officii Inquisitionis Commissarius, Electus & confirmatus Episcopus Gaditanus D. P. Melchior Rodriguez de Torres, Episcopus Rosensis Reverendissimi D. Suffraganeus. D. Ludovicus de Quintanaduenas Doctor & Abbas de Cervaton, D. Hieronymus Pardo Doctor & Abbas de S. Quirice & hic Canonicus. Ioannes de Irazola Licentiatas huius Archidiecesis Visitator Generalis. P. Magister de Perea Prior ad S. Paulum Ord. Prædicatorum. P. Ioannes de

S. Elifæo Excalceatorum Carmelitarum Prior. P. Ioannes de S. Alberto RmiD, ab arcanis conscientiæ, P. Martinus à SS. Sacramento, Sor. Ioannæ Rodriguez Confessarius, D. Ludovicus Manoël huiusce Urbis Præfectus, Doctor Franciscus Aspe, ac Doctor Ferdinandus Rodriguez Pacheco, ambo Medici. Hisce una omnibus Dominis propositum ræmonis detexi, significans, quod ad eum finem præfata Ioanna Rodriguez cum suo marito, ac duabus honestis piisque Matronis præfens adfit. Post hæc accessita fuit Ioanna, quæ illico comparuit summa humilitate decoroque gestu in illo confessu, comitata marito suo, cum quo simul introierunt, D. Petrus de Hierro Lt. atque huius Urbis Parochus ad S. MARIAM cognomento albam, D. Petrus Saneoles huius civitatis Procurator, Ioannes de Huarte Astobica D. de Valezmato, suæ Maiestatis peditatus Hispanici Commissarius, Laurentius de Herrera Haro, in cuius ædibus Ioanna habitat. Nec non PP. Pater Antonius de JESU, Superior prædicti Conventus, P. Antonius à Matre DEI, P. Hieronymus à S. Elifæo, P. Rodericus à Matre DEI, omnes Concionatores præfati Ord. similiter & Ioseph à Conceptione Sacrista eiusdem Conventus, aliiq; eiusdem Ord. Religiosi. Posteaquam vero Ioanna inter duos prædictos DD. Episcopos Gaditanum ac Rosensem confedit, dixit ei, ne gravetur manus suas expandere: illaque mox manus aperuit, quas antea clausas habuerat, accesseruntque omnes ad illas

illas inspiciendas. Porro quod ego omnesq; alii, qui Ioannæ manus contemplati sumus, mediante ipsius declaratione confitemur, est, quod in qualibet Ioannæ manu, viderimus vulnus, non quadrū est, nec sphaericum, sed trigonum quamvis non integrè. Utrumque illud vulnus non admodum est profundum, exterior tamen cutis scissa & hians, apparetque caro recens ac vivā, in medio vero eius ceu ros in albæ pruinæ modum. Porro vulnera ipsa non pertingunt usque ad partem adversam, Sed nec ullus tumor est in manibus, neque ullum immutationis alicuius vestigium, sed omnia apparent naturalia. Ubi igitur manus inspectæ fuisse ab omnibus, ajo ad illam, ut finat pedes quoque suos inspicere. Et mox illa obediēter secessit in facellum ubi dictæ duæ Dominæ morabantur, depositisq; calceamentis suis, iterum regressa, super scabellum suppedaneum, quod in eam rem eo allatum fuerat, suos pedes posuit: deinde universi ad contemplandos pedes eius accesserunt. Totum verò quod illi ac egometipse intuiti sumus, iuxta unanimem omnium nostrū sententiā, est quod in unoquoq; pedum superne in vola pedis, aliud vulnus habuit, perinde ac vulnera manuum, cum eodem rore, aspectu tamen profundius, & ex adverso inferne in planta alia erant vulnera ad eandem formam ac modum, sed adhuc profundiora, quam illa superius in vola pedis. Nullus tamen visus est tumor aut aliqua immutatio, sed ita habuere, ac si prædicta in eis vulnera non fuissent. quan-

tum nos vero notare potuimus, & prædicta Ioanna externe præferbat, videbatur ingentes in eisdē suis finere dolores. Igitur ubi omnia ita conspecta fuere, ajo ad eam, ut nobis latus etiam suum monstrare velit. Tum Ioanna aliquantam eius partē retexit nimirum quantum necesse videbatur: & prædicti Domini ad intuendum illud propius accessere. Quo verò præfatum latus luculentius inspicere possent, accensa est candela, atq; universi vidimus, quod sinistro latere, proxime subter mammillam, amplius longe vulnus gesserit, aliaque forma & specie, quam ille quatuor vulnera. Siquidem vulnus istud lateris profundius introrsus recedebat, magisque cruentum erat, quam alia. Inspecto ergo etiam isto vulnere, postulavi, ut caput quoq; suum nobis monstrare vellet. Tum illa nudavit à syncipite caput ad dimidium fere, nosque vidimus, quod plus digiti latitudine introrsus velut orbicularem quandam oram vel fimbriam gereret, quā caput eius in circuitu coronatum erat, extabatque limbus ille seu ora super cutem relinquam altius, quæ si digito tangeretur, recedebat introrsum ad cranium perinde ac tumens & inflata esset, efficiebatq; cavitatem per circuitum, unius digiti latitudine introrsus depressam, ita ut videretur ad cranium usque recedere, quod ipsi etiam iudicare Medici, neque ultra iussa est caput discooperire, intuitu vehementium dolorum, quos, quantum notare potuimus, illa inde percipiebat, quātūvis niteretur animo constare, neque etiam ultra

Forma
vulnerum
in manibus
Ioannæ.

Itemq;
lateris.

Et pedum

Et corona
capitis.

opus erat caput illius inspicere. Hisce omnibus peractis ego ad eam dixi, quod maioris probationis & experimenti causa, necesse sit unum vulnus manuum eius lavari, ad hoc allata est aqua calens ac spongia: prædictus vero Medicinæ Doctor Franciscus de Aspe, unum vulnus eius spongia & aqua abluir, lotumque detersit in omnium conspectu. Tumque omnes eam adire ad vulnus illud ablutum introspectum: verum ne in minimo ulla est mutatio secuta, Sed permansit, ut ante fuerat: Hisque actis abiit Ioanna in sæpe fatam Capellam. Ego verò ad Medicinæ Doctores ajo, ut edicant sensumque suum promāt, secundum id, quod tam hac occasione, quā alias etiam sæpe numero oculis arbitrati essent. An videlicet bonæ Philosophiæ Medicæque arti non repugnet, vulnera hæc naturalia esse, an ea non ita sint constituta, ut curari queant; an non aliqua fallaci arte potuerint effici: & quid denique de iisdem ipsi sentiant, quo scilicet hic congregati DD. tanto melius iudicium sententiamque suam proferre queant. Præfatus itaque Doctor Franciscus de Aspe ad nos omnes inquit, qualiter ipse ante biennium ac semestre, vulnera ista viderit, initioque conatus fuerit ea sanare una cum Doctore Oliva pio ac virtute prædito Presbytero atque Canonico huius Cathedralis Ecclesiæ, qui & ipse admodum peritus est Medicinæ Doctor. Et quamvis hi ambo iuxta suæ artis præcepta, nulla non proficua adhibuerint medicamenta, prædicta tamen vulnera nedum sanare, sed ne in minimo quidem immutare potue-

rint; semperque illa in suo antecedenti esse ac itatu ad finem usque curationis perseverasse. Nunc vero, ea secundo contemplatum esse, eademque locuta probatione explorasse, at illa in nullo immutata esse, prout etiam ante evenerat. Eamobrem non posse illum, inhærendo suæ rerū cum Philosophicarum, tum Medicinaliū peritiæ, aliud statuere, aut animo completi, quam quod hæc vulnera neutiquam naturalia sint, neque fallaci aliquo artificio effingi potuerint. Nam si hoc esset, ad toties adhibitam probationem, studiosamque explorationem fraudem se prodituram fuisse, cum etiam Doctor Pacheco jam tertio ea laverit. Quare post accuratam desuper adhibitam, una cum ambobus Doctoribus Oliva & Pacheco investigationem ac perquam diligens studium, ambos se nimirum Doctorem Aspe, & D. Pacheco scriptum confecisse, in quo suæ huius sententiæ ac iudicii rationes latius exponuntur, quod & ipse Doctor Pacheco pariter confirmavit. Ubi ergo illi modo dictum scriptum mihi generali Vicario exhibuere, congregatis pariter DD. intimavi, ut omnes simul, & quilibet pro se seorsim sententiam suam iurando firmatam mihi edicat. Dehinc actum est, ut conventus ille solveretur. Quia vero unus aliquis è congregatis DD. aiebat, quanquam suâ causâ id necesse non sit, libenter tamen visurum fuisse, si vulnus illud in manu, vi aliquanto maiore ablutum fuisset. Quamobrem iterum Ioannam advocavimus, & tametsi omnes asseverarent pluribus opus non esse, de novo tamen aqua calida, sapo

Sententia
Medicorum
de Ioanna
vulneribus.

Et
om
con
gar
DD

ac

ac spongia sunt allata, tumq; Doctor Pacheco iterum vulnus manûs lavit, & quidem, ut apparebat fortiter, & appressa pressius manu, non sine magni Ioannæ doloris indicio, ita ut præsentis id quoque sentire viderentur. Lotum igitur sic vulnus, etiam absterfum est, & ad eum quo ante fuerat modum permansit. Post hæc ego omnium congregatorum DD. declarationem requisivi & accepi, in qua omnes iurato ac subscriptione nominum, uti & meimetipsius, nosque in simul omnes, modo iam exposito, declaramus, & concludimus, quod iuxta omnium nostrum iudicium, sæpe dicta vulnera, quæ ita in memorata crebrius Ioanna Rodriguez conspeximus, naturalia seu arte aliqua efficta eminentiq; esse nequeant: sed quod ea nos pro supernaturalibus & miraculosis ducamus habeamusque, fundantes nos hac in re in multiplici experimento, quod multi nostrum cepere per complures annos, eximia virtutis sæpe memoratæ Matris Ioannæ Rodriguez, uti & in multis singularibus miraculis, quæ in ea patrata vidimus, quorû aliquot egometipse sum testis, quippe qui eis cum aliis etiam personis interfui. Nonnulli etiam testium afferunt, quod speciatim aliis occasionibus plagas ante dictas ad eundem omnino modum conspexerint, plura etiam de iis tempore suo declaraturi. Totum hoc, si DEO visum fuerit, palam fiet testimoniis ac fundamentalibus probationibus, quæ ad mandatum Rmæ D. Vra scripto comprehensa exhibebuntur. Porto, tametsi ego supervacaneum ducam mentem meam evidentius, quam iam factum

explicare, quia tamen Rma D. sic iubet, aio quod quantum ego vidi, atque à Medicis aliisque personis auditu accepi, seu etiam è diversis locis cognoscere potui, certa que veritate nixam, minimeque suspectam huius Ancillæ D. virtutem ipse habeam, uti & res quasdam, quæ illi interne contigerunt, de quibus prout Rmæ D. notum, alius multum spectabilis secretusque conventus est habitus, concipere omnino mihi que persuadere nequeo, quod hic fraus aliqua, & deceptio lateat, sed cogor, ob præctas evidentes probationes intellectum inclinare ad credendum devote, prodigium hoc à singulari DEI gratia & favore proficisci, confidoq; in eodem benignissimo Numine, omnia hæc illud suo tempore palam facturum.

Quia vero Rma D. ordinè serièq; totius processûs, iteq; formâ ac modum, quæ Testes in deponendo iuramento tenuere, cognoscere, atq; omnia, uti rei magnitudo postulat, perpendere queat, eam ob rem dicta & asserta omnia congregatorum, uti & seculariû testium transmitto. Postea vero etiam P. magistri F. Ioannis de Perea Prioris canobii Carmelitarû exalceatorum, & reliquorû religiosorum, qui præsentis adfuere, sententias transmissurus. PP. isti quædam specialia de his in medium protulerunt, eo quod rei huius maiore habeat notitiam; ea propter hi separatim audientur, quod totû ut brevi ad Rmæ D. perferatur accurabo. quam Dom. ex voto ac desiderio meo servet.

Burgos 25. Febr. A. 1618.

Doctor Mantique
CAPUT

Et aliorû
omnium
congre-
gatorum
DD.

CAPUT XIX.

Declaratio Reverendissimi Dni D. Ferdinandi de Azeyedo, Archi Episcopi Burgenfis & castella Præsidis.

Christus D. in Canæ Galileæ nuptiis notum illud decantatis que patravit miraculum (Joan. 2. v. 8.) nimirum aquam in vinu convertit. Hoc primum est miraculoru, quæ ipsius Majestas fecit. Hoc initium signorum eius, & claru infinitæ ac supremæ illius potentia fuit insigne, & quidem per necessarium, quo firmiter omnipotentia eius ab omnibus crederetur. Hunc ob finem æterna sapientia Christus D. iussit, ut miraculosum hoc vinum Archi triclino exhiberetur, ut scilicet istud degustaret, bonumq; pronunciaret, quippe cuius sententia multum ad rem faceret, eo quod loci eius summus esset Sacerdos. Et quanquã, inquit D. Chrysostomus, (hom. 21. in Joan.) servi, qui mensis ministrabant, viderint aquam vinum factam, miraculique huius ab se oculis conspecti veritatem testari possent, haudquam tamen Christus eo contentus fuit, sed voluit, ut Præsul ipse per se vinum illud probaret, ac suo calculo approbaret. Siquidem ad prodigium aliquod credibile reddendũ, approbatio Prælati, qui DEI vices gerit, utilior majorisq; est ponderis, quam cuiusvis alterius testimonium. Ea de causa Divina Providentia sat minimè habuit, quod Generalis Vicarius, tamq; multi alii præcipui ac spectatissimi viri, uti vidimus, Ven. Virg. Sor Ioannæ à IESU MARIA vulnerum prodigium exanimarint, ac approbãrint, sed ultra etiam or-

dinavit, ut suus Vicarius D. Archiepiscopus Ferdinandus de Azeyedo, qui negotia magni momenti resque omnino graves, quales in Regis aula Præsidi castellæ tractandæ incumbunt, se poneret, ac propria in persona Burgos appelleret ad rem eam investigandam, examinandam, & approbandam: quod etiam sequenti modo præstitit. Reverendissima dominatio in declaratione sua ita loquitur.

Quanquam accepta à toto instituto conventu informatio, omniumque unam DD. mens ac sententia tam certæ veræq; sint, perinde ac si studet etiam prodigium tanti ponderis tamque rarum ac inauditum sit, ut post S. Franciscum hucusque nullam quid huic legatur simile. Quia tamen tam grande hoc opus temporibus hisce, quibus ego Archipræsulatus Præsidentiaq; Castellæ munus immeritus obeo, patefactum est; neque enim ante suscepta hæc munia admirandi istius operis ullam habui notitiam, ideoq; animo decrevi Burgos ipsemet petere, & personaliter in rem istam omni studio inquirere, quippe, qui non facile abducor, ut passim ac temere mirandis quibusvis gestim fidem habeam, in tali potissimum tamq; gravi ac periculosa materia, nisi omnia in vera solidaq; virtute ac pietate fundentur. Igitur ad suam Regiam Majestatem Philip-pum eo nomine III Clementissimũ Dominũ nostrum obsequentissimè retuli de iis, quæ cum Ioanna Rodriguez Burgis fuere gesta, copiamque Burgos me conferendi humillimè expetii & obtinui. Posthæc Sabba-

Iterata
Ioannæ
vulnera
ab ipso
met Ar-
chiepiscopo
exploratio.

tho ante Dominicam Palmarum mane carceres Aulæ invisi, atq; veteri more cum Senatu prandium cepi, eodemque Sabbatho vesperi Madrido excedens, iter meum huc festinato arripui, ita ut die Martis ad vesperam Burgos advolârim. Postridie mane, scilicet Mercurii die, ad ædes meas Ioannâ Rodriguez in oratoriû acciti, atq; in præsentia fide dignorû aliquot testium iam dictam Ioannâ protendere manus, nudare pedes, latusque retegere iussi; tumque magna attentione ac morâ sat longâ eius vulnera inspexi, in pedum vero plagarum hiatum, qui ab imo sursum procedit, auricularem meum indignum digitum immisi, meisque indignis manibus vulnus lateris exploravi, diduxi ac aperui diuturnaq; animi ac sensu intensione manus eius lustravi. Videbantur quidem initio etiam in palma seu exteriori aut supernâ parte manuum vulnera, verum quia pars hæc ita aperta, omniû patebat conspectui, Dominum precata est Sor. Ioanna, vellet indulgere, ut ea pars manuum obducatur, cuius postulato etiam annuit Deus.

Tali modo ego tunc plagas Matris Ioannæ Rodriguez conspexi iudicaviq; supra naturam eas esse, pro ut etiam iudicârunt Medicinæ Doctores cum reliquis omnibus personis, quæ ad mandatum meum conventui ac publicæ manifestationi vulnerum prædictorû interfuerunt, ut hæc litteræ testantur. Ultra hanc rei fidem ac permemetipsum in propria persona adhibitum diligentissimum studium atque ad plenam satisfactionem satietatemque factam inspectionem, perpendi etiam per-

fectam Matris Ioannæ obedientiam. Dum namq; ego velut iudex, severius aliquanto eam alloquerer: quod ad veram probationem eorum, quæ mihi relata sunt capiendam, non attentâ per præcipuas personas iam ante factâ lustratione, ego ipse nunc ad sim eandem experimento capturus, mihi respondit, lustrem, experiar, probemque, quantum è re fore mihi visum fuerit, nullam se aliam gerere quam DEI Superiorumque voluntatem: Veruntamen si satisfactum quandoque mihi foret, collibere tandem demissa honestatis suæ ratione habitâ, optatam sibi quietem indulgere. Tam æqua fuit hæc petitio, ut posthac nunquam publice aut privatim ulla fuerit explorandæ veritatis causa instituta inquisitio. Sed neque ea opus fuit, quandoquidem præacta vulnera semper suo unoque statu perpetuo miraculo, absque in ulla innovatione aut mutatione constanter perdurârunt.

Nihil ego hic memoro, de pœnitentia, humilitate, Charitate aliisque innumeris huius Ancillæ D. virtutibus, neque vincentibus numerum prodigiis per eam ab Omnipotente DEO patris, quæque etiamnum sine intermissione ab eodem patrantur. Ea omnia, quæ partim in Matrimonii partim Viduitatis statu, ac postmodum Religione inita evenère, suo tempore, nimirum vitæ absoluta periodo, palam fient. At vero vulnerum eius miraculum, de quo solo mea hæc agit declaratio, ego ceu ingens omnino prodigium hisce testor, utpote qui propria in persona tanquam immeritus Præsul,

A a mu-

*Et publi-
cum te-
stimoniū.*

munerumq; meorū causā notus publice superior id oculis hīce iustravi, qua in re mente ac sententia con-
cordo cum omnibus DD. ante memorati conventus. Haud equidem committere potui, quin post habitis meis quotidianis rerum tum exteriorum tum internarum curis, rei huius veritatem sedulo indagarem, quandoquidē ego semper hanc dei ancillam impendio dilexi, qui precibus eius tot mihi favores cōtulit nec soli mihi duntaxat, verum & regno huic, imo toti etiam Christianitati specialem ea benedictionē obtinuit, uti suo tēpore patefiet. His igitur hęc mea declaratio conclusa esto, siquidē eā tenor vivoq; fiducia fore, ut Ecclesia Catholica omnia disponat ac ordinet, qualiter & quando è maiore gloria Dei futurū arbitrabitur. Burgos 1. Febr. 1629. Præcipio quoq; Patrueli meo, ne de hīce litteris agat cum quoquam alio, nisi cum Religiosis & Doctis viris.

Archi-Episcopus Burgenfis.

Plurimi sane faciēda est hęc declaratio, potestq; qui vis quantūlibet scrupulosus, hęc totq; aliorū fide dignorū Dominorū testificatione animo suo satisfacere, & fideliter concludere ac statuere, quod Sor. Ioanna à Jesu Maria actualia, cruenta, externe patientia, vera visibiliaque Christi D. ac Salvatoris nostri vulnera in corpore suo gesserit.

CAPUT XX.

De quibusdā miraculis, quæ circa hoc tempus per famulam suam Ioannam patruelit Deus, eiusque per hoc virtutem tanto reddidit gloriosorem.

Inter hęc miracula, quæ Deus per

homines operatus est (*Vti D. Greg. magn. ait lib. 1. Dialog.*) maximū omnium, pro Deo pati. Siquidē qui omnium miraculorum author est deus, rem tantam non agit, cum miraculorum signis virtutem Sanctorum suorum confirmat, cum hoc eius bonitati atque divinæ propensionis conveniat. At vero rem magnam præstat, quando alicui gratiam elargitur, ut incenso flagrantiq; amore pro eo patitur, quandoquidem pati humano genio ac propensionis tam adversum est & inimicum, haud itaque magnū est mirum, quod Benignitas divina per suam Ioannam magno numero, quorum nunc aliqua tantummodo recenserebimus, miracula ediderit, si consideretur, quam multa ingenti amore castissima eius sponsa pro eo sustinuerit.

In hac Burgenfi civitate in vicō, qui Trascoriales dicitur, contigit, ut Patruelis Matthiæ Ortizii, lethali punctim læderet Patruelem syndici Urbis qui vulgo charus, ac locuples erat. Vulnerus illud usque adeo profundū ac periculosum fuerat, ut bajuli non auderent eum domū deferre, timentes ne in manibus eorum experaret, eāobrē ordinatē sic patruo eius, proximo in hospitali lectus eidem apparatus fuit. ubi igitur omnes ingens discrimen vidēre, Doctores, Chirurgoq; accersum: at vero ii omnes conclamatum de eo pronuciavēre, vulnerus eius persanari, eumq; naturaliter mōtem evadere non posse asseverantes. Protinus itaque SS. Sacramentis ut se muniat, suadent, atq; ut bonus Christianus ad exitum è vita comparet. Ita faciam, respondet æger

*Miraculorum
Dei in hōmine
quod maximum.*

ger, ad meum tamen solatiū, velim, matrem Joannā huc accersant, spero namq; in Christum D. N. Divinam Majestatem, eius interventu mihi aut vitā longiorem, aut bonam mortem largiturum. Itaque Patruus ægri abiit ad Matthiam Ortiz eam visitationem postulaturus. Quoniam vero Matthias ob suum Patrualem, ægri sanitatē lubenter vidisset, jubet conjugem suam eum invisere. Ioanna extemplo obediit, acceptoque vase cum lustrali aqua, infirmum cum eo adit. Dum igitur ponē eum consistit, manum ei prehendit aitque: confido in omnipotente Deo, hanc visitatione sanitati me redditum iri. Domine, ait ad eum Ioanna, etiamne sitis? O mater respondet ille, siti fere emorior, cor in corpore propemodum exurit. Age, inquit Ioanna, in nomine Domini bibe, cumque dicto, vasculū ei porrigit, aqua benedictā plenum. Porro circumstantes assentiri nolēre, ut biberet, eo quod medici, sub terminatione præsentis periculi mortis, omnem ei haustum vetuissent. Sinite eum, respondit uni eorū Ancilla Christi, finite, inquam, eum bibere, corque suum refocillare, confido in DEO aquam hanc, quam ei porrigo nullatenus ei noxiam fore. Bibit ergo æger bene animatus ac fidens, atque ubi peccata confessione expiasset, divinoque in viaticum pane refectus fuisset, actum est, ut scire ad supremā luctam oleo quanto cyus ungeretur. existimantibus cunctis eum protinus mortem appetiturum. Inter hæc Ioanna hortatur ægrum, ut se totum Divinæ voluntati

contradat, ante omnia vero è penitissimo corde offensam ei remittat, qui eum faucia vit. Dum igitur hæc ita agit infirmus, Joannæ animus erat ei valefacere. Tum vero æger ad eā, mater, inquit, si abire disponis, bene mihi preceris, oro. Ad hoc summā ei humilitate respondit: Domine, benedicere aliis, convenit solis Presbyteris, quibus potestatem istam Deus impertit. Age igitur, iterum ægrotus inquit, manum saltem mihi da, tum illa manum ei ad solatium eius porrexit, at ille magnā fide manū eam, quæ vulnere Christi signata erat, compressit, trahebat quoque eam ad se quoad usque vulnere eam suo imposuit, eiusque unius tactu ac impositione è vestigio lenimen dolorum percepit, quale mox videbimus. Valedixit tandem ægrotō Ioanna, eumque plurimo delibutum solatio reliquit. Simul ac ea domum rediit, quærit ex ea maritus, qualiter se habet ægrotus? Domine respondet illa, graviter admodum dolet, maleque habet. Ait rursus ille, Putasne eum vitam retenturum? Reponit illa, Domine, hoc soli DEO in Cælis notum. Matthias Ortiz, qui vitæ eius anxius sollicitusque plurimum erat, siquidem certa mors impendebat Patrueli suo, accepto pallio Domo exiit, ut de statu faucii illius cognosceret. Vix autem foras prodierat, totus alacer ac hilaris domum rediit, aitque ad Conjugem suam: Ioanna quidnam cum infirmo egisti? Vix ego plateā attigi, & ecce advenit patruus ægrotantis aliisq; cōplures mihi ob-

A a 2. viam

Ioanna
manus
sua con-
tactu san-
ctum ad
mortem
sanat.

viam, aiebantque eum extra periculum versari, iamque; mandatum esse, ut patruelis meus carcere omnique pœna solvatur. Porro Doctores atque Chirurghi unanimi sententia edixere, tam subitam sanationem non aliter quam divino miraculo agro obtigisse. Quod & ipse pariter asseverabat, nimirum ab eo tempore, quo Mater Ioanna ad eum introiit, cœpisse melius sentire, iamque tantum habere virium, ut fere lecto se proripere velit. Et ita factum est, paucos namque intra dies sanus vegetusque lecto valedixit. Observandum hic est, miraculum istud à Ioanna inadvertente ignoranteque; patratum. Mulier illa, quæ 12. annis fluxum sanguinis patiebatur, solummodo fimbriam Christi tunicæ atigit, & sana facta est. Nonnulli Theologorum volunt, id maximum Christi miraculorum fuisse. Suscitatio quidem fortentis iâ Lazari maius erat miraculum; at vero orando, flendo, suspirando id effecit Dominus; atque ita considerando expressam Dei voluntatem non usque adeo mirandum. quod vero sanguine fluens mulier prætereunte Domino, remque aliam agente, veniat, vestem atrectet, atque inde sanitati reddatur, hoc sane dignum Deo est facinus. Si Sor. Ioanna post multâ precatione, fletus, ac pœnitentia, agro isti sanitatē obtinisset, fuisset quidē & istud miraculū, at non tantum. quod vero Ioanna incogitans ægri vulnus manu tangat, illeque continuo revalescat, hoc sane singulare est prodigium, quod maximo etiam, quæ Christus Servator noster in vita sua edidit miraculo non absimile videatur.

Miraculorum Christi quod maximum.

Alterius cuiusdam Institoris filius in hac civitate, qui dives, potens, ac providus nō longe ante coniugi matrimonio iunctus fuerat, febri adeo sava malignaque correptus fuit, ut brevi tempore non modo sensibus destitueretur, sed & penitus insaniret. Amabant hunc Parentes ceu baculum senectutis, & unicam spem posteritatis suæ. Dum verò omnem humanā opē frustra esse, remediaque; nequicquam tentari vident, mortis eius timore refugium suum spemque ad spiritualia divinaque media transfulerunt. Adeunt ergo Venerabilem nostram Ioannam, & exposito illi dolore suo, orabant amice, vellet Mater veneranda filium suum invisere. respondet Ancilla D. paratam se ex parte sua prompto eis studio inservire, fieri tamē id non posse, eo quod spiritalis Pater suus præcepisset, domo nusquā nisi bona sua veniā, progredi. velle se nihilominus domi suæ filium eorū neo commendare, quod ei magis profuturū esset, quam si coram alesset, oculisque suis eum intueretur. At vero illi huic responso minime acquiescentes, desolati ac tristes abeunt ad niscalceatos, sollicitique animi sui curas R. do P. Priori exponunt, orantes velit famulæ D. præcipere, ut invisat filium suum, quoniam considerent eam solam aspectu suo sanitatem illi reddituram. Misertus ergo R. P. Prior utriusque doloris ac mœstitiæ, iubet Fratrem quendam Laicum adire Ioannam, eique nomine suo dicere, ut vesperi, comitante D. Alphonso Marcos, infirmum visitet. Ioanna quæ voluntatem suæ conscientiæ moderatoris, velut

Quantum de Ioanna passim fuerit pium.

Joanna à
rebus
divis af-
cendit in
Deum.

velut infallibile vitæ suæ Cynosurā
in omnibus attendebat, sero diei cum
D. Alphonso infirmum adiit, reperit-
que domū plenam hominibus, quo-
rum alii risui large litabant ad inep-
tas ægri incidētias ac deliria, alii vero
miseriæ hominis compassi, intimo
ex corde ingemiscebant. Porro cons-
ueverat Ancilla Christi extempo-
raneis è rebus, quæ subinde obvenie-
bant, velut scalam facere, atque eo
pacto per opera rerum creatarum
ad Creatorem ascendere. Eā ob rem
in parvum secessit cubile, atque illic
ab hominum abiuncta consortio,
considerare orsa est, quem admodum
dilectus noster D. Iesus, in Palatio
Herodis albā veste illusus morionis
ac deliri instar sit habitus. Ita me
Deus! aiebat sponsa Christi, vehe-
menti cum admiratione ac tristitia,
ut hoc toto orbe patratur! Quantum
delirant mortales, quæ æternam Pa-
tris Sapientiam fatui loco habent!
Vide sis ut virtutem habent derisui
contemptuique humilitatem cū in-
nocentia stultitiam reputant. O vos
cæci mortales! Nunc Deum vos qui-
dem ad iudicum tribunalia statuitis,
eumque ut lubet, condemnatis: at
proxime ille de vobis operibusque
vestris feret sententiam. Nunc
mendacium ubique triumphum a-
gere, ac omnibus dominari gestit, u-
bique primas tenere. Ambitio, impa-
tientia obniti & obmurmurare Deo
cupit, ex aduerso, qui gratiā ac mer-
cedem benefactis suis est promerit-
us, pœnis ludibriisque remuneratur:
innocentissimus quisque perversus
judicatur ac damnatur. Ita Filio Dei
evenit. Idcirco fatuitatem hominum

in illa die condemnabit Deus. O vos
Filii hominum! discite vel nunc tan-
dem, quanti immensi Dei Majestas
facienda, quanti æstimandus sit Deus.
Miser hic æger quidem reperit, qui
eius misereantur, at dilectus meus
Iesus, ab omnibus pro stulto insa-
noque habetur, & nemo est, qui ei
condoleat. O miserabilis prorsus
cæcitas! Dum itaque Altissimi An-
cilla suæ contemplationi tota est im-
mersa, nunciatur ei, iam ægotantis
cubile à concursu tumultuque ho-
minum esse liberum, luberet proin-
de nunc agrū adire & solari. Introit
igitur Ioanna, salutatoque amicissi-
me infirmo, eum alloquitur dicens:
Domine quinam habes sensusque?
Percommode, domina mea, respon-
det infirmus, me habeo. Quomodo
hoc, inquit Ioanna, à quonam tem-
pore melius sentire cepisti? Ex eo,
respondit ille, quo tu mater ad me in-
visendum domo tua egressa fuisti.
Qui ei aderant aiebat: finite eum ad
se redire, nescit etenim cui, quid ve-
loquitur. Quid est ut ad me redeam?
respondet ille. Deo sint laudes, bene
mihi sum præsens ac mentis com-
pos, probeque mihi compertum est,
cum quo mihi sit sermo, quidve lo-
quar. Colloquor quippe cum Matre
mea Ioanna, asseroque me sanum esse
& ipsam assero veritatem. O Mater!
opus hoc DEI Domini nostri fuit.
Speciosissimus namque adolescens,
qui te comitabatur, simul ac te domo
egressam vidit, antegressus in hoc
cubile venit atque mihi. Bono ani-
mo fili. Sor. nostra venit ad te invi-
sendum, perquam pristinæ redde-
ris sanitati. O mater! Deus præmiet.

A a 3 Deus

Solo as-
pectu suo
ac pra-
tia sanat
agrum.

Deus magnum istud beneficium remuneratur! Nemo non adstantium ad hos infirmi sermones obstupuerat: at ubi perspicue videbant eum sanâ mente esse, atque cum ratione verba proferre, agnovère sponsam Christi Ioannam singulari pollere virtute, solâ etiam umbrâ ægrotos sanandi, atque in hoc Principi Apostolorum non dissimilem.

Eiusdem staminis textûsq; est factum, quod sequitur servitque apprimè ad priora confirmanda. Hic Burgis in suburbio in area campi parvo in tugoriolo ac potius mapali pauper quædam femina in morbum incidere, quæ illic scrutis, minutisq; vendendis vitam tolerabat. Morbus ille graves usq; adeo ei dolores capitis consciverat, ut ex inde visû amitteret, penitusque excæcetur. Magnam quidem hoc erat malum, maius tamen adhuc aliud inde ortu sumpsit, nimirum mala tractatio mariti, qui morbû illius ægro exacerbatoq; tulit animo. experta sane fuerat affatim sponsa Christi, quam sit gravis tolerato mariti severitas, potissimû vero feminae morbo & cæcitate laboranti, ideoque plurimum compatiiebatur pauperulae huic mulieri, Deumq; assidue atque intente exorabat, vellet ei visum restituere, ad sustentaculum vitæ tanto commodius quærendum. Non longe post quodam vespere audiit Ioanna cum suo marito sonitum campanæ Parochialis, quæ pulsari solet, dum SS. Sacramentum Eucharistiæ ad moribundos defertur. Non ignorabat Sor. Ioanna pauperulam hanc mulierẽ de SS. Viatico provisum munitumq;

iri. Impetrata ergo copia à suo marito Divinam Maiestatem comitandi, secum una detulit cereos aliaque ad apparatus necessaria abiturque ad infirmæ habitaculum: instruit, exornat, insternitq; pauperulum tugurium quantum potest, aramque illic etiam statuit, & luminaribus accensis ad lectum infirmæ accedit, ut eam commoneat ad excipiendum summa humilitate ac devotione in SS. Sacramento Deum ac Dominum suum. O mirum rarumque prodigium! vix ad lectum Ioanna accesserat, ait illi infirma. Ah mea Domina! Quidnâ est istud, quod tecum adfers, quod oculos meos ingenti lumine illustravit, ita ut iam nunc ego acute clareq; videam? Tace Soror, respondet humilis ancilla Christi Sile, evenit procul dubio tibi iuxta vulgatè paræmiã:

Et cæcus clarum se somniat astra tueri,

Hæc quia sunt vigilis somnia, vota, preces.

Qui aderant illic quærebant ex Joanna; quid ait infirma? At illa respondit; Nihil est descenditq; deorsum, humanam ut gloriam laudemque effugeret, perinde ac honoris gloriæque appetens opprobrium & contemptum fugit. Abiit ergo Ioanna in templum, SS. Eucharistiã deductura; ut vero ad ægrotæ domû perventû fuit, remansit Ioanna cum reliquo populo in atrio stans in uno angulo. Parochus interea sursum conscendit, solitisq; cæremoniis peractis, Sanctam hostiam manu capit, eamq; tenens sequentibus infirmam alloquitur. Age Soror, communem nostrum supremumque Dominum

ac

ac Deum adora, qui hic in mea manu præfens adest. Aspice illum oculis fidei ac animæ tuæ, quandoquidem id corporeis oculis præfere nequis. Adoro eum, respondit illa, corporeis meis oculis, & etiam oculis meæ animæ ex toto corde ac animo. Quid loqueris? iterum inquit Parochus, forte an visu prædita es? Etiam respondet illa, Domine, ego beneclareque video, ac omni languore sum soluta. Percepto ergo in SS. Sacramento pane cœlesti, non poterat satis circumstantibus ingens hoc miraculum deprædicare. At vero sponsa Christi Ioanna, tota ex inde rubore perfusa & conturbata, festinanter domum rediit, ut ne ab hominibus videretur aut veneretur. Maius profecto est hoc miraculum superiore. Christus servator noster, postquam inter alia miracula, aliquando sub occasum solis, complures variisque detentos infirmitatibus sanasset, abiit in locum desertum, uti Sanctus Lucas testatur, Divus Chrysostomus ait, hac secessione ac fuga voluisse illum admirandis operibus suis majorem circumdare splendorem. (*Chryf. in Cat. D. Thom. Ioan. 4.*) Siquidem patrare miracula, & simul famam gloriamque fugere mortalium, haud immerito maioris miraculi habetur loco, quam ipsa est miraculorum patratio.

Sequuta est in hoc vestigia sponsi sui Ioanna, velut sedula diligensque Christi Discipula. Prima illi erat cura cuius benefacere, infirmisque ac defectuosis confer-

re sanitatem, sed enimvero citra periculum suæ humilitatis, quo nimirum uni solique DEO honor ac gloria cederet. Erat Ioannæ ac marito eius peculiaris amicus Ioannes de Huarte, Dominus in Villarmarto. Cogitabat Nobilis iste Venatorem quandam (Andreas de Burgos dicebatur) captivare carcerique mancipare, quod venationem certi montis ad eundem Huarte pertinentis eveniret. Quadam vice inter quintam & sextam horam vespertinam, dum sponsa Christi JOANNA in Oratorio suo in DEO collecta esset, aspiciebat oculis animæ qualiter prædictus ille Nobilis Joannes de Huarte, equum suum conscenderet, forasque equitaret ad montem suum perlustrandum, & quod præfatum Andream de Burgos in venatione deprehensum, captivum abducere vellet. Videbat desuper qualiter Andreas Venator ad se tuendum, admodum bombardâ suâ tam scite eam exonerârit in Nobilem, ut naturali modo ei certo moriendum fuisset, nisi eodem momento JOANNA cognatum suum serio ardentemque DEO commendasset, atque ita haud illato vulnere, solummodo ad miraculi testimonium perustâ veste, salvus ac integer est servatus. Nihilominus tamen facinoris huius causâ, bona nostra JOANNA summo peregritate externata fuit, suoque egressa sacrario, ad maritum suum ait: Mi IESU! Quonam modo Ioanni de Huarte contigit? Glande

exone-

Et a morbo sanatur Ioanna.

Fugere est miraculorum patratio ne humanam gloriam maius est ipsi miraculis miraculorum.

Precibus suis cognatum periculum ab interitu erepit.

exonerato in eum sclopo, petitus est, & minime læsus. Age agamus pro ingenti hoc beneficio Deo benignissimo gratias. r. & cum hoc postmodum fuit manifestatū, repertq; ita omnino contigisse, uti Ioanna edixerat.

Contigit in hac civitate Burgenfi, ut duo nobili ortu adolescentes depetirent pariterque in matrimonium expererent pari nobilitate virginem. Qui zelotypiæ æstro æstuabat magis, ait ad suum corri valem, ut à suo pro-candi studio desistat, magno illi alioquin caroque id negotium constiturum. nihil ea denuntiatione motus pergebat alter in proposito suo urgendo tanto incitatus. Eâ re irritatus magis exacerbatusq; è procis alter, occasionem aucupabatur, qua corrivalem suum è medio tolleret, inque eum finem ubique sclopo manuario plumbeis glandibus onerato instructus armatusque incedebat. Dum igitur Burgis aliquando noctu conspicuum larvatorum ludionum ipectaculum ederetur, alterque è fenestra prætereuntium personatorū pompam despectat, malefactor ille fenestram ex adverso occupat, è diametro alteri oppositam, sclopumq; captatâ occasione in bonum illum Nobilem solvit, duabusque glandibus, testa in pectus delatis, ferit; probus vero ille nobilis in nullo penitus læsus fuit. Vidit tamen suismet ipse oculis, qua ratione modoque miraculum illud effectum est. Conspexit nimirum ipso momento exonerati in se sclopi quemadmodum Mater Ioanna suo adstaret lateri, manumq; suam pectori imponeret, ambosque globos manu suâ exciperet, ita ut il-

le servaretur illæsus. Postridie mane summo cum stupore se ad Carmelitas exalceatos contulit, accitque curat Ancillæ D. conscientiæ arbitrum, cui enarrat omnia, quæ sibi nocte elapsa usu venissent. Addebat porro se nescire quidem quonam modo ei Mater Ioanna tunc apparuerit, esse tamen certum indubitatum, que sibi ab eadem se salvatum, quandoquidem eam viderit, & liquido perspicueque agnoverit. Vix ille sermonem compleverat, & en templū Christi sponsa ingreditur, suoq; more confessionis faciendæ gratia confessarium accersit, descendit ille, atq; ante omnia ei sub obedientiæ præcepto iniungit, ut edicat manifestetque, quid illi eâ nocte contigisset. "Pater, respondet obsequens filia, "Noctē hac dum in sacrario meo, "spiritu in Deo collecta essem, Angelus D. me allocutus est: Ioanna, "ajebat, divinâ ordinatione huc advenio, ut te ad D. N. deducam, quem eum ab instante vitæ periculo honesteque suo cripiamus, tumque memento me per aëra detulit ac stuit ad latus præfati Nobilis, prorsus eo tempore, quo in eum hostis manuarium sclopum exploserat: "Objeci ego illico manum, clypei; "instar supra pectus tenui, glandes "porro in medium vulneris manus "meæ delatæ sunt; Rtiâ vestra "eas inspiciat: nam in signum eventus huc ea defeto. Suscepit globos confessarius, videbatq; eos cruentos, atq; à Ioannæ vulnere, quo ejaculati devenere, tinctos. Ita eius Confessor, certus miraculi est redditus, cæterasq; inter-circumstantias ab se perpenfas

dibus pe-
tium ju-
venem,
exceptis
manu
sua globi
a morte
salvat.

perpenſas, agnovit, quem admodum ignis excellentē hanc mulierem ſit veritus atq; te veritus, ſimilitudinēq; Conditoris ſui agnovit in Ioanna, prout in ſequenti eventu luculentius animadverti poterit.

D. Ioannes de Amezqueta Capitaneus, D. Sebaſtiano Nobili Metropolitanā Urbe Provinciæ de Equipuzcoa criundus, ſingulari animi affectu Venerabilem Matrem Ioannam. Negotiabatur hi Nobilis naviſ gabat privato ſuo ſumpto in Indias, aliasque abſitas longe terras, tribus navigiis. Quodam tempore, dum naves illæ ad ſolvendum ē portu eſſent paratæ, contigit ut una earum igne concepto ardere inciperet, adeoque flammæ gliſcerent, ut naturali pacto, nullus eis reſtinguendis modus ſuper-eſſet. Dum igitur ſimul omnes maximopere conterriti pavidiq; incendium illud ſpectant, venit in mentem Clauſula illius Capitaneo Ioanni Amezqueta cognata ſua mater Ioanna de IESU MARIA. Corigitur oculosque in cælum levans, orabat clara voce. Domine, inquit, juſto tuo iudicio iſtud in me venit infortunium, quia tuam Divinam Maieſtatem pluribus offendi. Nec dignus ſum ob multiplicia peccata mea, vel oculos ad cælum at tollere, nedum ut fidere auſim abſte miſericordiam conſequi. Nihilominus tamen tua infinita bonitas prompta ſemper parataq; eſt ad bene faciendum nobis. O mi Deus! imploro miſericordiam tuam, ut miſerearis, oro. quia vero ex parte mea nihil ſuppedit, quo avertere iram tuam

poſſim, ideo ſupplex rogo, ut reſpicias multiplicia copioſaque promerita fidelis ancillæ tuæ Ioannæ, eiufdemq; intuitu noſtri miſerearis. Devotam hanc dum complet orationē, videbat in eminentiori parte navis mulierem flammas extinguentem. Aſpectus miraculi huius omnē quidem illis pavorē ſuſtulit, ſed admiratione totos replevit. Præſectus porro navium contemplabatur ſingulariterq; obſervabat ſæminam illam, tandemque perſpicue cognovit cognatam ſuam Matrem Ioannam eſſe. Continuo itaq; præ exuberanti lætitia animi exclamare cepit: Vide te propter Deum, perſonam iſtam muliebrem ſpectate quam ſatagat circa incendia reſtinguenda. Tum ſublatis omnes oculis hærebant ſtupore deſixi, dum ſæminā illam omnes clariffimè intuentur. Nolite, aiebat Capitaneus, obſtupeſcere, ſed in faciē omni ſtudio intendite, obſervate ſtaturam eius formamq; & perpendite an non eam ante videritis, tandem ubi periculo deſuncti auxilio matris Ioannæ fuiſſent, ad littus naves applicuere. Præſectus porro quinq; ſuorum magis fidorum ſibi amicorum ſeorſim productos alloquitur, dicitq; illis: Amici boni, lubetne ut abeuntes Taumaturgam iſtā mulierem inviſamus, quæ nos ab hoc liberavit incendio? Cui ubi omnes aſſenſi eſſent, aientes, Etiam: ad civitatem hanc Burgenſem ſe contulerunt, & mane antequam diluceſſeret, Carmelitarū excalceatorum templum adeunt, Non reperto vero illic Ioanna domum illius petunt. Interea vident in

Bb itinere

*Ioanna
per auras
ad mare
delata
ardentis
navigii
incendia
ſopit.*

itinere matrē Ioannā cum Alphon-
 so Marcoſ eius laterone, ſibi obviam
 fieri. Ut Ioannam conſpexit Capita-
 neus, accurrit feſtinus Venerandāq;
 matrē amplexatur, Socii vero eius
 contemplabantur eā avidē ac inter-
 tē, luceq; ipſa clariuſ cognovēre, eā
 ipſam fuiſſe perſonam, qui illos ab
 incendio liberavit. Eam obrem imis
 ē præcordiis gratias agebant matri
 Ioannæ, narrabantque omnia quæ ſi-
 bi eveniſſent. Porro Ioanna fateri
 nolebat ſe illic præſentem ad fuiſſe.
 Verū quanto id celare nitebatur ma-
 gis, tanto ampliuſ capitaneuſ amiciq;
 ei긯 id confirmabant, dicenteſ: ipſam
 omnino eſſe veritatem. Delatum eſt
 poſtmodū hoc factum ad D. Archi-
 Episcopum: unde ipſe ſæpe memo-
 ratum Capitaneum & amicos ei긯
 quæſtione de ſuper inſtitutā, inter-
 rogavit & audivit, ac deniq; in orato-
 riū ſecum Ancillā D. deduxit, cui in
 virtute S. Obedientiæ præcepit, ut
 totiuſ rei geſtæ ſeriem expromat nū
 igitur Ioanna ſic obſtringitur adigi-
 turq; ait: Vera eſſe, quæ Capitaneuſ
 una cum ſuis aſſeverarent. Quod vi-
 delicet Angeluſ ſu긯 tutelariſ, glori-
 oſuſq; Patriæ cha Ioseph eā in me-
 dias ardentis navigii flammas dedu-
 xerunt, ipſa vero citra ullam ſui læſi-
 onem incendium reſtinxerit.

*Series to-
 tiuſ mi-
 raculi.*

Viderat in Monte Oreb mirum
 quondā comprimis mirandum Moy-
 ſes (Exod. 3. v. 2.) nimirū quod rubuſ
 arderet, & non combureretur. Prodi-
 gium hoc ait Hebraorum doctiſſi-
 muſ Philo. (lib. 1. de virt. Moyſ.) me-

rito adſcribendum eſt divitæ imagi-
 ni, quæ in medio ruri apparuit; flam-
 ma ſiquidē omni ſubmiſſione ſimili-
 tudinem hanc eſt venerata. Arſit pa-
 riter in mari navis, nec tamē combu-
 ſta eſt, quoniā in medio incendi긯 in-
 venta eſt perfectā imago Dei, quæ
 Regio ei긯 ſignaculo, videlicet imi-
 tantibuſ purpuram roſaſque vulne-
 ribuſ inſignita pictaq; fuit.

*Cir-
 flam-
 ma
 eam ſe
 reverit.*

Conſiderando miraculum iſtud,
 facile Sor. Ioannæ præſtātia cognof-
 citur. Romani veteres olim, ſuper Iu-
 lio Aſcanii caput, ſingularem quondā,
 atq; ut illi aiunt, Cæſarem conſpex-
 re flammā, vel, ut loquamur meliuſ,
 ſomniaverē. Flamma hæc ex eorum
 angurio ac divinatione, portendebat
 Sereniſſimam illam totoq; Orbe
 ſpectabilem Romani Imperii, atque
 imperatoriæ Maieſtatem, qui ipſa
 obſigit. Arſit etiā ſuper caput Ioan-
 næ noſtræ flamma, quæ tamē in ſignū
 ei긯 in ſe dominii, ei긯dem poteſtati
 ſeſe obedienter ſubmiſit ſervire deo
 regnare eſt. Dominatum hunc impe-
 riumque uti vidimus, toto coniuga-
 liſ ſui ſtatuſ Ven. Mater noſtra Io-
 anna tenuit, quo velut Martyr paſ-
 ſa eſt, virgineumque pudorem ſuum
 intactum illibatumque conſervavit.
 Deinceps ſtatim viduitatiſ eſt in-
 greſſa, ambabuſ coronis, virginia-
 tatiſ & martyri긯 trium
 phaliter decorata.

☉(o)☉

LIBRI SECUNDI FINIS.

LIBER

LIBER III.

VITÆ

Sor. Ioannæ à IESU MARIA, à statu viduitatis usque ad Cœnobiticam vitam.

CAPVT I.

De obitu Matthiæ Ortiz Mariti Ven. nostræ Virg. Sor. Ioannæ à IESU MARIA.

Sancta & virtute perfecta mulier, est viri matrimonio illigati ingens felicitas & benedictio. Etenim cum Coniuges S. Scripturæ testimonio duo sint in carne una, adnitendum est Sanctæ coniugi, ut & maritus eius evadat Sanctus, ad quod equidem non amore solum conjugali, sed propriâ utilitate impellitur. Narrat de S. sua Sorore Gorgonia (*Orat. de S. Gorgon.*) B. Gregorius Nazianzenus, consuevisse eam pro marito suo eo, qui sequitur modo, Deum precari. "Oro Domine, da marito meo gratiam, ut ad modum sanctus fiat; ne pars ulla in me reperiat, quæ non servitio tuo sit ex toto dedita & addita. Arbitrabatur S. hæc Matrōna se maritumque suum rem unam esse. quapropter videbatur ei, si forte maritus suus Deum omnipotentem quopiam scelere lacefferet, de sua persona quiddam pariter peccaturum. Eandem prorsus mentem circa maritum suum seque ipsam gessit Ven. virginea coniux ac sponsa Ioannæ à IESU MARIA, ideoque Deum ac Dominum suum, pro suo

Marito, ad iam memoratum D. Gorgoniæ modum deprecabatur. Diligenter porro hic perpendendum est, tametsi is coniugi suæ dirus esset carnifex, inscrutabilem tamen DEI providentiam voluisse, ut custos intactæ eius pudicitie esset ille, qui alioquin Virgineum eius florem temeravisset. Cæterum nullum in eo crimen notari poterat, præterquam quod iracundus, odiique facilis esset ac nimius, seque nonnunquam ab improbo hoc impotentique affectu ultra æqui metas abripi sinerit. Castus cum primis fuit, & quidem etiam cum in florenti auræque instar mobili juventute coniugium iniisset, in quo annis prope 40. perdurans, cum semper divina dispositione in copulæ conjugalis expletione cum sponsa sua Ioanna impediretur, nunquam tamen auditus est, cum alia femina rem habuisse. Quod ipsum etiam eximium est testimonium virtutis castæ eius sponsæ Ioannæ. Eleemosynas large tribuebat, uti priori libro vidimus; quinimo ita in egenos erat benignus & charitate flagrans, ut solitus fuerit uxori suæ di-

Maritus est custos pudicitie Ioannæ.

Eiusdem mores virtutes ac vitia.

cere: Joanna, fac ut mihi potius desit aliquid, quam pauperibus Christi. Et ut omnia dicam compendio, fuit servus Dei, prout istud ipsamet sponsa illius Joanna testis exceptione maior confirmavit (*vit. ipsi. n. 45.*) Narrat ipsa in descriptione vitæ suæ, quod cum illa in Nosocomiis ægrotantium satageret, plurimumque intenta esset, vulneribus ulcerosorum ægrorumque mundandis, fovendis obligandis curandisq; ei quadam vice dixerit, "Joanna, neutiquam convenit, ut mulier nupta conditionis tuæ eiusmodi vacet operibus, ad alium Deo serviri modum potest. Ego, ait illa, respondi ei: si id sibi minime probaretur, desistere me velle, at vero desinere istud summo opere arrisurum spiritui maligno. Fuit is quidem, ait præterea Joanna, iracundus, erat tamen servus Dei, responditq; mihi ne ipsius causâ id intermittâ. Universa hæc Dei dona, haudquaquam communes eq; trivio sunt virtutes in homine seculari. Eâ in vivendi ratione perseveravit usq; ad mortem: quod sane totum indubitato aliud non fuit, quam boni exempli, interventusq; suæ coniugis operatio, quæ ceu fida uxor, nunquam intermisit maritum suum divino Numini commendare. Ad extremum tandem suprema ei supervenit ægritudo, quo in lethifero accidente, eximia germanaque charitas fidelissimæ eius sponsæ Ioannæ peculiariter eluxit. Suum illa Matthiâ ne ad momentum quidem in morbo destituit, eratq; ei fidi tutelaris genii instar. vehementi quidem tenebatur sollicitudine corporis eius nullo non conducibili me-

Supremo morbo corripitur Ioannæq; ei fideliter assistit

dicamentorum genere recreantur ac refovendi, longe tamen maiorem æternæ salutis animæ illius gerebat curam. Revelatum ei erat cœlitus, eum ex infirmitate illa moriturum, ideoq; resistebat in faciem cunctis, qui forte spem aliquam recuperandæ valetudinis ei faciebat. Blandiuntur tales, molliq; palpo adulantur ægrotis, ac suo inani fulfurio, velut fascino eos dementant, ac improbe fallunt, ut sic frequenter seducti infirmi, ad obeundam pie mortem, non ut concedet sese disponant. Dum igitur aliquando solito magis angustiaretur Matthias, impatiētiusq; ferret molestias, ait ad eum Ioanna: domine fac serves exhibeasq; patientiam, dolores tuos omnipotenti Deo offer. Vide dilectæ mi D. clare ego ac citra ambages rem denuncio. Scito deum per hunc morbum te ad se accipere velle. Qui hoc? ait ille, forte medici asseverant moriendum mihi esse? Nequaquam D. respondit illa. medici hoc non dixerunt, se aiunt melius te habiturum. Et ego, inquit ille, melius etiam sentio, ut medici asseverant. Melius habet sentitque tua charitas? ait rursus Ioanna, at fidem mihi certam habeas velim, te hoc è strato amplius non surrecturum. Hisce ille sermonibus, in extremi discriminis cognitione venit, seque totum divini arbitrii ac sponsæ eius Ioannæ dispositioni contradidit, illa vero doctoribus medicis non consciis SS. Sacramentis eum communiri procuravit, quod ni mature præstitisset, sine illis immaturo fato is cõcessisset. Perceptis sacrosanctis Sacramentis, loquendi facultas eum destituit,

toto-

Mortem certam minere mariti prædicit

Matris Sacra-

mentis
perceptis
loquela
privatur.

totog; quatrduo nihil cibi sumpfit; mētis tamē sēper permāsit compos. Perdūtabat interea Ioanna ad eius cervicē ubiq; ei assistens, hortabatur ad veram detestationē peccatorum & amorem Dei, partes denique omnes fidelis sponsæ in hac extrema necessitate abunde implevit. Dum vero iam prodromos secuturæ mox mortis adesse conspexit, supremūq; illud punctistitium à quo aeterna vel salus ac beatitudo, vel exitiū ac damnatio pendet, imminere, imō iam premere videret, ingenti fervore spiritūs, devotione ac reverentia crucifixum complexa manibus, extremo in illo luctamine omni ope ei assistendū adiuvandūque duxit, “Domine, ajebar ad illū Ioanna, intuere “dulcissimum nostrum Jesum, qui “Pater est misericordiarum & deus “totius consolationis: qui est spes “nostra & fortitudo nostra, in quem “credimus, in quem speramus, quem “super omnia diligimus, à quo vicissim tenerrime diligimur. En brachia expandit ad te amplexandum. “Pro nobis è sublimi cœlo ad terras “descendit, è terris ad crucem usque “ascendit. Longe ardentius ille salutem nostram desiderat, quam nos ipsi: atque ideo five vivamus, seu “moriamur, vivimus morimurque “certa cum fiducia eum nos ob suam “nimiam charitatem proteſturum. “Hunc igitur precare, ut tibi in ultima hâc necessitate gratiâ suâ assistat, ad agonem angustiasq; mortis “compacientia perferendas. Condone dolores tuos cum doloribus eius “SS. Passionis, ut exigui doloris tui, “eius sanguini permixti, eidē grati,

“tibi vero fiant meritorii. Non est a
“versatus pro nobis homo fieri, no
“stram carnem sibi assumere, ac pro
“brosissima morte crucis nos redime
“re, ita ille nos dilexit, quanto ergo
“lubentius promptiusque nos faciet
“salvos? Aspice patentes aeternæ
“vitæ portas, videlicet sacra s. vul
“nera. Clama & pulsa hæc salutis
“fores & dic: Tu Domine in stipite
“crucis tuæ immutabili veritate
“pollicitus es, omnibus ei portas sa
“lutis patefaciendas, qui te invo
“cant ex intimo corde, atque san
“ctorum vulnerum tuorum ostia
“fiducialiter pulsant. Admoneo te
“Domine istius promissionis tuæ,
“confido in te ceu fideiussorem
“meum. Respice me oculis inex
“haustæ tuæ misericordiæ, ut la
“tronem ac plures alios peccato
“tores respexisti, quos ab hoste
“maligno abs te servatos ac ereptos
“in gratiam recepisti. Peccator ego
“sum, ut erant illi, tu vero es ma
“nesque in omnes aeternitates sem
“per fluens fons miserationum.
“Non ego equidem sum dignus fi
“lius tuus dici, tu autem es perma
“nesque meus benignissimus Pater.
“O Pater mi, Salvator mi, sanguis
“horū sacratissimorū vulnerū pro
“fluxit ad abluendas noxas meas,
“ac debita diluenda. Hoc nunc
“sanguine utor, quoniam eo
“emptus & redemptus sum. Pol
“licitus es tu in quacunque hora
“peccator scelerum suorum pœ
“nitentiâ ductus ingemisceret,
“omnia ei remissum iri. vide ô nomi
“ne in hora ista contritionem cordis
“mei, tuasq; in me misero peccatore
B b 3 adimple

Devota
& efficax
Ioannæ
ad mori
bundum
maritum
exhorta
tio.

"adimple promissiones. Vide hic,
 "O mi Jesu, servum tuū, conforta me
 "in morte, qui ut omnibus nobis do-
 "nares vitā, es mortuus. Infirmor ego
 "tu vero medicus es; sana me. Pauper
 "et inops ego sum, tu vero dives: ad-
 "juva me. Morior fame, tu panis es,
 "pascere me. Siti exaresco, tu fons es,
 "estum meū refrigera. Tu es Salva-
 "tor meus: esto mihi in salutē. O mi
 "Jesu in manus tuas commendo spi-
 "ritum meum, u me in ligno crucis
 "redemisti Domine mi & Deus ve-
 "ritatis. Hæc inter fervida iuvamina
 precesque Matthias Ortiz spiritum
 suum in manus sui Conditoris tradi-
 dit 14. Octob. Anno 1622.

*Eiusdem
obitus.*

Quod salutem hominis attinet, ea
 soli Deo est cognita. Unde canit Da-
 vid: deus noster deus salvos faciendi
 & domini domini sunt exitus mortis.
 (Ps. 67. v. 21.) Introitus communis
 est omnibus. Novimus omnes eun-
 dem nobis esse per portas mortis ad
 domum æternitatis; quis vero novit
 quomodo aut quando abeundum,
 aut ubi mansurus sit? Soli deo totum
 id perspectū est, & ille cui hoc vult
 revelare. Ita Ioanna nostra cognovit
 exitum, qui maritum eius in morte
 maneret, & salutem quam in altera
 vita consequeretur. b. mater Teresa
 in quadam apparitione ei ante de-
 cessum mariti secretum hoc revela-
 vit. Ioanna aiebat Benignissimus
 Deus peculiari ac abdita providen-
 tiæ suæ dispositione ordinavit ne cœ-
 nobium ingredereris, sed matrimo-
 nio copulareris, crucemque eam fer-
 res quam huc usque tulisti. Tu quo-
 que tali pacto animam coniugis tui

lucrata es, quia per te salutem æternā
 adipiscetur. Revelationi huic in to-
 ta vita sua convenienter loquitur fa-
 mula Christi Ioanna, quoties mariti
 sui forte mentio ab ea fit. Nunquam
 illa ait: Vir meus, cui æternam re-
 quietem donet Deus, prout alioquin
 apud cunctos fideles ea loquendi
 forma laudabiliter in usu est. Sed in-
 solito quodam utitur loquendi mo-
 do, aperte dicens: Vir meus, qui æ-
 terna potitur felicitate, vel, qui nunc
 Deo fruitur. Hic scribendi modus
 in tam virtuosa, pia, casta, candida-
 que muliere, mysterium est potius,
 quam inconsiderata præcipitatio.
 nihilominus tamen obitum sui con-
 jugis Ioanna graviter sensit, sed cum
 grano salis, sapienter, plenaque cum
 resignatione in voluntatem Divinā.
 Non illa ejulatu nimio ululatuque
 potius, ac inconditis questibus insa-
 niæ similis vociferabatur, quemad-
 modum hodie sæminarum plurimæ
 ad externā duntaxat speciem ac ho-
 mines decipiendos agunt. Porro
 mortuo vix in sepulchrum illato
 terræque addito, simul omnis eius
 memoria æternā oblivione sepulta
 est. Tali profecto insania nihil de
 mortuo servitur. Non sic egit Ioan-
 na. Nunquam non illa Matthiæ sui
 devotā gessit memori animo recor-
 dationem, animamque eius fideliter
 Deo commendavit. Multum quid-
 em in vita usibus mortalium bona
 servit societas, at multo illa est uti-
 lior in & post mortem, dum
 ea quam maxime egent
 demortui.

*Ac certa
salus in
anna re-
velata.*

*Decessum
mariti
anna per
sapienter*

CAPUT II.

*Mater Ioanna sub initium sui status viduitatis renovat pristinum sponsale fœdus, cum Christo Cœlesti suo Sponso. D. Archiepiscopus est illi fidelis Pater Spiritu-
lis. Oratorium Ioanne instrum-
rat, in quo miracula
parantur.*

*Curia
res create
nullibi
quietem
habent
nisi in
centro.*

REs cunctæ sunt naturaliter in-
quietæ, nec usquam quietem re-
periunt, quamdiu extrinsecum
suum versantur. At vero simul ac ob-
stantia remota fuerint, velut remoris
vinculisque soluta, continuo natura-
li impulsu pernicissime feruntur in
proprium optatumque quietis locum.
Deus solus felix ille ac optatissimus
est quietis locus animarum nostrarum.
Unde ait D. Augustinus: In-
quietum est cor nostrum, nec usquam
reperire quietem potest, donec ad te
ô Deus revertatur. Mater Ioanna te-
neris in annis Divinæ Majestati se
desponsavit; postmodum vero ter-
reno homini, ut copulareretur obe-
dientiæ vi est adacta, atque exinde à
loco quietis suæ aliquantisper dimo-
ta. Posteaquam vero gravissimo
conjugii iugo, per decessum mariti
soluta, atque a carne ac sanguine, ter-
renis rebus curisque liberata fuit,
continuo cor eius in filiorum Dei li-
bertatem sese explicare dilatarique
cepit, spiritusque eius moræ impa-
tiens, veluti quadam vi impressa im-
pellebatur ad se attollendum ad cœ-
lestia, inque ipsum cor sponsi sui, ceu
optatum centrum quietis, includen-
dum. Hic anima eius inveniebat in-
omni necessitate quietem, hic novæ
vires eius capiebant robur, vita flo-
ridam innovationem vegetationem-

que voluntas amore ardens novum
ignem. Initio sui status vidualis Io-
anna castum holocaustoma suæ virgi-
næ puritatis rursus in conspectu
D. renovavit. Considerabat quoque
multiplicia mundi carnis ac Tartarei
hostis pericula, quæ peculiari Divi-
ni Numinis auxilio superasset. Has
tot tamque insignes victorias, humi-
li gratoque cum primis animo, suis
Divina secreta librabat ponderibus,
viasque absconditas eius providenti-
æ, per quas illa suos ducit. Omnes
& singuli actus superioris eius vitæ,
erant velut totidem flosculi, è qui-
bus mella suavissima favisque in a-
nimæ suæ nutrimentum conficeret.
In calice denique huius affectuosissi-
mæ meditationis, agnovit liquido
Ioanna, quod antea comprehendere
non potuit, quemadmodum Divina
Sapientia, nobis una cooperantibus,
intentum semper finem scopumque
attingat.

Reverendissimus D. Ferdinandus
de Azevedo Burgi Archiepisco-
pus, à longo jam ante tempore fue-
rat nostræ famulæ Christi Ioannæ
spiritualis Pater. Ut primum verò
sponsa D. matrimonii vinculis est
soluta, paternam hanc eius curam
solus in se suscepit. Eminentes ac va-
rias huius Rmi Principis atque Ar-
chi Præsulis virtutes, nemo sane
paucis comprehenderit, aut in lu-
cem produxerit, integram hæc res
historiam postulat. Eximia illius do-
ctrina, singularis sapientia, præstan-
tissimæque virtutes facile collegi
poterant ex magna fiducia, quam in
eo reposuerat Philippus III. Hunc
præstantissimum virum (quoniam
in

*Ioanna
matrimo-
nio soluta
ta inno-
vat spon-
salia pa-
cta cum
Christo.*

in tota Hispania inveniri aptior non poterat) post complura alia sublimia munera ab eo gesta, non solum Burgensi Archi-Episcopatu sua majestas Regia donavit, sed & simul præsidetis Castellæ munus contulit. Sanctitas eius ac exemplaris vitæ splendor, potest æque facile conici, è statu in quo moriens est inventus. Vulgo notum totâ hac Cæsareâ est urbe, quod cum tot annis Archi-Episcopi ac Præsidis Castellæ functus sit munere, tam pauper tamen obierit, uti ne tantum decedens reliquerit, quo corpus exanime humari condique posset.

*D. Archi-
Episcopus
specialē
Ioannæ
curam
sumit.*

Tametsi ergo hic sacer sapiensque Præsul, ceu verus Pastor, omnes suæ Archidioceseôs filios, summa semper circumspèctione & charitate rexit curâque, nihilominus tamen peculiarem dilectæ filiæ suæ Ioannæ curam gessit, quippe, quam velut electam oviculam, præ aliis omnibus amârit, eratque ei curæ infitius labor, præ amoris magnitudine, instar quietis, recreationis ac solatii. Invisabat eam, quam licuit creberrime, nimirum quo præcelsum spiritum eius tanto cognoscetet intimius, peculiareque favores, ac nunquam desinentes gratias, quas Ioanna ab amato amanteque sponso suo consequeretur, pervestigaret. Quia vero variorum gravis momenti negotiorum causa sæpenumero præpediebatur, quo minus ut optabat, semper ad Ioannam visere posset, eam obrem ut defectum istum sarciret, ordinavit ut suus fidelis Capellanus, crebrius memoratus D. Alphonfus Marcos proxime ad

ædes Ioannæ cubiculum incoletet, eamque in S. Obedientiæ virtute quotidie inviseret, ei fideliter afflitteret, socium se intra domû ei præberet, & si domo prodiret, sidus Achates comesque esset; observaret simul accuratè omnes actus eius, & siquid notatu dignum videretur, ad se continuo referret; D. Alphonfus ea in re sedulo se obtemperantem exhibuit, singularique gustu & complacentia tenebatur imperquam grata hac, amabili atque perutili cura, deque omnibus peculiaribus actis atque eventis ad D. Archi Episcopum referebat. At vero humilis Præsul ipsi sibi fidere noluit, quantumvis, uti supra memoratum est, prudentiâ doctrinâque polleret exime, verum doctissimos quosque totius urbis viros evocabat ad se, omnia eis exponebat, eorundem desuper iudicium ac sententiâ excipiebat, ad eumque modum quotidie, velut improbatoria fornace examinabat probabatque aurum, seu præstantiam Spiritûs illius. Unde solitus est cum laudatione de spiritu eius loqui ac dicere: "Nihil sane mirum, quod Mater Ioanna in "spirituali vita tam perita sit atque "experta, Deus est eius pædagogus "ac Magister. Omnes illa nos, qui "spiritum eius regimus, instituere "potest, quia universos nos scientia "spiritûs longe antecedit. Tam sublimem de filia sua opinionem gessit præclarissimus hic Antistes. E contra vero Ioanna, erat fidelissimo huic Parenti usque adeo nulla non in actione dicto audiens, ut solo eius diiectiois lumine se duci sineret. Imo

Fig. C. f. eodem Comitiæ Capell. num. ju. conf. f. e.

F. m. v. d. d.

A. lo. ad. m. is. lu. in. r. ce. d. a. co.

leat. in. m. par. d. d. p. cop.

Imo veniebat non raro, ut D. Archi-Præful suis egrederetur ædibus ad præcipiendum illi aliquid, Ioannaq; ad primum eius introitum, priusquam quicquam effaretur, eidem diceret: Domine, iam confectum est, quod Rma Dominatio mihi præcepit. Quidnam, aiebat ille, filia mea? Jam id, reponerat Ioanna, peractum est, quod Rmus D. præcipere mihi voluit. Nunquid non ita est? Stupebat enim vero Sanctus Archi-Antistes ad tantam talemque obedientiam, quæ ita prompte placitum voluntatis suæ sequeretur aut perverteret etiam, ut opus neququam esset ore quidquam indicare, sed cogitasse tantum sat esset ac voluisse Ioannæ hoc illudve præcipere.

Vide admirabile vim obedientiæ.

Archi Ep. Ioanna ades emit, & in eis cubiculum unum in Oratorium ad celebranda sacra consecrat

Non valebat Ioanna multorum dolorum ægritudinumque causâ foras amplius ad Sanctissimū Missæ sacrificium audiendum sacramque Communionem percipiendam egredi. Providentia tamen fidelissimi eius Rmiq; Antistitis huic malo obviatum, congruūq; est repertū remediū. Coemitis Ioannæ habitationem. atq; ibi cubile illud, in quo sua exercitia spiritualia peragebat, in Oratorium instituit. Prudens hic Præful noluit, ut cubile illud commune vileque cubiculum esset: quippe quod Maiestas Divina, dilectissimaque eiusque Mater MARIA, aliique Electi eius præsentia sua & apparitionibus honorarent, & cohonestare non desinerent. Eas ob causas quocubile illud debita in veneratione haberetur, in Oratorium illud consecravit. Quod etiam Missalibus calicibus, vario ornatu aliâque ad cul-

tum DEI requisita sacra supellectile instruxit. Scilicet ut sacrum Missæ sacrificium illic celebrari, atque à Ioanna audiri, nec non sacra Communio à sponsa Christi percipi posset.

Nomen Oratorii indigitat locum illum orationis proprium esse. In oratione postulamus gratiam DEI. DEUS, inquit D. Paulus (*Ad Rom. 10. v. 12.*) dives est in omnes, qui invocant illum. Ex quibus demum consequitur, quod ad misericordiam suam affluentius in necessitatibus nostris in nos demonstrandâ expectat DEUS, ut Oratoria, seu cubicula orationi dicata habeamus. Testatur id abunde memoratum iam Oratorium, dum in eo thesauros mirabilium suorum DEUS aperuit. Loci huius sacri Author primusque Conditor, scilicet D. Archi Episcopus primus etiam Divinorū donorū fructus delibavit. Dum enim vice quadam in eo Sacrosanctū Missæ sacrificium celebrat, vidit spiritualis eius filia Sor. Ioanna, quod Seraphicus S. P. Franciscus ceu Acolytus D. Archi Episcopo ministraret, quatuor vero illi Seraphini, qui iam dudum ante comitandæ Christi Sponsæ Ioannæ destinati fuerant, aræ assisterent, candida è cera luminaria manu præferentes, quorum supra modum nitidum ac cæleste jubar, omnem solis splendorem comparabiliter excedebat. Salvator vero D. JESUS Christus intuebatur Archi-Præsulem amicabiliter oculisq; serenis ac blandis, & peracto sacrificio suâ cum benedictione impertiit. Porro Benedicite, seu Canticum

Visto Ioanna seraphicante D. Archi Episcopo.

trium puerorū in Babylonia fornace, cum illo recitabant, DEOq; carnem Eucharisticum pangebant Seraphicus Franciscus cum 4. illis Seraphinis: orabant quoque pro eo, ut Deus illum in gratia sua conservare tueri que velit. Quoniam vero mensa hæc testimonio D. Chrysostomi, mensa est Aquilarum (*hom. 24.*) postulabant, ut DEUS juventutem eius, virtute istius mensæ, cum reliquis Angelicis Seraphicisque Aquilis semper renovaret. Per magnus hic favor, qui D. isti Archi-Episcopo obtigit mirus haudquaquam videri cuiquam debet. Patriarcha Jacob unum duntaxat lapidē erexit in honorem DEI, (*Gen. 28. v. 18.*) DEUSq; illi eodem loco magnam contulit gratiam. D. vero Archi-Episcopus non unum solummodo saxum, sed plura, totum videlicet Oratorium seu domesticum Sacrarium ad gloriam Dei, eiusq; sponsæ cultui æterno numini exhibendo excitavit. Deus autem, qui semper liberalitate nos vincit, ubertim eidem rependit. Non solum vero Divina Majestas D. Archi-Episcopo cen Sacrarium eius Authori, ac fidei Sponsæ suæ Parenti, antedictā singularem contulit gratiam, sed suæ etiam famulæ gratiā, locū illum aliis pluribus prodigiis magnifice decoravit. Ante jam memoratus Capitaneus Amezqueta, quadam vice argenteam illi lampadem dono dedit. orabatur quidem principio eam suscipere Ioanna, verum D. Archi-Ep. iussu ex obedientia eam suscepit. Mirabiles hac in lampade res apparere. Ardebat illa nonnunquam solum ab aqua. Deus,

Lampas
Ioanna a
sola aqua
ardet.

qui alibi aquam in vinum convertit, haud dubie & aquæ isti olei virtutē indidit. Alias, & fere communiter arsit sine affusione olei, semper tamen plena oleo, atq; ita plena, ut redundaret. Observarat hoc magno studio D. Alphonsus. Ut vero totius eius miraculi tanto redderetur certior, lampadem illam semel deorsum traxit, videntq; eam plenā & superflueutem, ait ad Sponsam Christi: Mater, quidnam rei est hoc? Qui lampas hæc nunquam affuso oleo semper plena est? Domine, respondet Joanna, cur nam id nōsse cupis? Oleum hoc non crescit, neq; decrescit. Sine modo: lampas ita ardeat; nos vero benignissimo grates referamus. Sat iuxta sapientiam suam intellexit D. Alphonsus, oleum istud miraculosum esse. Vasculū proinde eo impletum domum suā secum detulit, per quod multa subinde miracula patravit Deus, uti contigit cuidam infirmo qui in extremo vitæ periculo eo perunctus, momento convaleuit. Talia per prodigia voluisse videtur Deus palam facere Joannam Sponsam suam, unam e s. prudentibus esse Virginibus, cuius in lampade oleum fraternæ, ac flamma Divinæ dilectionis nullo tempore deficeret.

CAPUT III.

De spiritualibus exercitiis famulæ Christi
Ioanne, in pia virtuosaq; vita
statū viduitatis.

IN scala Jacobæa perpulchro nobis schemate ac figura exercitationes verorum Angelicorum spirituum

Plerumq;
absq; oleo
affusum
semper
plena.

O
ri
ba
ba
er
ne

rituum indicantur. Scala hæc vera fuit imago vitæ Religioſæ. A terra cæpit, rectaque in cælum porrigebatur. Infernè ad pedem eius ſtabat homo, ſuperne in eius cacumine erat Deus. Angeli primo aſcendebant ſurſum, mox vero iterum deſcendebant deorſum. Aſcenſus fiebat ipſorumet cauſa, nimirum ad propriam eorundem utilitatem, deſcenſus vero aliorum amore, atq; in eorundem emolumentum. Aſcendebant ſurſum, inquit S. Bern. ſerm. (in Pf. *habib.*) per gradus orationis ad contemplandum Deum, qui deſuper ſcalæ innitebatur, & deſcendebant compaſſione & charitate erga homine ad ſerviendum illi, qui infra ad eiudem ſcalæ pedem, humi ſtratus ſopore tenebatur. Tali ratione ſuſtulerunt primo per orationem Spiritum ſuum in Deum, deinde vero exercebant opera charitatis. Hæc itaque ſunt exercitia, & ordo, qui in eiſdem ſpiritualibus viris eſt obſervandus ac jugiter tenendus. Non equidem diſſiteſcendum eſt, per quam ope-roſum eſſe utramque partem eâ perfectione in proxim deducere, ut alteri non officiat obſtaculo ve ſit. Quandoquidem cum ſpiritus in oratione totus deſixus immerſuſq; eſt, pertenuem aut prorsus nullam adverſionem reflexionemque habet ad utilitatem externorum operum. Ardor ſpiritus inquit D. Bern. (in *Natal. S. Ioan. Bapt.*) exterioribus minuitur, vel extinguitur, ad minus nunquam ad perfectionem pertinet: & ſi interior collectio ſpiritus in tantum ſe foras exerit, ut cum temporalibus rebus commiſceatur,

Ordo ſpiritualibus hominibus in exercitiis tenendus.

tum per hoc uſque adeo à ſe diſcedit, diſſipatur, totuſque mundanus efficitur, ut homo amplius interne collectus nō maneat. eſt igitur in vita ſpirituali ſolertiæ ſingularis, virtutiſque loco habendum, ſcire in prædictis exercitationibus tenere modum & æqualitatem.

Mater Joanna ſatagebat in ſtatu viduitatis exercitia ſua magnâ prudentiâ rectaque proportione diſtribuere. Meditationi rerum divinarum peculiarem ſtatuit diem: Orationi diem alterum, tertium vero neceſſitatibus proximorum ſublevandis. Tota, ut dictum eſt, eiſdem vita conſiſtebat in oratione, dum videlicet illa non aliter vivit, niſi in continua DEI præſentia; ſpecialiter tamen omnes fere noctes in ſancto iſto exercitio tranſigebat: tempus quippe quieti nocturnæ modicum ac perbreve tribuebat. Mane in ortu diei abibat comitante eam Domino Alphonſo & ancillâ ad Excalceatos Carmelitas, illic perdurabat uſque ad Confessarii ſui adventum, qui adveniens Confessionem eiſ excipiebat: poſt hæc ſacrâ communionem reſiciebatur. In hac tam ſedula quotidianaque devotione ob-eunda erat videre mira. Semper ferè Soror JOANNA, partim ob acres, quas de ſe ſumebat pœnas, partim graviffimas afflictiones & cruciatus, quos à damnatis tolerabat ſpiritibus, adeo e-nervis, fracta ac debilis fuerat, ut manu una teneri deducique debuerit, altera vero baculo inniteretur,

Exerciti-
orum Io-
annæ in
ſtatu vi-
duali or-
do.

*Ioanna
alioquin
toto fra-
cta corpo-
re ad S.
Synaxin
accedens
tota ala-
cris af-
cendit.*

*Admi-
randa
eius in
oratione
devotio.*

lioqui nusquā progredi valens. Ut primum tamen Sacrosanctæ Eucharistiæ percipiendæ tempus advenit, erigebat se Ioanna nostra, & quidem citra molestiam, sine fulcro, sic ductore concita & alacris conscendebat summi altaris gradus. Sequebatur eam summa cum admiratione ancilla pedissequa. Percepta S. Communionem si forte Ioanna scipionem postularet, respondebat famula: Nihil eo est opus. Enimvero, quæ tam alacriter absque baculo ullo fulcramento sursum ascenderas, etiam nunc quod molestiâ vacat age, ac descende baculo non innixa. Tandem tamen baculum potexit Dominæ suæ, agnovitq; quod Christus Ioannæ sponsæ suæ supernaturales vires donaret ad S. Communionem absque ullius adminiculo accedendi. A sacra Communionem gratiisque redditis, mature domum repetebat Ioanna Illic cum D. Alphonso preces horarias persolvebat, atque etiam Officium Bmæ Virginis MARIÆ. Idem D. Alphonso testatur in sua confessione, quod cum quotidie cum Ioanna horas Canonicas recitaret, ea semper inter orandum in extasi posita fuerit, nihilominus tamen eo in excessu orando perrexit, cunctaque tam clare, diserte ac perfecte enuntiaverit, ut nullum unquam verbulum, syllabam, jota apicemve præteriret. Sarciebatur Omnipotenti DEO in hoc devotionis fervidæ choro inhonoratio, quæ in nonnullis Religiosorum Odæis eidem infertur, de quibus Isaias Propheta ait: (Isa. 29. v. 13. Matth. 15. v. 7.) Populus hic labiis me ho-

norat, cor autem eorum longe est à me. Meritò deplorandum est, inquit Tertulianus, quod DEUM labiis duntaxat honoramus, quod in præsentia eius versemur, velut in foro ac nudinis. Hoc sane Sacrificium non est, quod ei placeat, sed quod merito aversetur, atque abhorreat. Singulare quoddam genus contemptio- nis est, quo longa verborum stamina extrinsecus ducta, labiis solis textuntur, eoque textu negligentia culpabilis obtegitur. Supplebatur hæc despectio in oculis DEI, cum Ioannam suam precantem in oratione sua conspiceret. Erat illa quidem adhuc dum in sæculo degens vidua, devotio tamen eius ac pietas, longe fuit maior fervidiorque, quam cuiusvis etiam perfectæ Monialis.

Expleta iam dicta pietatis exercitatione, Ioanna nostra ut plurimum vacabat charitati proximo impendendæ. Domus eius erat Domus refugii omnibus defectuosis, calamitosi, sæculi necessitatibus pressis atque infirmis. Non parvo numero infantes ac pueri pforâ, impetigine, scabie, lepræve perfunsi, seu alio aliquo malo aut morbo laborantes adveniebant ad Matrem Ioannam, omnesque ab ea maiore multum charitate, affabilique excipiebantur comitate, quam propria Mater quemquam excipere potuisset. Reficiebantur ab ea, manu eius obligabantur, emplastris admotis fovebantur, curabantur; & quidem tam felici salutarique manu, ut paucos intra dies sanitas sequeretur. Post hæc adibat carceres, ut illic ope sua captivis assisteret, peragebatque apud eos.

*Psalmus
dia
verens
contemp-
tus Dei.*

*Morbida
pueris ac
infantibus
curat
fovet
sanat.*

*Carceris
invisus
eos.*

Et vales tudinaria
Visto naturali pudore Eleemosynas corrogat pro pauperibus.

eos illa salutaria & admiranda opera, quorum sup. meminimus. Tum ad ægros visebat tam intra quam extra valetudinaria. Semper illa penulum tenuem, seu sacculum deferebat secum, fructibus, electuariis, diversisque aliis mellitis confectio- nibus refertum, ad refocillandos confortandosque ægrotantes. Et quanquam Ioanna nostra perquam humilis naturaque genio pudibunda esset, vincebat tamen eximia & exuberans eius charitas in pauperes, naturalem eius propensionem. Ita ut audacter nullo retracta vel impedita, DEI amore pauperibus Eleemosynas corrogaret, & non exiguam copiam Proxima Conda in penum cogeret. Tali ratione Sor. Ioanna duplex charitatis opus exercebat: Pauperes nimirum iuvabantur, divites ad exhibendam proximis charitatē inducebantur. Explicari oratione singulare nequit solatium, quod ex Ioannæ visitatione & auxilio ægroti pauperesque percipiebat. Ubi beneficentissimam suam Ioannam conspexere, corda eorum exhilarabantur, perinde ac si è Cælo Raphaël Angelus ad eos consolandos ac sanitate donandos adveniret. Recreabat primo Ioanna è sacculo suo infirmos summa charitate, tum sternebat lectulum, effundebat lotium ac sordes, obligabat vulnera, atque unicuique iuxta quod necesse erat, opem ferebat singulari amore ac humanitate. Cunctis præstabat Ioanna solatium, animos addebat omnibus, omnes hortabatur, ut sese plene ac funditus Divinæ subderent voluntati. Postremo cū valediceret singulis,

unumquemlibet benignissimè Matris instar alloquebatur: "Fili mi, "dicens, forte adhuc quidpiam est, "quod velis? Age, indica mihi, ego "id coëmam & providebo, esto ip- "samet me venum exponere debeam. Eo fine, quo videlicet univer- sis indigentibus opitulareretur bene- volens Ioanna, toto illo quod præfas- summo studio operi manuum in- cumbebat. Et quia labor iste puro puroque amore proximo inservien- di infumebatur, fervidus tanto exar- descebat in amore spiritus illius, & in Angelicum transformabatur spi- ritum. Si alia nulla virtute benigna hæc beneficaque Matriona fuisset prædita, quam una hac fervida in- flammataque charitate proximis non suis modo facultatibus ac im- pendiiis, verum etiam labore sudo- reque opitulandi, ac pro viribus eisdem solandi, abunde id sufficere- set, ut secundum Spiritum Angelus efficeretur, prout revera fuerat. Digna etiam sola ista fuisset præ- cellens charitas gaudio singulari & gratiis, quas ubertim cumulatissime- que sua in oratione de cælo conse- quebatur.

Consumpta hisce ac talibus glo- riosis veræ Christianæque Charita- tis operibus potissimâ diei parte, suis iterum se exercitationibus red- didit Ioanna. Erat illi in more posi- tum sive incumbente vespere, seu in exordio diei sua cum Magdalena viam crucis ementiri, ascensu ad Pa- rochiam templumque D. Virginis ac Dominæ nostræ, quam vocant albam. Parœcia hæc una è celebra-

Vide & admirare miram Ioanna charitatē

Labori manuum ad subveniendum pauperibus sedulo incum- bit Ioanna.

*Ingenti
spiritus
fervore
etiam vi-
ribus de-
bilis, viam
crucis e-
meritur.*

tissimis pietate ac devotione est totius Burgi. Templum structurâ est pervenitâ ac peramœna, si tū verus Castellum in plano, expanso editoque colle. A civitate ad hunc usque clivum semper ascenditur, non absque labore ac fatigatione, estque ascensus iste valentibus etiam viris permolestus ac perdifficilis. Erat quidem nostra Sor. Ioanna debilis viribus corporis, vigore tamē sui spiritus facile ac expedite sursum ascendens, & quidem nixa genibus, viâ crucis emetiebatur, tantâ alacritate ac rubore animi, ut merito stupendum esset. Aiebat Magdalena suâ: Iter crucis, quod Christus Servator noster tam dolorose, cruce sua onustus confecit nos merito debere non pedibus, sed si fieri posset corde ipso perambulare. Cum vero id fieri nequeat, saltem genibus id agamus. Cogitemus quod benignissimus noster D. JESUS humeris crucem bajulans nos anteat; legamus humili animo Divina eius vestigia, humumque amaris regimus lacrymis, quam ille suo pretioso sanguine large perfudit. Erat hyemis tempore nonnunquam solum nivibus operum, ideoque bona Magdalena dicebat, domina suâ. Quinâ oro, domina mea, poterimus nunc per nives genibus ambulare? Magdalena, respondit summa cum fiducia Ioanna, sive eamus super genua, ut poterimus, sane videbis nos è cælo auxilium consecuturas, pulchraque stratoria ac peristromata subter genua habituras, factumque est, ut per oportam multo nive humum genibus nixâ reptarent, veluti si nives intex-

Nives genibus reptanti Ioanna auxiliorum vicem exhibens.

tis floribus aulæis ac tapetibus effente instratæ. Sub serum diei, Ioanna suum ingrediebatur sacrarium, primoque illic summa cum devotione decurrebat Coronam Marianam, seu vulgo Rosarium. Irrepsit quadam vice intrò malignus Dæmon, eque manibus Rosarium illi eripuit, furore maximo dilaceravit, totoque cubili hac illac sacri Orarii grana sparsit. Continuo vero D. Patriarcha Dominicus illic comparuit, severaque voce, Tartareo spiritui serio præcepit. Tum impostor, aiebat ille: Quidnam egisti? Age illico grana Rosarii collige & affer famulæ Dei. Erat in eo Ioanna, ut ipsa met recolligere grana vellet, nullo vero pacto id fieri sinebat D. Dominicus, sed adegit hostem stygium, ut ipse Rosarii sphæculas recollectas genus flexus Ioannæ restiteret; Hoc quidem ille ita ei præstitit, at in sylvestris efferrative tauri modum diductâ fauce immugiens.

Penes hæcæ exercitationes perseverabat nihilominus fervore astuans Christi Sponsa in exercitiis penitentia ac mortificationis, permansitque in eis ad mortem usque. Versabatur pariter pene in assiduo certamine cum Orci larvis spiritibus malignis. Etenim sicut Ioanna in servitio Divino ac cælesti vita spiritus indes profectum sumebat, semperque ultra ac ultra progrediebatur, ita etiam damnati spiritus tanto efferebantur magis, laborabâtque; ut capitalem suam inimicam quoquo modo impedirent, ac omni possibili ratione torquerent. Sæpius dicta eius ancilla

CAPUT IV.

illa Magdalena de Arce ait, concipere se haudquaquam posse, quo pacto sit possibile Mortalium quemquam tam atrocia horrendaque martyrii supplicia proferre, quæ Domina sua in singulas horas à dæmonibus sustebat. Videbat hæc famula qualiter Tartarei spiritus nunquam non Dominam suam diverberarent, aut caput eius parieti affligerent, aut per solum eam raptarent, non nunquam è pergula deorsum aut in lacunam deicerent: In summa ac verbo assidue variis innumerisque cruciatuum generibus afficerent. Nihil o tamen fecius, cum omnibus istis doloribus, quos partim, ut iam dictum, dæmones, partim ipsa etiam Ioanna sibimet penitentiae studio inferebat eius patiendi sitis nedum restringi, sed ne mitigari tantisper potuit, quinimo conabatur etiam suam Magdalenam suasionibus inducere, suis ut manibus corpus eius castigare vellet, nunquã tamen id à Magdalenam sua obtinere potuit, quod nimirum heram suam bona ancilla impendio diligeret. Respondebatq; Ioannæ: Domina mea, totius mundi luctro in ego non egerim. An non ingentes penitentiis sponte exeres? An non ferro onusta incedis? An te non in singula momenta mali dæmones excruciant? Eceur plus his requiris? Rectè sane omnia iudicabat ancilla; at vero Domina eius omnibus viis modisque quærebat sese in continuo patiendi studio exercitare, nullamque profectus ac meriti negligere occasionem.

De favoribus Divinis, quos per hoc tempus Christi sponsa consequatur.

Apparuit olim DEUS Abraham Patriarchæ (Gen. 13. v. 14.) cum illo collocutus est, eidemque ingentia & magnifica munera gratiarum contulit. Observat Scriptura sacra apparitionem hanc & alloquium Divinum, quæ Abrahamo Divino favore obvenere, contigisse posteaquam à Patruelo suo Lotheparatus fuit. Nunquam (Abulens inquit.) Abraham DEUS apparuit omni illo tempore, quo simul habitatione conjuncti fuere, ut primò vero se à patruelo suo separavit, visendum se illi præbuit. Istud (Inquit idem Abulens.) est præclara instructio atque exemplar personis illis, quæ contemplationi sese dedit. Istud ait ille: inquit quod nemini appareat, neque eum ullo loquatur DEUS, quando secularibus negotiis occupatur spiritus; sed tunc tantum cum ille solitarius, quietus, atque ab omni sæculi liber est in quietudine. Quod primò universalis regulæ huius punctum attinet, ab eo Sor. Ioanna erat exempta. Superiore libro vidimus, quam sedulo, quam solícite Marito suo in matrimonio servierit, hoc tamen non obstante, DEUS eam semper invisit, cum ea colloquebatur, cor eius frequentè apparitione gratiæque recreabat. Hoc nunc ita posito, quid non egisse debuit in statu viduitatis, ubi iam à sæculi negotiis libera, conversatione in Cælis erat? Impossibile est innumeros favores gratiasq; describere.

Quando nam & cur primò Abrahamo apparuerit Deus.

Inferabilis penitentia Ioannæ sitis nullo restringi potest.

re, quas illa sub hoc tempore percepit. Placet tamen primo de quibusdam gratiis in genere ipsiusmet Ioannæ adferre testimonium: postmodum verò de nonnullis aliis peculiariter agemus. Sic ergo illa de hoc viduitatis tēpore loquitur: "Si ea esse, quæ esse debeo, non sufficerem D. deo referre gratias, uti & SS. virgini "Matri meæ, SS. Angelis, speciali- "terque meo Tutelari, 4. Seraphi- "nis, qui me omni tempore comi- "tantur. S. Michaëli, S. Gabrieli, & "omnibus pariter Electis Dei, quip- "pe qui me in tantum instituerunt, "ut in cælo terrisq; mihi nihil deef- "set, & idcirco pœna sum dignior, "quã quisquã alius esse posset, ut quæ "nescivi gratias cœlestes utiles mihi "reddere ac fructuosas. Prò quantæ sublimitatis res humilitas eius in paucis hisce verbis conclusit! Noluit eam Deus toto Viduitatis tempore hominum, sed Angelorum uti consuetudine. Imo quoniam Deus amator est sincerus animarum, quæ ei sunt desponsatæ, usque adeo amor eius circa Ioannam sponsam suam amantissimam fuit Zelotypus; ut solus unusque ipse cum ea voluerit agere. Istud porrò ille Ioannæ suæ initio viduitatis eius cœlesti quadam visione declaravit. Vidit illa velut alter Isaïas in divino Throno S. Trinitatem, cui à servitiis aderat tota beata cœlestisque Aula, ad latus illi adstabat suprema cœlorum Regi-
Mirabilis MARIA, non iam solummodo pul-
Ioannæ chra quasi auctora confurgens, sed a-
visio. deo incomparabilis pulchritudinis, ut in persona illius nitidissima Divinæ charitatis fulgor, tanquam in

*Christus
est ani-
marum
amator
Zelotypus*

*Mirabilis
Ioannæ
visio.*

diaphano traluenteque spirituali speculo repræsentaretur. Splendore illo supergloriosissimo Divinæ Majestatis in tantum sponsa eius fuit conterrita ruboreque perfusa, ad immensæ Divinæ Majestatis præsentiam, ut continuo eam liquerit animus, illaque coram eo corruerit. Dū itaq; demississima Christi sponsa humi strata jacet, Angelus eius Custos eam è terra levavit, Regina vero cœli ad eam manu prehensam ait: Veni Sponsa & dilecta Filii mei, ducebatq; Ioannam manu & coram supremo illo Throno stitit. Amabilissime suavissimeque Ioannam intuebantur omnes tres Divinæ personæ. DEUS Pater dixit: Hæc est filia mea. Filius: hæc est dilecta mea. Spiritus S.: hæc est dilecta mea, cui etiam omnes tres benedixere, quod idem etiam SS. Virgo præstitit. Ubi verò Joanna iterum ad se rediit, præ nimia liquefcentis animi teneritudine, geminos velut lacrymarum profudit rivulos, audiebatque pariter ex ore Altissimi, hæc tam zeli plenas quam fervidi amoris voces. "Ab hinc iam filia "mea, conversatio tua non cum creaturis esse debet, sed mecum solo "agendum colloquendumque tibi "est: tu siquidem in me eris, & ego in te ero. O felix ac iterum iterumque fortunata sponsa Christi, cuius præstantiam sibi uni selegit DEUS, qui tam se sibi amabilem, nobis vero te admirabilem effecit.

Ex inde cum Sor. Joanna in hac exuberante excessivaque magnitudine gratiæ tota immersa esset, cor quoque eius magis amore sui ama-

toris

coris captum captivatumque fuit. Die postera, inter sacrificii Missæ celebrationem, sponsum suum celestem sequentibus D. Augustini verbis, ingenti ardore spiritûs alloquitur: "Mi Deus, sponse mi, amor mi. "Tu es vita mea, spes mea, bonum meum, & omnis gloria mea: tecum solo cupio loqui, te solum videre, te solum cogitare. E corde exeunt cogitationes. Ideoque ut ego nihil aliud cogitem præter te, suscipe cor istud, quod tuum est; tu Deus & Dominus meus esto eius custos ac rector. Ea in ferventi æstantissimaque affectione perseveravit amore sacra Christi sponsa usque ad finem Sacrificii Missæ; eo vero peracto intuita est gloria sua divinam Maiestatem, videbatque quod, Deus velut singularis ardensque amator sibi cor tam verè foras educeret, ut exinde illa ingentem proflus dolorem cruciatumque perciperet, quodque per vulnus lateris cor eius intra sanctum pectus suum collocaret, cum dicto: "Filia, cor tuum ego libenter suscipio, volo; te permagnâ afficere misericordiâ, nimirum ut eximia perpetuâque puritate perseveres, quamdiu ego te in hac vita conservavero. Noluit Deus ut in hac sponsa sua cor esset humanû, tamen illud amore divino totum deflagraret. Admiranda hæc cordis commutatio in Ioanna supramodum ardens ac vehemens, maiusque quam unquam ante suscitavit amoris incendium. Consumebatur tota igne amoris Divini & ardenti zelo honoris sponsi sui. Principio, primisque huius tantæ dignationis commuta-

tionis diebus, neutiquâ illa percipiebat cor suum suâ sede intra pectus situm, verum tam inenarrabilem multiplicemque sentiebat suavitatem dulcedinis, ut nullo eam sermone posset effari aut explicare.

Permagnus hic favor ei pignoris instar erat alium consequendi quando quis gratiam aliquam perfectâ suâ demissione ac gratitudine à deo percipit, tunc gratitudo illa, haud longe post aliam ei novamque apud infinitam miserationem munificentiamque DEI obtinebit. Et si homo in assidua gratiarum actione perseverat, ita etiam beneficentissimum numen in suis donis beneficiisque enlargiendis perseverabit, eademque assiduo auctu cumulabit. Sic prorsus nostræ Sor. Ioannæ contigit. Ut primum cor sponsæ suæ Deus abstulit, ipsemet core eius esse voluit. Mirum mirandumque istud prodigium ad eum, qui sequitur modum sponsæ suæ Deus aperuit. Dum aliquando solitaria operi manuum intentè incumberet, repente ante se summo splendore refulgentem conspicit SS. Virginein MARIAM cum sponso suo D. Iosepho. Ambo manibus deducebant suis medium inter se puerum JESUM, specie 4. aut 5. annorum pusionis. Conterrita principio fuit Christi sponsa, sed ubi terror ille subinde evanuit, suavissima hæc verba proferentem audiit parvulum. "Filia, animabus illis, quæ omni studio curant ne à me separentur, ego assisto, nec ab illis sejungor, in his vivo, cum eis deliciasior, unicaque mea est voluptas esse cum eis. Ab eo tempore sentie-

*Gratitudo nostra
provocat
Deum in
beneficia.*

*Iesus lo-
cum cor-
dis in pe-
ctore Io-
annæ oc-
cupat.*

tiebat sponsa Dei, locum sui cordis Infantē Iesum suo in pectore occupasse. O quam recte cum Vate Regio dauide dicere potuit (Psal. 72. v. 26.) defecit caro mea & cor meum, deus cordis mei & pars mea in æternum! Neq; commisit Divinus amator, ut hoc tam amabile & inauditum fere miraculum inter utrumq; obscurum latitaret. Parvulum eximieque pulchritudinis è cera candida Infantem Iesum sor. nostræ Ioannæ dono dederat quispiam, sæpius memorata ancilla Magdalena decorè illum scite apteq; exornarat & arcula incluserat. Advenit paulo post quidam Laicus Frater è Carmelitis Ioannes Bapt. ab Ascensione dictus, ad Sor. Ioannam invisendam Huic F. Magdalena ancilla ait: habere se pulchellum & amabilissimum infantem Iesum: si eum conspiceret velit, secum oratorium ingrederetur. Ivère ambo. Magdalena vero è loculo protulit Infantulum. Frater vero ille manibus eum accipiens eò accessit, ubi Sor. Ioanna considebat, eumque illius genibus imposuit. O Deus magne, quam semper es in Sanctis tuis mirabilis! Simul ac Infans Iesus in sinum sponsæ suæ locatus fuit, una manu oram seu limbum vestimenti Ioannæ apprehendit, veluti quispiā qui se erigere libenter vellet: ad eum itaque modum Infans assurrexit, sublatoq; brachiolo sponsæ suæ benedictionem impertiit. magnæ admirationi cunctis, qui id conspexere, singulare hoc prodigium fuit, narraruntque quæ vidissent oculis D. Alphonso & D. Catharina de Asperilla. Ambo hi protinus ad famulam

*Christus
infans in
cerea i-
magine
velut
vivens
Ioannæ
benedicit.*

Dei se conferunt, Infantemq; Iesum proferri curant, iterumque in sinum Ioannæ illum reponunt. Porro Infans in omnium conspectu iterato exurgens, eodem, quo prius, modo rursus ei benedixit. Relatū est continuo ad D. Archi-Episcopum de hoc admirabili factō, confestimque is adfuit, & ubi huius miraculi veritatem conperit, Infantulum illum in argenteam auro superlitam ovalis figuræ phialam, seu discum imposuit, secumque detulit. Ille est Infantulus ille, qui præfatum D. Archi-Episcopum à periculo maris eripuit, dum ab Oznayo ad S. Andream navigaret, prout libro superiore narratum est. Erat per id tempus sponsa Christi Ioanna ex vehementibus nimisq; cruciatibus, quos in suis feriæ sextæ exercitationibus perferebat, visu orbata. nū igitur quodā tempore in Carmelitissarū cœnobio esset, curavit D. Archi-Episcopus, qui tunc prope illud Monasterium versabatur, Ioannam ad se acciri: continuo illa, ut dicto audiens filia advenit, comitata P. Priore Carmelitarum aliisque Religiosis viris. D. Archi-Episcopus omnibus illis miraculosum illum Infantem ostendit, enarrans quid gestum esset. Verum ut postmodum cæcæ Ioannæ oculis Iesulum admovit, protinus illa supra oculos manum quandam perferens, exclamavitque: Iesus! jam clare video. Ita infans Iesus visum sponsæ suæ restituit, eamque in corpore ac anima, ceu domum Obedom cumulatè benedixit, ne minori videlicet benedictione donaretur electa hæc Christi sponsa, quæ sic à Deo amabatur

*Idg. re-
rato co-
ram pla-
ribus to-
stibus.*

*Io
pr
ba
ti
ar
de*

*Ac dem
Ioanna
cæca vi-
sum resp-
ruit.*

mabatur, ac vicissim suam Maieftatem tam ardentem amabat.

Igitur tametsi iam dicti favores divini, suæ magnitudinis ergo merito sint admirandi, nihilo secius tamen benignissimus Deus adhuc etiam luculentius benevolentiam suam comitatemq; erga Ioannam sequendi factò demonstravit. Pridiè festi D. Francisci visendam se Matri Ioannæ maieftas ipsius exhibuit, ac post amicissimos mellitissimosque sermones mutuo collatos, sponsam suam tam exuberante gratiâ dignatus est Deus, ut cum debilitas humana tatem redundantiam Divinæ dulcedinis ferre nequiret, ea præ amoris vehementia, animo eam liquente, conciderit, ita ut mox loquendi usu privaretur, pulsus arteriæ fugeret, pectus tumesceret, oculi deficerent, os labraque nigrescerent, sensus denique omni functione dimoverentur. Tali modo jacuit amatrix Ioanna super solum strata, sine halitu, ac ullo motu. Hoc tam repentino casu consternabantur omnes domestici, imo urbs tota commovebatur. Franciscani & Carmelitæ accurrebant cum cognatis & vicinis Ioannæ aliisque civitatis incolis ad miserandum istud spectaculum. Doctores Medicinæ sentiebant omnino Matris Ioannæ mortem indubitato adesse. Allata eò quoque SS. Eucharistia fuit, ut sub hoc saltem velamine sponsum suum cœlestem adorare posset Ioanna, eum suscipere intra se non valeret, S. denique etiam oleo, maiore iam parte præmortua, Ioanna est peruncta. Mortis illius

sensus erat civitati toti peracerbus. Flebant in modum infantum amarissime omnes, quoniam universi simul Ioannam velut fidelem communemque Matrem intime diligebant. Dum ergo, qui adfuere, omnes anxie solliciti contristatique essent, accessit quidam Monachus Franciscanus atque Ioannam allocutus: Soror, aiebat, nostine quod crastinâ die festum S. P. N. Francisci solemniter celebraturi sumus? R. P. Provincialis noster, atque egomet ipse præcipimus tibi, ut cras templum nostrum adeas, atque illic S. Missæ intersis officio, confessioneque peractâ sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum suscipias. Hæc ubi dicta audit, tali rursus correpta fuit deliquo, ut omnes obstupescerent, certo existimantes iam iam spiritum exhalaturam. At vero confessor eius P. Philippus à JESU, propius accedens ad Ioannam, ait illi: Ego in virtute S. obedientiæ præcipio tibi, ut benignissimum Numen exores, ut mortem tuam in aliud tempus differat, nunc vero te in vita conservet. Ad verba hæc quidem Ioanna DEUM enixe pro vita deprecabatur, prout ipsi mandatum erat; at vero per exigua edebat signa meliorationis. Igitur cum jam vesper incubuisset, recessere omnes in domos suas tristes oppido ac desolati; soli duntaxat perseveravere Patres Franciscani & Carmelitæ Discalceati apud JOANNAM, ut eius obitui adessent. Interea cereus benedictus lintea funebria, & quic-

D d 2 quid

Ioanna
præ as
bundantia
divini
amoris
deficit.

Adeo ut
similis
mortua
omninoq;
morigura
videretur

S. Franciscus cum sancta Teresia eferè mortua apparent.

Eandemque momento sanant.

quid aliàs ad sepulturam requiritur, apparantur. Dum itaque memorati PP. totam noctem pervigilant, præstolantes beatæ felicisque huius animæ ad sponsum suum migrationem, ipso diluculo apparent iam propemodum mortuæ Ioannæ D. Seraphicus P. Franciscus, cum S. Matre Teresia. Salutant ambo Ioannam, eamque ut cælestes ablegati alloquuntur: "Quidnam desideras diligitio tua? Ego Patres ac Patroni mei, respondet Joanna, peto oroque quod è Dei placito est ut petam. Postulo, quod obedientià à me exigis, precorque, ne hac vice me ad se Deus accipiat, quantumvis ego alioquin secundum propensionem meam, lubentius iam nunc morerer, ne posthac Maiestatem ipsius ultra offendam. Age filia, Sancti inveniunt, magnum sume animum, adhuc namque magni tibi restant reliqua vita labores perferendi. Ego, Sancti mei, respondet iterum illa humili cum reverentia, non refugio pati, nec aliud timeo quam Deum offendere. Enimvero non libenter eum læderem, cui ob magnas & multivarias eius miserationes tantum debeo. Ne timeas, ait S. Franciscus, Divina Majestas S. Matrem Teresiam, meque ad te ablegavit, non ut divinam eius majestatem offendas, sed ut conforteris, atque in nomine illius Sanctissimam eius tibi benedictionem, tum & nostram quoque impertiamur. Surge filia mea: vade ad Cœnobium meum ubi Patres te præstolantur. O mirum insolitumque

prodigium! Eodem profus, quo verè bakhæc audit, momento Ioanna protinus exsurgit, adeo vegeta & valens, ac si nihil ei languoris supervenisset. Qui aderant stupebant admirabanturque tantum miraculum. Ubi vero illud ubivis locorum famâ volante diffusum propalatumque fuit, continuo populus eo convolvit, videbantque sponsam Christi duobus comitata Nobilibus ad Franciscanos euntem. Percepit illic SS. Eucharistiam, festivitatiq; cum omnium gaudio & admiratione interfuit.

Postquam devotioni suæ apud Franciscanos vacasset, deducta est ad Discalceatas, ubi cum Angelicis hisce Virginibus reliquam vespertini temporis partem cælesti colloquio impendit. Sermocinatio illarum erat solum de Deo Divinisque rebus: non ut fieri eheu! amat, apud deditos mundo mortales, quorum collocutio solis constat sæpenumero prætextatis sermonibus, aut vaniloqua fabulatione: & apud hos.

Qui tenet hanc artem, meliorem habet undique partem. Conversatio Ioannæ cum iam dictis Carmelitissis, potest haud iniquè Divina dici conversatio, in qua omnium illarum spiritus tanta ubertate suavitatis dulcedinisque repletus fuerat, ut nihil advertentibus nox obreperet. quoniam igitur sero admodum erat, Sor. Ioanna vale sacris virginibus dicto adibat. At vero repente ingens illis ingruit aëris turbatio ac tempestas, tantusque de cælo ruit imber, veluti si pluvius æther inundatione terras operire hestiret. Orabant sacræ virgines Ioannam, induceret in

animum

*Joanna
domum
sevo re-
deuntem
ingens oc-
cupat im-
ber.*

animum, tam sava tetraque tempe-
statis intuitu, à domo adeunda absti-
nere; Ioanna vero tanquam fidelis
Materfamilias, non quæ sua sunt, sed
quæ ex aliorum commodo ac utilita-
te essent, quærens & curans, do-
mum redire omnino statuit, nihil
eam ingentem pluviam morata. Ita-
que Virgines illæ ordinant, ut præter
ancillam F. Laicus ad eius domum,
quæ sane procul in suburbio sita abe-
rat, eam deduceret. Dum itaque 3.
illi se ad iter comparant, & sponsa
Christi diffluentia vestimenta in
vestibulo portæ Cœnobii ad lubri-
cum cœnosumque iter molendum
succingit, vident in sperato Venera-
bilem quandam virum honesto ve-
stium cultu, cuius etiam in vultu,
statura, gestu, ac actione singularis
compositio decoraque gravitas con-
spiciebatur. Dominus ergo iste signi-
ficat se illo advenisse, comitandi eas
deducendique gratia. Dum ergo por-
tam egrediuntur, Magdalenaque
ancilla tetris, nimborumque gravi-
dis Cœlum nubibus obductum, tan-
tamque incumbere tempestatem vi-
dit; Profecto, inquit, Domina, si nos
in tanta procella progredi volumus,
submergemur. Nullam adibitis pe-
riculum, ait ille jam dictus Venera-
bilis vir. Mi charissime Domine, ite-
rum inquit ancilla, heri Domina mea
adeo lethalter ægra fuit, ut nemo
non eam existimârit morituram.
Novi probe, ait Dominus, quid heri
contigerit; at ego tibi sanctè affe-
ro ista vice procellam et haudqua-
quam nocituram, nihilque eam læsu-
ram. Agite modo: eamus. Ergo cum
bono Deo eiusdemque in nomine

iter legere incipiunt, & licet imber
talis deplueret, velut si aqua totis ur-
nis funderetur, nihilominus tamen
sponsa Christi, perinde omni fuit
madore libera, ac si testudinata aula
deambulasset. Inter eundum, ipso
iam viâ initio Ioannæ revelatum
fuit, Achatem illum suum, esse glo-
riosissimum Iosephum Patriarcham,
ideoque sermones eius excipiebat
summa veneratione atque devotio-
ne. Collocutio eius erat de vanitate
mundi, de pretio gratiæque divinæ,
de summâ assimatione Regni cœle-
stis, de supereminenti Amoris divi-
ni magnitudine. Erant verba illius
omnia & singula ceu igneæ radian-
tesque sagittæ, quæ cor Ioannæ divi-
ni amoris igne semper magis magis-
que accendebat. Interim in suburbii,
ubi domicilium habuit Ioanna, per-
ventum est. Putabat Magdalena cœ-
lestem illum comitem etiam in vi-
cinia habitare; ideoque ait: Bene va-
le, habequè Domine: humanissimas
tibi habemus gratias pro honore no-
bis habito, & labore à Charitate tua
nostri causâ suscepto. Nunc in do-
mum tuam concedas licet, nostra si-
quidem etiam habitatio iam propin-
qua est. Solæ nunc ac incomitata
progredi possumus. At vero D. Pa-
triarcha respondit: Venite Domine
meæ, venite, nec mei vos cura tan-
gat, ego iam suo recedam tempore.
Arque ita ad ades Ioannæ pervenê-
re. Dum verò ostium pandunt, vide-
ri S. Patriarcha desuit. Antedictus
F. Laicus & Magdalena ancilla, om-
ni possibili studio ac diligentia in-
dagarunt, quis ille venerabilis vir
fuerit, quo ve abierit, dum vero nihil

*Et ab
omni plu-
via ac
procella
injuria li-
berat.*

expiscari de eo potuerunt, certo sibi persuasere cœlestem eum Ablegatum fuisse.

CAPUT V.

Sequntur alia consimiles gratia, quas hoc tempore sponsæ suæ contulit DEVS.

*Ioanna
mira vi-
ctus te-
nuitas.*

PRæter memoratas ante gratias, benignissimum Numen ancillam suam compluribus aliis favoribus cumulavit. Edebat id temporis Ioanna permodicum, vel ut melius dicā, tantundē ac nihil. dum ergo suos domesticos pavisset, concludebat se in suo Sacratio velut asylo optatoq; animæ suæ quietis loco, ubi ab humanis rebus sejuncta mansit. Hac in solitudine sua, vidit quandam supra omnem modum mensam magnificā, ad caput eius confidebat Christus. Servator noster, ad eius vero dexteram gloriosissima illius mater, purissima Virgo MARIA, tum vero deinceps alii Divi cœlites suo ordine. Angelorum porro pars ministeria obibant mensæ, pars cœlesti quādam vocum sonorumque harmoniā musicos edebant modos. Cibum erat mirus & singularis, ac ita se habebat, ut universos convivas satiaret, magnāque repletet voluptate, licet nihil illius absumpissent. Idem ipsum eveniebat joannæ. Non erat illa quidem expresse invitata ad accumbendum illi mensæ, nihilominus tamen particeps fiebat divini convivii perinde atque alii convivæ. Quadam vice in simili excessu mentis audiit Christum sibi dicentem: "Dilecta hæc amica mea, omnibus terrenis solatiis propter me valedixit, ego eam vicissim volo ita cœlestibus recreare dapibus, ut ei ab

*Sed divi-
nis epulis
pascitur.*

"hac mea tractatione omnis terrena voluptas desipiat. Satisfecit quoque promissis hæc tuis DEUS. Etenim, si quando illa ex alimenti defectu mentis deliquium incurrisset, oris sponsæ suæ ingerebat manu sua, summa cum affectus teneritudine tam efficax, nutritivum ac perdulce edulium, ut hoc cœlesti Manna non modo mirè recrearetur, sed etiam confortaretur, veluti olim Elias Propheta, qui in fortitudine eiusmodi cœlestis cibi ambulavit 40. diebus & 40. noctibus usq; ad montem DEI Oreb (3 Reg. 19. v. 8.) ubi in solitudine Orationis ac divini colloquii pane se sustentavit, spiritumque suum enutrit & recreavit.

Poterat quidem Christi sponsa joanna jam dicto tam singulari fortique cœlorum pane, quem è sponsi sui manibus percipiebat abunde vitam tolerare, plurimum tamen vivebat sacra communione nobili videlicet Angelorum pane, qui si ab homine in gratia sumatur, cor hominis sic roborare potest, ut nullius alius cibi ageat, prout Angelicæ nostræ Creaturæ Matri joannæ contigit, quæ solo pane isto cœlesti vitam sustentabat, quod etiam haudquāquam mirandum, si consideretur singularis complacentia, quam benignissimus DEUS in eius communione habuit. O quam affectuosa & efficacia sunt verba illa, quibus hoc sponsæ suæ patefecit DEUS! Mane quodam cum Sor. joanna in sacra Carmelitarum æde meditaretur Spiritus S. in igneis linguis adventum, quarum divinus ignis, uti quondam Rubus Moysis lucebat ardebatque

at non consumebatur: DEUS ab ea contemplatione mentem illius avertit, spiritumque eius ad contemplandum Sanctissimum altaris Sacramentum accendit. Hoc in eminentissimo mysterio summum nobis mortalibus DEUS suæ inexhaustæ charitatis monumentum dereliquit, dum se ipsum in cibum tradidit, virtutemque infinitæ suæ potentiaæ atque amoris in parvo panis orbe conclusit. Dum itaque Cælestis sponsa contemplationi huic tota esset immersa, ambæ tabernaculi fores apertæ sunt. Videbat IOANNA illic maiestatem ipsius Christum Servatorem nostrum Divinum cælestique lumine coruscantem thronum insidentem, qui Thronus Seraphicis Angelicisque cingebatur spiritibus. Totum tunc cor amore flagrantis sponaæ incendio amoris divini veluti cera à facie ignis liquabatur & consumebatur. Postquam in hoc abscondito mysterio sponsum suum tam clare fuit intuita, alloquitur illum summa cum gratitudine pro tam inexplicabili præsentiaæ suæ beneficio, apud nos ægros miserabilesque mortales. "O veræ Sol justitiæ, dicebat IOANNA, qui "è nivei candoris hostiæ sacræ specie, ardentissimis, amantissimis, "que tuæ infinitæ dilectionis radiis "homines accendis. Quinam est "possibile, quod nos te in misera "habacula nostra venientem suscipiamus, & tamen vix calefacimus? Nemo quippe potest ignem suo fovere sinu, ut non "ardeant vestimenta eius. Quo-

"modo fieri potest, quod cum nos
 "in pectus nostrum solem tamar-
 "dentem, tamque vastum includa-
 "mus incendium, non à fumo Divi-
 "ni huius ignis oculi nobis dif-
 "fluant? Quidnam hoc est, quod
 "corda nostra non liquentur in la-
 "crymas, dum ab istis tam calen-
 "tibus radiis illustrantur? O mi
 "benignissime Domine, possibile ne
 "est in consideratione tantæ ingra-
 "titudinis nostræ, ut tam arden-
 "ter discupas desideresque te no-
 "bis intime unire, corpus sangui-
 "nemque tuum impartiri? Et cum
 "nos tam frigidi, væcordes ignavi-
 "que ad rependendum amoris amo-
 "rem simus, tu tamen præ amoris
 "magnitudine apud nos ingratos
 "manere mortales nobisque servire
 "velis? Et quidem non uti servus do-
 "mino suo servit, sed tu ipse non ve-
 "reris cibus potusque noster fieri? Mi
 "DEUS! mi Domine suavissime!
 "Deliciosa refocillatio solatiumque
 "animarum nostrarum! Quid oro
 "Angelici dicent Spiritus, dum in-
 "tuentur, quod tua maiestas tanto
 "sit mortalium amore capta? Quid
 "ais filia mea? respondit Dominus,
 "tantumne tu amoris mei excessum
 "reputas, in eo quod ego in Vene-
 "rabilissimo Sacramento vobiscum
 "ex charitate permaneam? Attende
 "nunc sponsa mea, studiose verba *Quanta*
 "mea; sane ego assevero tibi, si apud *volupta-*
 "vos manere noluissem, tamen id fe- *te afficie-*
 "cisssem vel unius tui causa obingen- *batur*
 "tè gustū voluptatem atque compla- *Christus*
 "centiam, quam percipio, dum tu me *in Ioan-*
 "in SS. Eucharistia excipis. Quis *na com-*
 "tam amabilia verba, tamque eximium *munione*
 gratia

gratiæ munus non admiretur? Hoc sane nobile est magnificumq; virtutis præstantissimæ Sor. Ioannæ testimonium. Quam ingens debuit esse puritatis eius Angelicæ magnitudo, quandoquidem tantam capiebat voluptatem Deus ex eo, quod illa SS. eius corpus susciperet?

Hæc & innumera alia Charismatum dona, quibus Sor. Ioanna indies cumulabatur, erant quidem ii duntaxat favores, qui à mera Dei misericordia proficiscébantur, non tamen eos gratis Christi sponsa ac immerita, nec sine grandi censûs perfolutione percipiebat. Magna profecto est deceptio existimare sine labore ac fatigatione, sine mortificatione, sine cruciati ac dolore cœlestis ambrosiæ dulcedines in oratione cuiquam ob venturas: quod ipsum Sponsæ suæ Sor. Ioannæ in festo exaltationis S. crucis aperuit Christus D. Etenim cum Ioanna nostra primo mane huius festivitatis deo in spiritu esset unita, eidemque percepta S. sancta communionem demississimas ageret gratias, vidit sponsum suum Christum in interioribus animæ suæ, tanquam in magnificentissimo folio sedentem, Spiritibus Angelicis circumdatum. Nitidissimi porrò radii ab eius vibrati lumine in cor illius ferebantur, perinde ac lineæ à circumferentia ad suum centrum. Proxime folio adstiterunt Regina Cœlorum cum Sponso suo S. Iosepho. Ambo hi Ioannam Christi sponsam ipsius maiestati stiterunt; Regiæque Mater ait: Fili mi, suscipe hanc dilectam sponsam tuam: ipsa est regis tuis insignita signaculis, tuis pretiosis vul-

neribus velut pulcherrimis ac pretiosissimis pyropis exornata. Clementissimus vero Rex Christus, ad postulationem gloriose Matris sponsam suam Ioannam longe amabilius, quam olim Estherem suam Assuerus à terra levavit, brachiisque complexus est. At vero humilis Ioanna, cum ad tam sublimem evecta esset dignitatem, singulari pudore ac modestia in suæ miseriæ consideratione tanto intimius luculentiusque tantæ miserationis indignam sese iudicabat. Post hæc mox iterum D. Patriarcha Ioseph comparuit. Discum is gestabat manu cum duplici edulio, unum ex his erat dulcissimum, alterum vero perquam amarum atque insipidum. Utramq; harum dapium gustare sivit Ioanna Sanctus & ait: "Elige filia è duabus hisce escis, iuxta tuum gustum & oblectationem. Ubi vero Ioanna suavem illam dulcemq; aspersionem, elegit amaram, ostendit illi Divus Patriarcha gloriolam quidem, at prægravem quandam crucem & "Filia mea, inquit, valde consulte elegisti, haudquaquam etenim aliter, quam cruce onustis incedendum. Tribulationes, dolores, mortificationes amaritudinesque cordis tibi nusquam deerunt. Sed bono animo esto, nam patiendo, dolendoque maximam Deo voluptatem & oblectationem creas. quibus dictis S. Patriarcha disparuit. Sponsa vero Christi summa fuit consolatione perfusa, dum aperte videt, quod sponsum suum per viam crucis & afflictionis ducere semper eam velit, quæ unica via est, per quam omnes electos suos ducit.

Dulcia
non mes-
ruit, qui
non gustavit
amarum.

Ab ea die qua S. Ioseph Joannæ tribulationes gustandas dedit, monti Thabor tergum obvertit, solumq; Golgathæum seu Calvariæ montem concupivit, ac unice suspiravit. Patuit hoc in singulari quodam & præclarissimo Ioannæ factis, eoque tali, ut ego plus à creatura quapiam præstari DEI causa posse non arbitrer. Ad apertam patentemq; fenestram unâ noctium Ioanna confederat, & per quietæ noctis silentia in cælum suos oculos sustulit, orsaque est Sanctorum ac Electorum DEI gloriam animo revolvere, ingenti unâ desiderio eorum in hac vita sequendi vestigia succensa, quo nimirum eis in cælesti Beatorum Patria convivere posset. Cum igitur eâ in flagranti cupiditate Ioanna mente excessisset, videbat corporeis oculis cælum aperiri, videbat quoque Gloriosissimâ V. Mariâ suo cum divino Filio, lo inter brachia deorsum descendentem. Adveniebant illi super nubem candidam & adeo refulgentem, ut obscura nox in lucidam verteretur diem. Dantur quidem naturaliter nubes lucidæ, quando solis radiis illustrantur; sed lumen istud ne in minimo eûiam dicto divino lumine comparari potest. Erat Sor. Ioanna profunde in huius visionis contemplatione absorpta; at vero Regina cæli sponsam sui dilecti Filii continuo adiit, eamquæ blandissimis intuita oculis: "Filia, dilectus Filius meus ac ego bonam latamque tibi volumus præstare diem. Animus est in cælum te ducere, ut cum omnibus beatis Electisque cæli civibus divinum indeficiens lumen, quod illi intuentur, facie ad

"faciem spectare queas, simulque cum illis æterni boni fruitione gaudeas. Gratia hæc pignoris & affectionis tibi erit loco futuræ tuæ æternæ beatitudinis & gloriæ.

Nemo certo asserere nosque certos reddere potest, an hæc maxima omnium visionis DEI gratia, ulli unquam Sanctorum in hac misera vita post gloriosissimam Reginam cælorum Mariam sit collata. Moses quidem magnus ille Dei amicus, uti & alii Sancti ardentem pro eo dono institerunt. Nostræ verò Ioannæ citra postulationem eius ultro fuit oblata, imo ad eam à cælesti suo sponso & gloriosa eius matre est invitata. Veruntamen non in hoc situm est maximum hoc prodigium, sed quod Ioanna cum summam hanc felicitatem teneret manibus, sese excusavit. Tota præ profundissima demissione intremuit ad hanc tam sublimem pollicitationem, calidisque perfusa lacrymis ad SS. V. MARIAM ait: "O Gloriosa Regina & Mater misericordiæ! ò vita nostra, dulcedo, & spes nostra! Amplector equidem ac toto corde veneror singularem gratiam, quam divina majestas ac misericordia tua mihi offert. At Charissima Domina mea, hæc ancilla vestra honore tanto nullatenus est digna. Quod autem enixe abs te peto, est, ut tu mater misericordiæ mihi à SS. Filio tuo velis obtinere profundam humilitatem, constantem virtutem, veram perfectionem, magnumque animi robur ad patiendum DEI causa. Non ego maiorem hoc in orbe ac vita postulo felicitatem, nec honorem alium aut gloriam nisi in

Sed Ioanna recusat & deprecatur gratiam istam.

Beatissima Virgo Ioannam in cælum ad videndum Deum impirat.

-cruce Domini mei JESU Christi.
 "Pro eius amore omnis mihi amari-
 "tū est dulcis, omnis fletus, risus,
 "pœna dolorque omnis, oblectatio,
 "omnes gravedo & afflictio, revela-
 "tio, omnis cruciatus mihi sunt gau-
 "dium, omnis labor, solatiū & quies.
 Quid iam ad hæc dicent illi, qui cum
 orandi studio sese dediderint, illicò
 discipiunt Divinam Maiestatem in
 hac vita intueri? si nihil, quod in
 contrarium asserant, habent; placeat
 eis audire, quæ spiritualis vitæ magi-
 stri asserunt, nimirum, quod eius-
 modi cupiditas supernaturalium re-
 rum, supramodum fit periculosa,
 & stultitia ingens, quæ non ex humi-
 litate, sed superbia originem ducit.
 (Richard. Ambros. August. & alii a-
 pud Andr. de Guadel. in Myst. Theol.
 tract. 5. c. 16.

*Visiōem
 Dei appe-
 tere in
 terris
 magna
 est stulti-
 tia.*

Contrarium omnino velut vera,
 germana, humilisque Altissimi An-
 cilla agebat nostra Sor. Ioanna. No-
 luit illa præ summa demissione ani-
 mi, studio mortificationis, patiendi-
 que desiderio DEUM in hac vita
 videre, sed pro eo pati, cui etiam cru-
 cis & passionis desiderio DEUS per
 alium favorem assensum præbuit.
 Dum illa aliquando sub sacrificio
 missæ ad percipiendam sacram com-
 munionem se præparat, exarsit in a-
 nima eius supra omnem modum
 grande amoris incendium, una cum
 flagrantissimo patiendi desiderio,
 iludque sponso suo valde ardentem
 exposuit, atque Sanctissimæ illius
 voluntati sese commisit. Porro sua-
 vè hanc flammam continuò alia spi-
 ritualis tempestas est consecuta, ex

intenta consideratione peccatorum
 suorum orta. Tota tum immerfa erat
 Ioanna in dolorosa rememoratione
 & pœnitudine peccatorum suorum.
 Putatitæ suæ malitiæ abyssus adeo
 horribilis ei est visa, ut anima il-
 lius id omnino ferre non posset, ac
 denique statueret sanctam Commu-
 nionem intermittere. Verum no-
 xiam eam curam atque formidinem
 Divina Maieestas ei absterfit. Ete-
 nim dum Sacerdos propter sanctam
 Communionem tabernaculum aper-
 rit, subito Ioanna per auras ad Scam-
 num Communicantium deferretur,
 ubi in medio vasis hostiarum sacra-
 rum Christum Redemptorem no-
 strum conspicit, quem etiam sequen-
 tibus verbis sane suavissimis allo-
 quentem se audit. "Amata mihi
 "plurimum filia, quandoquidem tu
 "sincerè totoque animo te dicas
 "offerisque ad patiendum quidvis a-
 "more mei, teque voluntati meæ ex
 "toto congnas & tradis, idcirco vo-
 "lo ego te verum mei simulachrum
 "efficere, atque in te à vertice capitis
 "ad plantam usque pedis, omnes
 "passionis meæ dolores renovare,
 "cumprimis namque volupe mihi
 "est te patientem spectare. Fervore
 "tuo ac zeloso desiderio patiendi,
 "iustitiæ meæ zelus usque adeo le-
 "niter ac mitescit, extentumque bra-
 "chium meum tam potenter retra-
 "hitur, ut ego tui gratia, vindictæ
 "flagella orbi universo intentatæ
 "cohibeam, nec ea illi supervenire
 finam. Hæc ad eam Dominus. Spon-
 sa vero eius caput suum profunde
 demisit, brachiaque sua decussatim
 seu in crucis modum pectori admo-
 vens

Ex cog-
 deratione
 peccato-
 rum su-
 rum ve-
 retur ad
 S. Syna-
 xim am-
 dere.

Sed ad
 eam De-
 vinitus
 per am-
 defertur.

Flagella
 iracundia
 sua in
 tu lo-
 na col-
 bet Ch-
 stus.

vens in æternam sese victimam, toto è corde, suæ Divinæ Majestati sacravit. Post hæc S. Eucharistiam suscepit Ioanna, ac peractâ gratiarum actione, repente tam intollerabiles dolores toto persensit corpore, quasi caro illi non solum in frustra concideretur, sed cutis etiam cum carne forcipibus ferreis unciisque discerperetur, universa item ossa suis sedibus emoverentur. Immanes prorsus isti cruciatus multos tenuere dies: IOANNA vero ingentem dolorum amaritudinem, tam heroico fortique pertulit animo, velut si duræ passionis petraë unicum illi essent refugium, & quietæ habitatio, procellosaque dolorum tempestas esset securitas. Neque id mirum erat, si consideretur, quod illa sicuti Christus ipse in cruce suam fortitudinem haberet absconditam. (Habac. 5. v. 5.)

Patiebatur nihilominus anima eius singularem martyrii cruciatum, cui faucium amore cor eius ferendo non esset. Tormentum illud proficiscebatur ab anxio nec unquam cessante pavore, amatum suum per culpam quandoque amittendi. Penetrativum eiuscemodi anxiumq; desiderium dilecti cum sponsa in Cantico Cantic. retinendi, atque apud eum semper & internum permanendi, singularis est amoris proprietatis. Nostrum omnium mortaliū principalis cura & cupido consistit in unione cum bono amato. Quamdiu homo in timore est boni amati amittendi, tamdiu quoque à pace is exulat. Quanto igitur purior,

quantoque intensior est amor, tanto etiam est maior fervidiorque zelus & cupido bonum amatum perpetuo possidendi. Neque aliud quidquam adeo anxium reddere potest cor amore ardens, quam timor boni amati amittendi. Hic angor tam ingens in nostra tenera totaq; Divino amore capta Ioanna fuit, ut modus nullus esset eam ad optatâ quietem perducendi, quanto scunquæ etiam Divina Majestas favores ad eam animandam roborandamq; adhiberet. Dum unâ vice in sacra æde amarissimè deflet peccata sua apparet illi Domitæque suavi valdè ac blanda voce ait: "Filia, ne te afflixeris, neque animum in consideratione peccatorum tuorum demiseris. Mea misericordia sine comparatione maior est, quam tua miseria. Bonum retine animum. Spera & confide in mea magna erga te dilectione. haud ego committam ut progressus tuus deficiat, neque ut gratiam, quam consecuta es, amittas. Nota benevole Lector, quemadmodum hisce verbis Ioannam suam certam faciat Deus, quod existat in statu eius gratiæ. Asscuratio hæc est peculiaris & paucis indultus favor, in consideratione, quod in hac mortali vita nemo nescire queat, amorene an odio sit dignus.

At vero angores eius tristisque curæ Divinâ hac pollicitatione haudquaquam sedatæ compositæque fuerunt. Semper illa tremuit, nec unquam secura vixit. Verebatur, ne forte peccata sua essent causa persecutionis grandisque afflictionis, quæ per id tempus in eam

E a 2 incubuit

Horrendos cruciatus in toto corpore fortiter tolerat Ioanna.

Christus Ioannam solatur & in gratia sua eam esse ac fore certificat.

incubuit. Rogabat igitur enixè Deū, vellet sibi indicare, an ita se res ista habeat, animo vitam suam emendandi. Verum divina maiestas ita ei respondit. "Filia mea, non sinas te eo cogitatione abripi, ut putes me te deseruisse, cum sic me ordinante tu ita mei causa doleas, certa esto in tali dolore me tibi propiorem præsentio-remque esse quam alias. Nunquam non ego animam tuam in oculis fero sponsa mea: & oblector impense, dum video qualiter illa se oblectet in molestiis & afflictionibus, quas ego illi ferendas impono, & persecutionibus quas immitto. Ne paveas. Haud ego illius memoriam deponam, colam eam subigamque ut terram bonam, meaque gratia & auxilio eam frugiferā reddam, ut indes in virtutibus & meritis profectum capiat. Hac promissione Divina tunc quidem anima eius & conscientia bonam pacem obtinuit. Ast uti nocturno tempore fulgur coruscō suo lumine tenebras quidem dispellit, ubi vero breve lumen istud evanuit, atra nox pristinis obducta tenebris manet, ita Divina vox velut fulgur quoddam lucidum Ioannam quidem tantisper gaudio erexit, posthæc vero cum rabidus dæmon efferato animo eam infestare occupit, novas etiam pristina anxietas sumpsit vites. Verumtamen post hæc nubila ac turbines, serenus iterum Phœbus animo illuxit dicente illi Christo: "Ne timeas, filia mea, in certamine cum hosti-

Deus in afflictio- nibus præsentior est hominibus quam alias.

bus tuis, ac medio tribulationū atque adversorum, quæ circumdederunt te. Ego sum tibi murus & antimurale, ego sum tuum tutamen, refugium & virtus. Si ergo tuus ego DEUS, pro te atque apud te sum, quisnam te superabit? Confide, filia, quod nemo spiritalem thesaurum, quo ego te ditavi, & semper dito, tibi auferre poterit. Verba hæc Ancillam DEI Joannam magno solatio perfudere, & merito universis hominibus solatio debent esse. Quandoquidem divina maiestas nobis in verbis illis declarat, quod nemo nos absque cōsensu nostro spiritualibus bonis spoliare queat, quæ per gratiam DEI consecuti sumus, quæ sane sola verè bona sunt censenda. Hoc etiam (inquit Divus Augustinus.) inter bona temporalia & æterna præteritis differentiis aliis, interest, quod temporalia, facile ac præter voluntatem nostram amitti possint, è contra verò æterna, sunt immensa, semperque ea, modo velimus, retinere possumus. Veritas ista peregrinè Divo Job confirmatur. Inviserat malignus hostis illum omni possibili studio nocendi, cunctisque eum bonis temporalibus nudavit, at vero de spiritalibus, præteritoseque thesauro animæ, ne pilum hilumve ei auferre potuit.

☩(c)☩

CAPUT

*Spiritus
sua bona
hominibus
si voluit,
nemo au-
ferre po-
test.*

*Geni-
tere
ritatis
libera*

CAPUT VI.

Mater Ioanna obtinet, ut ad incrementum pietatis ac fidelium animarum utilitatem, complura Rosaria & Cruces à Christo benedicantur. Vbi etiam narratur, quod circa hanc Divinam benedictionem in uno alterove casu mirabile evenit.

IN S. litteris præstantiores quique & sanctiores homines montium nomine indigitantur, alii vero colles dicuntur aut valles. Eo in loquendi modo multæ includuntur similitudines, quarum aliqua instituto nostro haud parum serviunt. Ante omnia notandum, quod montes supra omnes Orbis terrarum creaturas elevati cælo sint propinquiores. Eiusmodi quoque sunt Sancti DEI in hoc mundo supra alios virtute eminentes qui etiam DEO sunt propiores, magisque confines operationi Divinæ gratiæ. Secundo, uti excelsa montium juga cælestem quo perfunduntur, rorem non pro se solis retinent, verum etiam in valles camposque dispensant, ita pariter speciales amici DEI, qui sanctâ vitâ suâ in cælos alte sublatis sunt, non in vanum divina munera suscipiunt, sed unice satagunt, ut ea plurimum utilitati serviant, quæ divinitus acceperunt. In hac Christianæ charitatis virtute Ioanna nostra à JESU MARIA, ad summum apicem gradumque pertigit. Derivavit illa iuxta Salomonis monitum & consilium fontes suos cælestes foras, & aquas gratiæ dividebat in plateis.

Genius vere charitatis character

(Prov. 3. v. 16.) Igitur à Divina Maiestate tam eximie gratiarum cumulata donis Ioanna, enixe magnæque cum fiducia cælestem suum sponsum est precata, vellet aliquantum Rosariorum, Crucum, imaginum ac numismatum modum benedicere, eisque benedictione Divinæ suæ manus, tam efficacem largiri virtutem, ut fideles in hac labente ac temporanea vita, eis cum fructu uti, & ad æternam tanto promoveri facilius queant. Dominus quoque eius petitioni assensit, quod nimirum & sponsa sua charissima id postularet, & postulatio eius perquam grata sibi esset. Miraculum istud ad eum qui sequitur modum contigit. Collegerat Ioanna varii generis ac formæ Rosaria, cruces, imagines, ac numismata; hæc omnia in magnis festivitibus specialiter tamen feriâ s. Cœnæ Domini, & in Parasceve, ponebat super altare Oratorii sui. Tum orationi se dedit, ardentissimo amore sponsum suum divinum exorans, complaceret suæ Maiestatii pollicitationem suam, quam ad emolumentum animarum fidelium sibi fecisset, adimplere. Prosternebat hæc preces ante Dominum Ioanna in mirabili quodam excessu mentis. Interim durante eius ecstasi, delapsi deorsum cælestes Genii coronas cum aliis illic congestis rebus in cælum secum asportabant, Christus vero illas accepit in sanctas ac Venerabiles manus suas, suamque illis benedictionem largiebatur, singularè item iam dictæ pietatis armaturæ impertiebat virtutem & efficaciam, & mox iterum Ange-

Modus quo Rosaria & alia res in cælo benedicuntur.

li omnia deorsum deportaverunt. Ad hunc modum famula Christi miraculum hoc patefecit. Domestici quoque, vel qui præsentibus illis aderant eodem profus modo ac serie actam rem compererunt, dum sine mandato D. Archi-Episcopi, sive devotionis affectu, seu etiam curiositate ducti Ioanna extra se abrepta oratorium ingressi, Rosaria ubique quærebant, at usquam reperiebant, ne minimo vestigio ubi reponi forte potuissent nusquam animadverto, rei exitum simul omnes anxie præstolabantur. Fiebat ergo, ut minime cogitantibus illis repente totæ ædes odore suavissimo replerentur; quod enim vero tunc eveniebat, quando Angeli deorsum sacra illa Rosaria deferebant. Convolutabant tunc propere ad Oratorium omnes, reperiebantque eo profus tempore, quo sponsa Christi ad se ab ecstasi redibat, Rosaria una cum aliis rebus super altari. Omnia porro illa tam ingentem habuere cælestis suavitatis fragrantiam, ut non externi modo sensus, verum etiam potentia animæ mirum in modum inde recrearentur. Igitur tali omnes præsentibus indicio cognoscebant, pretiosos illos thesauros è caelo allatos esse ad fecundandam suis operationibus animarum fidelium terram, frugiferamque ac opimam eam reddendam. De varia horum cælestium thesaurorum virtute, operatione atque efficacia, sequenti libro, DEO favente, volente, tractabimus. Quo vero condigne, merito pretioque suo æstimentur, nunc admiranda duo facta circa ea recensebimus.

*Ex allatis
de caelo
benedictis
Rosariis
tota do-
mus odore
repletur.*

Dum aliquando Dominus Ferdinandus de Azevedo Archi-Episcopus Domino Alphonso Marcos 6. Coronas tradidisset spiritali filia suæ deferendas, præfatus Dominus Alphonso, quem hoc mysterium minime fugiebat, in via sex alias in mercatoria quadam tabernula cœmit, quod videlicet percuperet tam pro se, quam amicis aliisque piis hominibus, istorum divina benedictione sacratorum particeps fieri Oratorum. Tali ergo animo hæc ab ea se emptæ, cum aliis fila simul colligavit, sic, ut in universum nullo discrimine 12. Rosaria numerarentur. Reperit is Christi sponfam in sacario suo & ait: Mater, Dominus Archi-Episcopus me huc misit, ut hæc coronas tibi tradam, ad finem tuæ charitati probe cognitum. Bene, respondet Ioanna, tu Domine velis ea altari imponere atque in Dei Matris nomine abscedere. Hisce copiam abeundi nactus Capellanus, abiit, factumque est hoc feriâ sextâ mane. Ideoque Ioanna in oratorium suum sese abdidit, ut ita sibi more, ista die exercitio Passionis Christi vacatura. Inter hæc bonus Presbyter egit aliquanto turbatior, scire cupiens, an suæ coronæ caelo essent illata. Tacitus ergo clam Oratorium ingreditur, atque ubi famulam Domini sua in ecstasi à sensibus alienatam vidit, altare studiosè oculis perlustrans sex illa Rosaria, quæ Dominus Archi-Episcopus ei traderat, non amplius eidem superposita, alia vero sex quæ ipse emerat, in angulo aræ separatim jacere conspexit. Tum foras exit non si-

*Mirum
quoddam
factum
circa illa
Rosaria
benedicta*

ne

Fraus e-
tiam pia
egregie
deluditur

ne inquietis mentemque distrahen-
tibus cogitationibus. Horâ sexta
vespertinâ more suo adest ad Ioan-
nam ex Oratorio deducendam; vi-
ditque quod sex illa Archi Episco-
palia Rosaria iam supra Altare ja-
cerent, mirâ & singulari fragrantia
odori prædita, sua vero in supradi-
cto angulo, omni odore destituta,
uti erant ante, separatim locata ef-
sent. Mirum omnino bono Domino
istud videbatur; aitque ad sponsam
Christi: Cur, Mater, hæc sex Ro-
saria ab aliis se junxisti? Respon-
det Ioanna. Quæ Rosaria? Ista,
inquit ille, quæ hic in arâ angulo ja-
cent. Tota ad hæc rubore suffusa
conturbataque fuit Ancilla Domi-
ni, quæritque ex Sacellano: Non-
ne D. omnes, quas tibi Dominus
Archi Episcopus tradidit coronas
altari simul imposuisti? Ita me De-
us! Quidnam rei est hoc? Cum ve-
ro Sacerdos JOANNAM sic e-
rubescentem trepidamque cerneret,
veritatem rei aperuit, quod nimi-
rum hæc sex Coronæ non ad Domi-
num Archi-Episcopum pertinuis-
sent, sed eas ad eum finem se coemif-
se. Bene habet, respondet Ioanna,
cum ita egeris, optime tecum est a-
ctum; edis, ut intrivisti, confusus
contemptusque. Insinuandum cer-
te mihi de tuis Coronis aliquid fue-
rat, licebatque desiderium tuum ex-
promere. An nescius es, me om-
nia hæc agere obedientiâ adactam?
Et quid aut DEUS ipse aut ego
egerim sine obedientia? Ideoque
scito coronas tuas in cælo non fuis-
se, neque benedictionem Divinam,

eiusve efficaciam & virtutem con-
secutas. Nihilominus tamen hic
eas relinque, proxime in cælum de-
ferentur. Quam egregie hic re-
lucet agnosciturque Divinæ manûs
operatio! Quod nimirum propter
Obedientiam Divina Maiestas mi-
racula patret, absque hac mira non
efficiat. Alterum, quod gestum
est, meretur, ut singulari attentio-
ne ac diligentia legatur. Anno
1625. Hebdomadâ maiore seu
Sanctâ, Ecclesiam gubernante suâ
Sanctitate Urbano eo nomine O-
ctavo, felicissimæ memoriæ; sæ-
pe memoratus Dominus Archi-E-
piscopus D. Ferdinandus de Azeve-
do spiritali suæ filiæ quædam Rosaria
tradidit, eidemque præcepit, uti
Divinam rogaret Maiestatem,
suam ut Divinam iis benedictio-
nem impertiat. Ita egit JOAN-
NA ceu obtemperans filia. Per-
cepto ergo eius gratiæ munere, dum
eas D. Archi-Episcopo reddit, Do-
mine, inquit ad eum Reverendissi-
ma Dominatio Vestra velit hæc
omnia magni pendere. Etenim
præterquam quod in cælo benedi-
ctionem à Christo innumerasque
eiusdem virtutes sortita sint, etiam
Romæ fuere, & feriâ 5tâ Cœnæ D.
una cum sacris amuletis, seu Agnis
Dei benedictionem à tua Sanctitate
susceperunt, eiusque benedictionis
efficaciam sunt adeptæ. Sacer hic An-
tistes, tametsi Ioannæ spiritû abunde
iam variis experimentis probârit ac
approbârit, voluit præterea, bona
occasione, quam præ manibus ha-
buerat, invitatus, eius rei veritatis
fundum

DEVS
propter
obedien-
tiam mi-
racula
patrat. si-
ne ea mi-
ra non
edit.

Etiâ
Romæ
cum Ag-
nis Dei
à Ponti-
fice coro-
næ Archi-
Episcopi
benedi-
cantur.

*Eius rei
veritatē
explorat
Archi-Ep.*

fundum ipsum explorare. Missus erat eo tempore Romam à Canonico Burgenfium cœtu quidam, Bartholomæus de castro nomine, tuncque in urbe agebat Ecclesiæ suæ Metropolitanæ negotia procurans. Ad hunc Nobilem perscripsit Archi-Ep. D. Ferdinandus totius rei feriem, postulans ab eo, ut summo studio ac solertia indaget ac inquirat, an res ita se habeat. D. Bartholomæus, accepta de super bonâ informatione, rescripsit D. Archi-Episcopo, sanctitatem suam eo anno Agnos DEI non benedixisse, esseque veritatem istam totâ Pontificis Aulâ omnibus notam, ac proinde verum esse non posse, quod famula DEI asseverarat.

Dici non potest, quantum prudentissimi pontificis animus responso isto perturbatus sit atque distractus. Quo vero inquietudini suæ mederetur, continuo se ad famulam Christi contulit, ex eaque sciscitatus est, an non sibi asseverasset, cognita illa Rosaria in Cœna Domini, Pontificiam benedictionem cum Agnis DEI Romæ percepisse? Ita, Domine, respondet Sor. Ioanna, etiam id asserui. Ait iterum Archi-Episcopus: Quinam hoc verum esse queat, cum præsentè anno Agnus DEI non sint benedicti, uti Româ certior sio? Domine, reponit Ioanna, qui Roma id perscripsit, rectè ille ac ex vero scripsit, & ego etiam verum asserui. Sua namque Sanctitas palam ac in publico Agnos DEI non benedixit, sed in privato. Velit Rmus D. si lubet, iterato Romam scribere, tum experturus hoc quod

aio verum certumque esse. Itaque protinus D. Archi-Episcopus eidem Canonico Bartholomæo de Castro iterum scribit significans, quid famula D. respondisset. Petere igitur, ut quandoquidem tanti res illa sit momenti, audiri coram à sua sanctitate instantissime exposceret, atque à prædicta sua sanctitate ipse veritatē edoceri peteret. Ut iussus erat, egit D. Bartholomæus, adeptaque copia coram appellandi Pontificis ore ad eos eidem sanctitati totam rei actæ feriem recensuit. Ut loqui desinit Canonico, oculos in cœlum sua sanctitas sustulit, gratias Deo agens, quod sui Regiminis tempore, talem creaturam S. Catholicæ Ecclesiæ indulgisset. Aitque porro. "Verum est, quod illa DEI ancilla asseverat. Feriâ scilicet Cœnæ D. certas ob causas publice Agnos DEI non benedixi, privatim tamen id peregi, dumque in eo essem, ut eos benedicerem, Coronas aliquod diversorum colorum super aram contempsi, nesciebam quidem quis illic eas deposuisset, veruntamen & iis bene sum precatus. Impertita porro benedictione, momento super altari videri desiêre. Mirum equidem id mihi visu erat, cogitabamque non vulgare secretum eo oculi. Nunc vero ex te rei veritatem didici. non dubito personam hanc eximiam Dei famulam esse. Perscribe ad eam meo nomine, ut me fideliter Omnipotenti Deo commendet. Neque hoc contenta sua Sanctitas, è speciali erga eam benevolentia nostræ Sor. Joannæ Indulgentias pro articulo mortis transmisit, crebro

crebro se precibus eius commen-
dans. Quam vero ei proficua Sor.
Ioannæ intercessio fuerit, postea vi-
debimus.

CAPUT VII.

*Mater Ioanna liberat hoc tempore com-
plures energumenos ab oppresse
Tartareorum Spiri-
tuum.*

IN Sponsæ divinæ contemplatio-
ne comperiunt animæ devotæ,
quod ea sit non solum ascendens
velut aurora confurgens, pulchra ut
luna, electa ut sol, verum etiam ter-
ribilis, ut castrorum acies ordinata.
(Cant. 6. v. 9.) Ita est. Talis omnino
perfecta DEI sponsa sit, oportet, ait
Abb. Guilielmus, non modo pro-
pria in persona suavis esse debet &
decora, sed & malis dæmonibus for-
midabilis velut acies ordinata Ange-
licorum exercituum. Talis ex affe-
fuit sponsa DEI Sor. Ioanna à IESU
MARIA. Quam pulchra, quam
decora parte una, videlicet virtu-
tum suarum specie fuerit, iam ante
vidimus, quam vero terribilis fuerit
Dæmonibus, hoc Capite videbi-
mus.

Advenere quandoque Burgum
ad invisendam sacram Crucifixi ima-
ginem, quæ illic singulari veneratio-
ne colitur, quidam è Biscaia Nobi-
les, cum duabus virginibus, quæ qui-
dem juventâ viridi, formâ insigni,
Nobilique natu fuere, at à cacodæ-
monibus infestæ, utebantur hisce ju-
venculis filiabus maligni hostes in-
auditâ prorsus immanitate ac trucu-

lentiâ, uti Tartarei fœvère Tyran-
ni. Nemo non, qui miseras virgi-
nes conspexit oculis, intima earum
commiseratione tangebatur, prout
ceteros inter etiam D. Petro de
Sancoles aliisque Burgi Nobilibus
evenit. Advenere hi cum obsessis
virginibus comitatuque ad eas per-
tinente ad Sor. Ioannam, existiman-
tes fore, ut præsentia tam humilis
creaturæ dæmonum infestorum sit
exorcismus, superbissimorumque
spirituum expulsio. Sane ii non
male augurabantur. Etenim dum fo-
res ædium Sor. Ioannæ pulsant an-
xio timore correpti maligni spiritus
vociferabantur. Hoc vestrum il-
lud stratagema est, quod nos huc
adduxeritis? At vero frustra estis, ne
in vanum conemini, nullo vos pacto
effeceritis, ut introeamus, si non an-
te mala ista mulier, quæ intus est,
inde exeat. Trahebant adunatis viri-
bus qui aderant omnes, conniteban-
turque calamitosas virgines intra li-
men inducere: ex adverso vero nite-
bantur mali dæmones, totisque viri-
bus eas retro agebant. Tandem ubi
multum utrinque certatum fuit, per-
actæ sunt ad vestibulum domûs.
At vero nullis humanis viribus effi-
ci potuit, ut in ædium superiora
perducerentur. Id ubi D. Petrus
de Sancolez conspexit, ascendit sur-
sum ad Ioannam, rogabatq; vellet ad
solatium energumenarum virginum
deorsum se conferre. Descendit
ergo Ancilla Domini. Ut vero spi-
ritus maligni Ioannam conspexere
exclamare ceperunt: Facessite cum
hac muliere, Apagete hinc confe-
stissimam sagam istam. Quid timetis aie-
bat

Ff bat

bat D. Petrus de Sanctales? Illane saga est? si est, certe amica vobis est. Amica nostra? vociferabantur Dæmones, malum illa maximum potius fuerit. Solius illa Dei amica est, nostra vero inimica. Ut vero Ancilla Christi accessit propius, tanto magis etiam ejulabat: stygii spiritus clamabantque foras, foras hanc proditricem, foras protinus ejicite hanc archiveneficam. Vociferatio vestra, ait alius quidam Presbyter, in cassum est. Nullo hinc pacto abscedet Ancilla D. nisi priores vos hinc abscedatis. Agite ergo, exclamant illi, ne ultra cogamur eam aspicere, finite nos hinc discedere. Lubentius in inferno erimus, quam in huius conspectu. Atque id demum ab utraque virgine discesserunt neque amplius unquam redierunt.

Solo Ioanna aspectu quæ ferre non valent, fugantur demones.

Paucis post diebus Ancilla Christi, recensitæ persimilem de Tartareis hostibus retulit victoriam. Eodem profus tempore quædam dæmonio vexata mulier Burgum est adducta. Potentissimè in misera hac Creatura sedem defixit, dominatumque pervicaciter obtinuit sævus dæmon. Complura diversaque ei liberanda media fuere adhibita, videlicet Exorcismi, preces peregrinationes supplicationesque, at omnia frustra. Postremo tandem ad Joannæ domum adducta est, ut posset conspici, quam terrificam potestatis Inferni esset eius præsentia. Deducta est primò ad Joannæ domus atrium misera mulier. Stygius verò hostis vas suum, seu infestam ab se mulierem mire fortem validamque momento effecit dicens: Ne

vos incassum fatigaveritis, etsi enim hanc mulierem in frustra detrahat, mihi que cruciatum supra cruciatum irrogetis, nunquam tamen ego eò accedam, ubi saga ista moratur. Gratis etiam tu agis dicisque, inquit turba, quæ coram aderat. Ancilla D. ipsa deorsum descendet, si tu ascendere sorsum nolis. Haud illa deorsum veniet, sed neque si velit, potest, reponit ille: Scio ego illam nunc viribus enervem, claudam ac debilem paralytique resolutam esse. Verum is dicebat omnino. Non partim ob ingentes cruciatus plagasque, quas Dei permisso dæmon ei infligebat, partim etiam acerrimarum pœnarum causâ, quas ultro illa sibi inferebat, tanta id temporis erat eius debilitas, ut spectando naturæ vires, impossibile ei esset erectam super pedes consistere. Hisce nihil obstantibus abeunt aliqui compassione ducti sorsum, narrantque Matri Ioannæ peregrinæ huius feminæ calamitatem, orantes ut brachiis deorsum se deferri sineret. Et factum est ita. Ut vero primum incepit descendere, eodem quo eam dæmon conspexit momento, horribili cum rugitu ac ululatu profugit, miseramque mulierem absque læsione ulla bevealentem, sanamque liberam dereliquit. Cum olim in veteri testamento Philistæi arcam DEI cepissent, collocarunt eam in templo penes Deastrum suum Dagon. At verò miser Dagon ne utiquam penes arcam persistere potuit: Statione coactus cedere super faciem concidit DEI virtute comminutus. Arca DEI erat

Vide quantum Ioannam exhorruerint demones.

erat thronus DEI atque indicium eius præsentia apud filios Israël. Ita prorsus non potuit malignus hostis, qui est Princeps tenebrarum in conspectu Divini solis magnique istius luminaris subsistere. Citra dubium heroica fortisque JOANNA nostra viva DEI viventis arca fuit. Dagon Stygius cum Tartareo suo satellitio pone illam nullatenus consistere, neque sine eiulatu arcam hanc & habitationem DEI ferre contuerive potuere. A facie eius illico profugiebant, in profunda inferni acti præcipites.

Magnifica hæc & inaudita fere prodigia, merito nos allicere inducereque possunt ad laudandum DEUM, qui talem potestatem dedit infirmæ mulieri, ut ne verbo usa, solo aspectu potestatem tenebrarum momento sicut sol umbras effugaret. Pluris tamen habenda est virtus illa, quâ solo in eius aspectu illi spiritus infernales è corporibus humanis effugabantur, qui certis incantamentis ac pactis intra corpora adigebantur quibusdamque signorum vinculis eisdem arctissime adstringebantur. Presbyteris ac Exorcistis, qui malos Genios student solentque coniurare & exorcizare, affatim cognitum est, quod hi sic intra corpora carminibus pactisque adacti spiritus, tam pertinaciter resistant, ut vel nunquam, vel cum ingenti labore magna que adjurationum vi excedant. Veruntamen magnæ potestati, quam DEUS huic suæ Joannæ tribuit, nulla veneficia, nulla pacta vel vincula quantum-

Veneficia
incanta-
tiones,

cunque fortiter implexa innexaque essent, resistere potuerunt. Adeo terribilem spiritibus Avernibus ancillam suam effecerat Deus, ut universi à facie eius fugerent, uti sequens miraculum demonstrabit.

In regione de Campos, loco quodam Pamplega dicto mulier quædam incognitis ex causis Magicis incantationibus fascinata erat, Stygii item spiritus infelici mulieri erant certis pactionibus ac ligaminibus intra corpus adacti. Misera hæc creatura nullis exorcismis adjuramentisve iuvari unquam potuit. Vociferabantur semper dæmones se certis pactionibus huc introductos, ideoque debere se ac velle fœderatis suis, qui munimentum istud sibi tradidissent, sponsionem suam fideliter servare. Ubi ergo viderunt omnem laborem, exorcismos omnes, coniurationesque frustra esse, hanc denique mulierem energumenam Burgum & ad JOANNAM perduxere. Porro simul ac Tartarei spiritus coram sponso Christi consistere, eamque sunt intuiti, eo ipso momento fugam capessivere & dilecto Magicæ artis fascino ivere in Tartarea præcipites. Divus Evangelista Ioannes ait, quod ideo Christus Filius DEI apparuit, ut solveret opera diaboli (Ioan 2. v. 8.) Videturque quod in eundem prorsus finem JOANNAM sponsam DEUS mundo indulserit. Fascini, Necromanticæ præstigiæ, cæteræque eiuscemodi furfuris artes Magicæ, pura putaque sunt opera Diaboli. Nostra verò Joanna, ceu germana DEI filia, omnia

Ff 2 hæc

Magicas
ligaturas
& vincu-
la omnia
solvit Io-
anna.

Etiams
pertina-
cissima
quæq; da-
monia
joanna
viribus
cadunt.

Magicaq; artes omnes solvuntur. hæc diabolica opera evertit, dissipavit destruxit. Nulla non Magica devotatio seu fascinatio per illam detegebatur. Nullæ non circæe potiones ac phyltra per Ioannam elidebantur, viribusque privabantur, nullæ non diabolicæ ligaturæ, incantationes, artes, & inventiones Ioannæ viribus ac potentiâ solvebantur, frustrabantur, vincebantur, eviscerabantur.

Ubi igitur læta hæc ac celebris ingentium miraculorum fama Hispaniam pervaserat, omnibus è locis ingens multitudo energum enorum Burgum atq; ad Ioannæ domū, ceu unicam salutis aram domumq; refugii confluit, dumque Christi famulam invifunt continuo in seffores gemini avernales dilabebantur, liberique iam ab Orci tyrannide mortales domos suas incolumes ac læti repetebant. Qui tunc apud Ioannam communiter versabantur, asseverant, tam ingentem eorum numerū fuisse, qui per eam à Dæmonibus liberati salvique evasere, ut si omnia, quæ acta sunt scriptis mandarentur, nullus esset scribendi finis. Præterea fatentur iidem complures ex illis obsessis fuisse inopes, atque à Ioanna domo receptos, D. vero Archi-Episcopum invictum eorum annonam, cibum potumq; filiæ suæ Ioannæ submisisse. Postremo iidem testes addunt, Christi Sponsam Ioannam semper orationi, ieiuniis, rigidisque sui mortificationibus operam dedisse, quo nimirum miseræ Dei creaturas à tyrannide ac oppressione Diaboli in libertatem vindicare posset. Notum illi sat superque erat, quod Christi

Maximus fuit liberatorum ab ea numerus.

Itaque eum sine austeritate vivere.

testimonio, certū quoddam demoniorum genus expelli non possit, nisi in sola oratione ac ieiunio. *Matth. 17. v. 20.*

CAPUT VIII.

Mater Ioanna multos vivos ab horrendis periculis, multosq; defunctos à pœnis Purgatorii liberat.

Communis est Theologorum Scriptorumque nostrorum opinio, quod Christus Servator noster ardentissimā suā oratione, quam in Olivetano horto fudit, tam vivos quam defunctos infinitorum suorum meritorum participes effecerit, ut nimirum eo pacto vivos ab omni malo in præsentī vita, & defunctos, qui in statu gratiæ è vita excessere à pœnis piacularibus liberaret. Nostra Sor. Ionna uti germana Christi Discipula eius vestigiis insticit, nusquam non cum viventibus tum in Domino mortuis auxilium pro sua virili ac possibili ferens. Iam lib. 2. Historiæ huius vidimus Sor. Ioannam in coniugali suo statu diversis magnisque in periculis miraculosè quam plurimos mortalium servasse. Nunc verò in statu viduitatis, plus quam ante charitatis opera in proximorum emolumentum exercuit; quippe quæ gravi iugo coniugii ex soluta, minus quam antehac ab eis exercendis impediretur: ea propter multa etiam in eius viduitate miracula contingere, quorum aliquot hic recensere est animus.

Degebat in hac Burgenfi Urbe Nobilis cuius nomen consulto reticemus, hic gravi oppressus ægritudine, & quidem prorsus eo tempore, quo æternæ suæ salutis cura minimè tange-

tangebatur, hærentemq; lateri concubinam domi suæ alebat tenebatq; Magna indies morbus eius viriumq; deiectio sumebat incrementa, obfistata quoque impænitentia cum periculoso morbo ex æquo inerescebat. Curabant sollicitè medicina Doctores communefacere instantis lethi periculiq; vicæ ægrotum, quo scilicet, is in tempore ad Christianam exomologesin peragenda disponeretur, at surdo fabula, ne in aurem admittere bona suadentium consilia passa. Miserandus profecto imo fatalis, ac diabolicus obstinatorum peccatorum est hic veteranus. Fit nonnunquam, ut miser quispiam ac mediastinus homuncio, dum verbera pluunt, oculos claudat, seque alapis cædi patiat; qui tamen aperire ante oculos, & ne vapularet evitare poterat. Ita pro dolor! complures agunt mortalium. In ultima vitæ linea ludunt, sicque æternæ salutis suæ iacturam faciunt. Vident ultorum iniquitatum divinæ justitiæ gladium super caput vibrari, vident iræ divinæ verber, suæq; æternæ damnationis præfissime imminere, cumque tunc essent oculi ad salutem æternam aperiendi, ad noxas contractas ac scelera sincera contritione confessioneque expianda, nei benignissimi misericordiam totis præcordiis implorandâ, omnibus his oculos claudunt, cæcoque corde ad cæcas inferni tenebras devolvuntur. In eiusmodi luctuoso deplorandoq; statu erat iam dictus Nobilis excecatus. Videbat quidem cursum vitæ suæ finiri, æternitatis incipiendum esse præforibus, nec tamen oculos mentis ape-

Miseranda
cæcitas
mortalium
& salutis
incuria.

rire voluit. At vero infinita Dei bonitas miserta est hominis istius, qui suæ ipsius animæ noluit misereri. Nobilis illa & virtutibus conspicua Domina, cuius in hac historia frequens est mentio, Catharina de Asperilla dicta, ex christiana compassione Ioannam in Carmelitarum templo adiit, amice rogans vellet mater Ioanna pro d. n. fidelissimè ac enixissimè deum deprecari, qui nunc in extrema tegula, & vitæ mortisque ageret confinio, anima vero in tam malo deplorandoque esset statu, ut cum periculo vitæ præsentis æternæ etiam discrimen adierit. Adpromisit Sor. Ioanna amicæ suæ, velle se pro moribundo illo Dominum exorare, statimque ad orationem est conversa. Deinde consurrexit, animo infirmum invisendi; dum vero ecclesiam egrediuntur, continuo Ioanna obtulit, membrisque omnibus obstupescens fracta ac enervis apparuit, sed nihil hæc morata absque timore suis ambobus comitibus, D. videlicet Alphonso ac prædicti Nobili Dominæ innuit, ut eam brachiis sustentatam ad infirmi domum deducerent, quod etiam iidem præstiterunt. Cum igitur D. Alphonso primus in ædes illas introisset dictum est illi, præfatum Nobilem iam vitæ esse functum, ipsemetque conspexit Nobilis illius, perinde ac mortui cuiuslibet faciem opertam, quod intuita etiâ est jâ dicta d. Catharina, uterq; eorum non opinabantur aliud, quam eum nobilem iam fato functum, prout illis fuerat asseveratum. ramulam ergo Christi adunt, aiuntq; Mater, hic porro agendum nihil super-

Dæmones
Ioannam
enervant
adire ob-
stinatum
moribundum
volentem.

*Præsentia
sua seu
moribun-
dum seu
morum
impenni-
entem
vitæ ac
sanitati
restituit.*

est, Nobilis quippe hic iam obiit. At verò sponsa Christi sublatis in cælum oculis ait: O benignissime Deus! Si nite me introire, non obstantibus istis omnino mihi videndus est. ò rarum nec facile visum prodigium! ut illa ad lectum accessit, momento illo movit se ille, qui iam exanime cadaver putabatur, continuoque tracto tensoque per lectum corpore, benefactricem suam Sor. Ioannam est complexus, non absque ingenti omnium, qui aderant stupore. Ioanna porrò præclara ei salutis vitæque melius mutandæ monita tradidit; illeque ita valens ac vegetus remansit. Duas uno tempore vitas per Matrem Ioannam consequutus est, non à temporali communi omnibus fato duntaxat, sed inæstimabili prorsus beneficio ab æterna morte liberatus.

Supervenerat quandoque D. Archiepisc. Ferdinando de Azevedo usque adeo gravis ac periculosa infirmitas, ut paucos intra dies de vita eius desperaretur. Tota Burgensium Urbs haud immerito magno in terrore versabatur. Erat is cuiusvis ovium Archi-Episcopalis Oviliis gregisque sui fidelis ac sollicitus Pater & Pastor. Sentiat morbum capitis universum corpus necesse est, si tamen caput officio suo tam bellè ritèque in membrorum republica fungitur, uti hic Archi-Antistes egit. Magna per moras invaletudo eius sumebat incrementa, ad extremum vitæ discrimen. Dum vero una noctiū medicinæ Doctores plurimum solliciti anxique præsentem illic agunt, famuli quoque pervigiles excubant, magnus item vulgi numerus in Palatio congregatus adest, cupientis

maximo doloris ac tristitia Optimi sui Antistitis adesse decessui. Sub horâ noctis circiter 2. intuentur infirmum Archi-Præsulem alacri lætoque aspectu oculos certum in locum immote defixos habentem, profundèque, ut videbatur, intra se spiritu collectum perseveravit, eo in excessu sat longo tempore, ut vero ad se rediit, date, inquit clarâ voce, indumenta mea mihi, sella meque seu lecticâ gestatoriam parate. Putabant medici ægræ id mentis esse delirium, aut fastale quodpiam accidens. Accedunt igitur ad infirmum, comperiuntque summo cum stupore, quod arteria rite ac expedite moveatur. D. Archiep. ardore noxio careat, bonoque in statu & perfectæ sanitati sit redditus. Nihilominus tamen percontantur quorsum Rmus id temporis, medioque noctis proficisci vellet? Quod ego facio, respondet ille, vos nescitis modo, scietis autem postea: Et cum dicto se vestire incipit, omnesque eum summâ perculsi admiratione spectant, deliræ mentis opinati hæc est ludibria, læsæque phantasie errores ac ludos. D. verò Archi-Episc. deorsum è cubili descendit, atque ut primū diluxit in sella gestatoria confedit, seque ad S. Ludovicum deportari fecit, quod cœnobium est Virginum ab immaculata Conceptione nuncupatarum. Advenit ergo magnâ populicatervâ stipatus, quæ insoliti istius facti causa eum comitabatur. Sacræ Virgines eum pro foribus ante ingressū cœnobii exceperunt, magnoque eum animi gaudio ei sanitatem indeptam gratulabantur, & felicitatem volebant. Ille porro singulas accurate con-

contemplatus ait: Ubinā est maiore natu Neptis meæ spiritualis filiæ Ioannæ à Iesu Maria? Domine, sacræ inquit Virgines, illa in lecto decumbit, & infirma est valetudine. Permagno id mihi dolori est, inquit Archi. Antistes, veruntamen dicite illi me hic adesse, utq; huc advenisse animo eā invisendi, si per vires licet, velit ad me deorsū venire. Id ubi infirmæ virgini est nunciatum, descendit ad cœnobii portam, seq; D. Archi. Ep. stetit. At is continuo eam peramanter tenereque multis quæ inter hæc obortæ fuerant lacrymis perfusus, amplectitur. Spectabant circumstantes stupefacti omnes prorsus raram insolitamq; actionem istam, neque mysterium eius penetrare poterant, donec tandem palam est factū. Scilicet quod sponsa Christi Ioanna, cum summo sensu doloris optimi fidelisq; Pastoris ac Patris sui ferret ægritudinem, pro eius incolumitate, adeo enixe instanterq; deū sit deprecatus, ut ei tandem divina Maiestas donandam Archi. Præsuli sanitatem sit pollicita, sequentibus sanè plenissimis affectu verbis. "Euge sponsa mea, ne te ultra anxii dedas curis, ne te afflixeris. Fient omnia ut ipsa postulas. Nocte istā, Angelus tuus Tutelaris in specie ac forma habitus monastici tuæ maioris natu neptis, meo Archi. Ep. inviset nominis, eaq; visitatione ille perfectam sanitatem consequitur. Ita omnino factum est. Ubi Archi. Ep. Angelū sanatorem suum, habitu præfatæ virginis indutum conspexit, statim ad illam profectus est, ut eidem grates referret.

Ex iam recensito facto cognoscimus liquidoq; intuemur, quam grati sint amici Dei. At amabo quis ritè legitimèq; gratus est, nisi is, qui deum amat? In cætera hominum confluge amor, & quidem in arctissimo etiam necessitudinum nexu, est mercenarius, semperq; vel sua venatur comoda, vel honores favoresq; ambit, vel oblectamenta quærit, vel ut aliquod temporaneum, quod amat assequatur bonum, laborat. Porro qui suum in amore commodam quærit etiam ab amato bono alienabitur, simul ac apud aliud bonū sibi melius commodiusq; fuerit. Soli Dei amici non quærunt, quæ sua sunt, veraque sunt gratitudine præditi. Hæc iam in Sor. Ioanna abunde vidimus, sæpiusque ad huc videbimus.

Memoratus ante Capitaneus Ioannes de Amezqueta, qui, ut dictum est, singularis Ioannæ amicus ac benefactor fuerat, magno tenebatur, desiderio eius effigièq; nanciscendi. Quia vero ancilla Christi ab hoc abhorrebat quam maximè, neq; unquā id fieri passa est, nunquam etiam illi Capitaneo licuit propositū assequi. Hæc tamen haud motus difficultate, convenit cum Didaco Layva, qui ut sup. pariter dictum est, eximius Pictor erat, ratione illius effigiei. Erat huic Didaco in more positū, nostrā Sor. Ioannam clam inobservateque insequi. Observabat is eius ecstases, eaq; bona usus occasione illā eā formā quā in excessu erat, effigiebat. At vero Ioanna de hoc astu valde dolenter est conquesta, solita non sine singulari suavitate dicere: Res mira! quod ego DEO auxiliante omnes astus

Ioanna
precibus
suis sub-
ito perfe-
ctam Ar-
chi. Ep. ad
mortem
egrotan-
ti sanita-
tem obri-
puit.

astus fraudesque Leviathan evadam, nullam tamen gratiã habeam, hunc Leyvam effugiendi. Denique ad hunc modum præfatus Capitaneus Amæquetæ tandem eius effigie est potit, quam etiam in urbe S. Sebastiani domi suæ summa in veneratione habebat. Evenit interea, ut coniux eius morbo lethali opprimeretur, eratq; ob supervenientium symptomatum, lethaliūmq; accidentium vehementiam tam præsens discrimen, ut medici nullū penitus ei curandæ remedium reperirent, sed omnino actum de ea pronunciarent. dum ergo in tali vitæ periculo ægra versatur, petiit prædictam afferri effigiem continēq; lux eandem affigi curavit, quo præ oculis eam haberet semper. Supervenit interim hisce maritus eius aitque ad eam: Delicium meum, quandoquidem cognata nostræ Sor. Ioannæ effigiem nunc intueris, age commendate illius intercessioni bonumque sume animum. Spero ego in benignissimo Deo, eum tibi Sor. Ioannæ precibus pristinam sanitatem redditurū. Dum hæc illa proloquitur, atque imaginem una contuetur, observat summa cum admiratione pictura à facie deorsū sudore madentē ac manantem. Accedit propius, tangit digitis, reperitque sudorem illum nec aquam oleum, sed lentam quandam viscosamq; nullius odoris materiam præferre. Non tamen in eo vis istius consistit prodigii: sed quod prorsus eodem momento temporis, quo frigidus ab imagine sudor eruperat, ita etiam in pari penitus passu ac modo frigidus infirmæ sudor, vitam ei adempturus, defierit, donec ad extre-

Miro
quodam
modo Io

tremum calor etiam omnis cessaret, & infirma ex toto iam valens ac sanacibum postulare, tantaq; ederet ac lacritate, ac si nunquam ægrotasset.

Per id tempus pietate & virtute æque ac genere Nobiles coniuges, D. Petrus de Sancolez, & D. Francisca à S. Cruce valde addicti erant ancilla Christi Sor. Ioanna. Erat is parvus ac singulariter amatus filiolus, quem & Ioanna impense diligebat, velut si proprius suus esset filius. Dum igitur hic Pusio in vico de la Calera seu Calcario forte ageret, contigit ut ferox indomitusq; equus per altum faceret saltum, seistoremq; ante pedes suos excuteret. Qui hoc intuebantur homines plurimū consternati fuere, metuentes fore, ut eques ille intreat, quippe cuius tam periculosus esset lapsus, ut necessario ei caput cum cerebro prioribus equi pedibus comminandum esset, si non ille super posteriores erectus constitisset. Mansit ergo, ut dictum, equus non sine ingenti stupore cunctorum spectantium anterioribus pedibus velut in aere pendens tam diu donec eques periculo substractus in tuto collocaretur. Continuo vero occipit præfatus exclamare parvulus: O Mater mea Ioanna! O Mater Ioanna! miraculum hoc patravit. Mater mea Ioanna, illa, illa, Equo pedes anteriores in aere continuit. Hæc porro loquentem audientes dicebant ad eum. filiule, hoc esse nequit, siquidem hic Mater Ioanna non adsuit, erit hoc tua duntaxat imaginatio. Non est ita, aiebat parvulus, quod assero ipsamet est veritas, vide ego perspicue, quod Mater Ioanna

Ioanna equitem excussum & ab equo periculum viro modo saluat.

anna in tali figura ac schemate, tali cum velamine capitis, vestituque corporis, equo priores pedes detinuerit. Verum is omnino dicebat. Etenim sponsæ Christi Ioannæ periculum istius equitis in oratorio suo fuit cœlitus revelatum: subitoque per divinam Omnipotentiam ad illius equitis salutem per aëra eo delata fuit. Quod equus Ioannæ obediit nihil mirum. Notum è sacris paginis est, omnia animantia Proto-Parenti nostro in statu innocentiae obedivisse, idque non immerito nec incongruè. Ut nimirum eo tempore quo imago & similitudo Dei vitata nondum fuerat, dominator esset omnium creatorum eademque mandatis eius subiecta venerabundè parerent. Viva Christi imago fuit Sor. Ioanna sacris roseisque vulneribus eius magnifice ornata, vivum denique Passionis eius simulachrum. Ea propter haud mirandum, creaturas cunctas ei morem gessisse, atque in Eætyo originale, feu exemplar sui Creatoris veneratas fuisse.

Præstantissimæ charitatis illius calor, non solum vivos huius mundi calefecit, sed etiam demortuorum in Christo animabus fuit solatio. Quid in purgatorio sit operata illius charitas, quodque ex pœnali carcere isto animas liberarit, postea volente deo exponemus. Ut temporum observemus ordinem, aliquid enarrabimus, quod hoc tempore contigit. Amabat supra omnem modum benignissima Ionanna nostra animas in purgatoriiis ignibus noxas vitæ huius expiantes. A juventute crevit cum ipsa magna

hæc miseratio. Curabat semper bonis istis animabus pro modulo totoque suo possibili prodesse. quantum autem in hoc beneficentiæ genere valuerit facile ex eo quod sequitur, conjicies. D. Alphonsus Marcos individuus ferè ac assiduus ubique A-chates ac Latero fuerat Ioannæ nostræ, domiq; eius propemodum semper versabatur. quodam commemorationis fidelium animarum die Culinam forte ingressus, audiebat clare ac diserte torres altâ, sed tristi ac querulâ voce ejulantes, clamantesq; "Ancilla Dei, misereat te nostri. Misericordia ! misericordia ! Hæc ille audiens, summa cum admiratione ait ad Magdalenam ancillam : quænam hæc magia est ? videtur quod hic torres loquantur. Domine, respondet famula, hocine tu miraris ? multæ eiusmodi voces hic audiuntur. Deus me custodiat ! ait ille iterum, quidnam hæc voces protendere queant ? Quærent ergo id ex Ioanna sponsa Christi, at illa humiliter cogitabat mysterii huius veritatem dissimulare & abscondere, ideoque eis respondit. forsitan teredines sunt quæ sic de incendio ignisque ardore conqueruntur. Nequaquam Mater, aiunt D. Alphonsus & ancilla, hoc vermiculi neutiquam possunt, expressas nos humanasque voces audivimus, quæ dicebant: Misericordia ! Miserationes ! Audistis hoc vos ? respondit famula D. ergo silete, & Deû pro animabus Purgatorii orate. Erat quidem ancilla D. stabiliter ac solide fundata & radicata in charitate proximi, omniumque universim mortalium, attamen primas animæ

Gg defun-

Anima purgatorii in culina Ioannæ eius operam implorant.

Cur in oratione anima defunctorum primas obtinere debeant.

Ioanna semper iis circumdabatur.

defunctorum tenebat, quæ sibi ipsis opitulari nequeunt, atque ideo nostræ opis sunt egentiores. Suum itaque capiebant miseræ animæ istæ apud Ioannam refugium in suis acerbis pœnis, quemadmodum viventes in suis necessitatibus. Videtur id etiam notasse D. Archi-Ep. qui Spiritus eius Præses erat, ideoque consuevit dicere, Ioannam semper animabus Purgatorii, Patrocinium eius implorantibus, circumdari.

CAPUT IX.

Christus D. renovat sponsale fœdus cum Sponsa sua Ioanna. Consultatur, an ei status Monasticus præeligendus, an vero in sæculo sit persistendum.

Per sæpe in testamento veteri promisit Deus copulare sese cū natura humana, divinamque naturam simul cum humana in persona Divini Verbi, nimirum Christi veri Messix unitam indefinenter servare, imò longè arctiori, quam conjugii vinculo naturæ se obstringere. Nunc Theologi nostri Scripturæque S. Commentatores quærunt, cur Deus promissionem istam tot annorum millibus adimplere distulerit, cum tamen toties de eximia fidelitate suâ in S. paginis gloriatur? Respondet ad hoc Tertulianus (*lib. 1. contra Marc.*) Nullum opus Deum festinato agere, nec aliquid facere, quod non iam ante faciendum ordina-verit. Ita, inquit Tertulianus haudquaquam decet nos inconsulte immediateque quidquid agere. Nam quod non ante longe prævisum cogitatuque est, sæpe numero malū sortitur finem. Ab omni retro æternita-

Cur Deus tam diu Incarnationem suam distulerit.

te Providentiæ suæ gubernationisq; opus prævidit Deus, neque aliquid novi ordinavit unquam, quod non tota antecessit æternitas. Ita ergo benignum Numen suam Incarnatione, seu, cum natura nostra copulatione utq; ad definitum congruumque tempus differre voluit. Ad hunc penitus modum gerere se Deus voluit cum sponsa sua Ioanna. In tenera eius ætate, cum vix adhuc rationis lumē in anima eius effulisset, annulo sponsalicio manusque stipulatione tanquam sponsus sponfam suam sibi subarrhavit, copulationem vero totis 40. annis distulit. Tandem in statu viduitatis eius, sponsonem suam sequenti modo renovare voluit & constabilire.

Dum Sor. Ioanna quadam vice opere manuum in Oratorio suo occuparetur, subito & prorsus inexpectato extra se mirabiliter fuit rapta. Vidit in ea ecstasi se à glorioso Patriarcha Ioseph manu prehensa in totius curiæ celestis conspectum deduci. Medius inter Gloriosos hosce Aulico confedit Christus Rex Regum in præcelso ac sublimi throno. Ad dexteram eius erat Regina cœlorum decore ac gratia inexplicabili modo exornata. Spiritus cœlestes comparebant corusco lumine fulgidi undique Divinæ Majestatis thronum stipantes, assistentesque ceu fideles rerum administri, Vasalli, ac subditi in conspectu sui Regis ac Domini. Aderant item veteris novique testamenti Divi, Patriarchæ, Prophetæ, apostoli, martyres, cōfessores, virgines, cuncti præ eminentiæ suæ insigniis magnificè

Ioanna in calce abripitur.

ficè exculi. Aspiciebat Sor. Ioanna maxima cum admiratione cœlestem illā civitatē Hierusalem, totaq; in contemplanda eius gloria & maiestate, decore ac magnitudine fuit absorpta. Nusquā non oculi eius reperiebant singularē voluptatem, præq; eius dulcedine mentis excessū. Conspexit inter hæc Reginam cœli Mariam cum spiritibus Angelicis aliisq; Sanctis ac Electis Dei ante Christi servatoris nostri Majestatem ad solū usq; se inclinantem, omnesque humillime orantes, velletjā nunc complacere sibi in renovanda confirmādaq; desponsatione, cuius vigore ante hæc suæ majestati complacuisse cum hac famula sua tanquam sponso pacisci seseq; eidem despondere. Posteaquam igitur cœli indigites finem orationi suæ imposuere, divinū vultū suum Christus D. ad sponsam suam Ioannam convertit, eamq; amabiliter contuitus "Filia inquit, postulario amantissimæ matris meæ, & præces Angelorū sanctorumq; meorū "mihi perquam sunt grata. Voluntatis meæ est, ut quam ocyssimè tuo copulemur, tuq; sis Spōsa mea. Post hæc extorto brachio velut spōsus, manum suam Sponsæ suæ porrexit ad confirmandā desponsationem inferuitq; eius digito, ad cœnobii monumentum tres celatos annulos, qui unā desuper pretii inæstimabilis gemma connectebantur. "Hic, aiebat Divinus sponus, est sponsalitiæ "tuæ dotis ac subarrhationis thesaurus, quo SS. Trinitas te hodierna "die ditat. Cælestis meus Pater "dit primū annulum tibi, ad indicē-

"dam potentiam, qua te exornat. Ego tibi dono alterum insignum sapientia qua te illumino. Tertium tibi dat Spiritus S. quo charitate dei flagres & absumaris. Lapis pretiosus, qui tres hosce anulos connectit, & in unum conjungit, inuit incendium perfecti amoris, qui nos ambos velut perfectos amatores verosq; conjuges copulare debet. "Filia mea, sponsio mea tecum tanquam sponsi coniunctionis hinc confirmata est; jam tu mea es, & ego tuus. Post suavissima divini sponsi dicta, continuo tota cælestis civitas omnem suavitatis dulcedinisque modum superante symphoniā musicoque concentu repleta insonuit. Divi Cœlites atq; Angeli Dei laudes modulabantur divinas quasi Paradisiacæ Philomelæ, festum hunc lætūq; desponsationis diem, in jubilo ac voce laudis gratiarumq; actionis celebrantes. Ut porro Ioanna à sublimi hac ecstasi ad se rediit, viditque se in Christo velut Sponsam esse copulatam, in consideratione tantæ gratiæ, ingenti exarsit desiderio Religiosæ vitæ amplectendæ, quo videlicet ceu vera Sponsa, sponsi sui cælestis totā se dicare sacrareque servitio posset. Sed neq; exinde ullā usquam pacē in sæculi turbis reperire potuit. Quod equidem mirandum non est. Lustremus modo ad Divinum lumen orbē terræ, non aliud nobis mundus, quam fœdū quoddā olidūq; Nosocomiū ægris miserisque mortalibus plenum videbitur. Quisque de suis malis queritur, nullus tamen est toto orbe, qui perpetua catenataque mala

*Ioanna
castum
cū Christi
sto con-
nubium
confir-
matur.*

*atque ob
id cælestis
Curia
gaudium.*

*Pax in
mundo
nulla.*

*Quid sit
ille.*

la effugere queat. Instabile, inquietum, infidum mare est mundus, ubi summa quæque felicitas ruinam & interitum expectat. O munde fallax, ô impostor, ô seductor! Qui te per illustrationem Divinam cognoscit, nullam in te pacem animo suo operiet. Habemus in sacris paginis (*Gen. 8. v. 9.*) quod Noë durante universali cataclysmo, ex arca columbam emisit, quæ tamen mox iterum in in arca refugium suum quæsiuit. non poterat illa in vasto illo inundantiu aquarum Oceano locum suis pedibus reperire. Ita penitus accidit omnibus illis, ait D. Ambrosius, qui mundum istum in veritate cognoscunt. Sic per omnem modum etiam innocentissimæ columbæ nostræ Sor. Ioannæ accidit. Inspexit illa ad divinam lucē intimas mundi fibras, neque aliud intus deprehendit, nisi amarissimas saluginis undas & insanos turbulentosque fluctus. Nullam hic pedes eius capere quietem poterant, toto anhelabat desiderio, & volare ad Cœnobiticæ vitæ arcam. Volationem hanc suam protinus aperuit spiritalibus suis Patribus. At ii in diversas abiēre opiniones. Omnes quidem insimul optimo animo spiritali filiæ suæ addicti fuerant, eiusque salutem & quietem unice procurare satagebant, sed in vocationis causa non unius erant mentis, bona voluntate quidem cohærentes, at intellectu in diversas partes scissi.

Reverendissimus P. Generalis Discalceatorum Carmelitarum, qui hoc tempore in civitate Burgensi erat, opinabatur famulæ Dei nihil novitatis incipiendum, sed in suo præ-

senti statu permanendum esse, extra controversiam est, aiebat ipse, quod in claustrali vita statumque coniunctio animarum cum divino sponso, summa salus summaque perfectio habeatur, haud tamen Deo est placitū omnes homines hac viâ ducere. Si omnes mundum deserere, Monasticamque complecti vitam debent. Cunctis mundus spoliaretur virtutibus. Mulier sancta, est mundo instar Solis lucem spargentis, qui coruscis vitæ exemplaris radiis omnes lætificat, illuminat, accendit. S. homo in sæculo suis alios virtutibus excitat, doctrinis instruit, bonis operibus suis corroborat. Sor. Ioanna in urbe hac, & pro hac urbe est nata, ac velut sol exorta Burgensibus, etiamne è re aut commodo Burgi videatur tam præclaro lumine, tamque fructuosa operatione illud privare? An non Christus D. asseverat, neminem accendere lucernam & ponere eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt? *Luc. 11. v. 33.* Deus ex benignitate sua tam lucidam istam facem in hac civitate accendit, & super candelabrum locavit, ut tota inde civitas illustraretur, ergone subtrahendumne urbi hoc lumen est, & infra modium Cœnobii recondendū? Ut taceam quod ancilla D. in moderna plus quam 56. annorum ætate, tot tantisque morbis ac virium defectionibus, Monasticæ vitæ rigorem perferre neatiquam posset, quæ nunc vix consistere pedibus, neque usquam sese movere valet. Quonam pacto ei foret possibile in hoc tantopere fractarum imbecilliumque virium

Vocationem
ad Religionem
suis moderatori-
bus pandit.

rium statu Monasticis conventibus, diurnisque pariter ac nocturnis chori muniis officiisque præsentem interesse? Cum tamen sit necesse monasticas functiones rite accurateque obiri, maxime à moniali, quæ ut Sor. Ioanna maioris perfectionis ergo Monasticen præeligit. Ad hæc præ magna rerum inopia, nulla ei dos suppetit, nullum vero est Cœnobiū, quod adeo annosam infirmamque mulierem gratuito suscipiat. Quapropter, differebat P. Generalis, eius ego sum omnino opinionis, non esse æquum aut conveniens, ut Sor. Ioanna statum permutet. Deus eam hucusque in sæculo specialibus auxiliis favoribusque copiosis benedixit, ac proinde dubium esse nequit, divinæ voluntatis esse, ut in sæculo permaneat.

*De adē
diverse
consul
tantiam
senten-
tia.*

Alii quidam præcipui ex Ordine Carmelitano Patres, audire quidem magnā reverentiā differentis Patris sui Generalis opinionem, haud tamen in eandem cum eo sententiam ire poterant. Fuere hi longo tempore Ancillæ Christi Vitæ spiritualis rectores, ducesque, qui spiritum illius funditus penetrarunt, cognoveruntque, uti periti eius vitæ Magistri, Sor. Ioannæ vocationem ac tractum ad Monasticam vitam non esse humanam propensionem animique inclinationem. Sed divinam omnino vocationem, atque ita per facile eis erat adducta in contrarium argumenta evertere. Certa quidem, differebant isti, notaque passim est veritas, non omnes homines uno eodemque modo ac viā à deo duci, neque voluntatis esse divinæ, ut omnes

eius famulæ Monasticam vitam complectantur. Nihil tamen seciūs voluntas eius est, ut Sor. Ioanna Monasterium introeat. A primis infantia annis vocata fuit ad vitam Cœnobicam, nunc vero longe fortius à Divino Spiritu impellitur, ad mandandam executioni suam vocationem. Quis nunc humana ratione nixus divino huic instructui obnitens velit? Splendor sanctitatis eius maiore ex abdito Cœnobii fulgore radiabit, quod facile solis atque lunæ paradiamate comprobabimus. Utrumque hoc luminare Deus ad totius terrarum orbis commodum condidit, non tamen ea in terris defigere voluit, sed superne in sublimi æthere, ad terram tanto melius illustrandam. Paupertas & infirmitates eius atque iam devexa possint quidem considerationem non parvam movere; at apud Deum nihil est impossibile, qui ei voluntatem dedit, etiam vires tribuet, omniaque diriget ad optatum finem. Ad hunc modum animis opinioneque scissi PP. Discalceati erant, neque in puncto Ioannæ vocationis quidquam statuere poterant. Ubi multi rectores sunt diversa sentientes, illic in regimine difficultates oboriuntur. Duos olim Electo populo suo Præsides dederat DEUS, Moysem scilicet & Aaron Regiusque vates canit DEUM deduxisse sicut oves populum suum in manu Moyfi & Aaron: non ait in quatuor manibus, sed una manu, nimirum ad innuendum, in voluntatum animique sensuum utriusque Rectoris concordiam. Quod ve-

rò Ioannam nostram atinet, post multas consultationes, unanimi tandem consensu decretum, ut monasticam vitam deserto mundo præelegat.

CAPUT X.

Vocatio Sororis IOANNÆ magnâ contentione disceptatur, queriturque an Carmelitarum Discalceatarum, an vero Clarissarum Ordo illi sit eligendus. Seraphicus S. P.

FRANCISCVS litrem illam dirimit.

Olim tempore Danielis Prophetæ Angeli DEI non fuerunt unius mentis. Agitabatur quæstio an populus Israëliticus è captivitate Babylonica liberari, suasque repetere terras debeat. (Dan. 10. v. 13.) Differebant sententiis Angeli, opinabantur quidam è re bonoque populi eius id fore, aliis è contra illud improbantibus. Dissidebant concertabantque opinionibus viginti & uno diebus. Tandem Seraphicus Angelus Michaël in DEI nomine, quæstionem eam dissolvit certamenque diremit. Apprime accomoda est figura hæc eorum, quæ nunc asseremus. Ventilabatur quæstio an nostræ Sorori Ioannæ Carmelitanarum excalceatarum, an vero Clarissarum ordo esset amplectendus. Reverendissimi Patres Discalceati, qui velut Angeli DEI iugiter in conspectu eius assistunt, non erant unius mentis. Puta-

*Calitum
etiam
quandoq;
mentes
opinionem
dissident.*

bant aliqui convenientius fore, si Soror Ioanna Carmelitana fiat, alii sentiebant contrarium, asseriebantque eam ad Ordinem sanctæ Claræ vocatam esse. Ambæ hæ partes multis diebus inter se opinionibus dissidebant. Ad extremum Seraphicus P. D. Franciscus DEI nomine certamen diremit. Priusquam tamen diffinitorium eius sententiam audiamus, volumus utriusque concertantium partis sententias in medium adducere.

Patres illi, qui Sororem Ioannam ad Discalceatos vocatam censebant, vocationem eius extimâ solum, uti dicimus in cute nudaque superficie contemplantur, externaque istâ inducti specie, interiorum etiam exinde vocationem arguebant. Disserebant porro Nobilem hanc plantulam cultura suâ adolevisse, quæ si in alium transplantetur Ordinem, statim à consuetu suo quietis loco, soloque fructifero emovebitur, atque in terram transferetur. Notum satis perspectumque est, arbores transplantatione infructuosas facillè reddi. Nostro, aiebant, in Ordine ancilla Domini dignos pœnitentiæ atque virtutum fructus protulit, at verò in altero forte fieri posset, ut non ita fructuosum sit spiritus eius germen. Adhæc ut filia quæpiam Ordinem, in quo educata est, deserat aliumque amplectatur, aperta est ingratitude, quæ non à verò sanctoque, sed potius à malo spiritu provenit, Ob has itaque Pa-

*Argu-
mentis
pro Ioa-
na in
Carmel-
itarum
Ordinem
inducta*

tres

tres hi tam erant in suo sensu pertinaces atque immobiles, ut palam Ioannæ denunciarent, etiam atque etiam videat quid agat, neque certam propter incertam vocationem deserat, tentationique huiusmodi apud se locum indulgeat. Nec hisce contenti, etiam Cognatos necessarios atque amicos eius alloquebantur enixè orantes, vellet Sorori Ioannæ omni possibili modo persuadere, ne veram certamque ad Carmelitanas exalceatas vocationem deserat. Quibus accedebat inaccessibilis instantia, earundem Carmelitanarum Cœnobii sancti Iosephi in Burgos. Piæ istæ Virgines ingenti tenebantur desiderio Ioannam ceu peculiarem DEI amicam suo Ordini sacræque Domui inferendæ, urgebantque ac stimulabant Ioannam nostram missitatis partim litterulis, partim aliis hominibus internunciis, ad habitum Monasticum apud se induendum.

Verum Patres illi, qui hætenus ad perfectionem spiritus fuere duces, longis multiplicibusque experimentis & sollicita inquisitione manifesto agnovere eam ad Ordinem sancti FRANCISCI vocari, atque ita postulabant à Joanna spiritali sua filia, ut veræ huic vocationi constanter in hæreat eique morem gerat. Præcipuus eius rei zelator inter hos Patres erat Reverendissimus Pater Petrus à Matre DEI Ducis de Medina de las Torres Patruus, Excalceatorum Car-

malitarum Burgenfium Prior, ac famulæ Domini Ioannæ Consciæ arcanorum arbiter, vir nobilitate, doctrinâ, sanctitate ac sapientiâ unus è nominatissimis celeberrimisq; sacri huius Ordinis viris. Prudens iste doctrinâque eximius Prælati, qui animæ suæ lucem ab omni nubilosa affectione puram reddiderat, facile vocationem Ioannæ dignoscere poterat. Quare Ancillam Domini sequentibus verbis egregiè animavit. Nullum est dubium filia, inquit ille, Vocationem ad Ordinem sanctæ Claræ, quæ à primâ infantia constanter in tuo refederat pectore veram germanamque esse. Quod ex DEO est firmum, fixum & constans est, quod vero non à DEO, sed ab humana forsitan inclinatione pervenit, instabile est, facileque à contraria affectione eliditur ac perfumit. Ad hæc clara satis manifestaque nobis DEUS dat indicia, suâ hanc voluntatem tuamq; vocationem esse, quâ sat iam perspectâ, suafunctulis humanis fermunculisque à recto nobis viâ tramite, haudquamquam in transversum est abeundum. Vocatio ad Carmelitanas sola externa specie, non verò solidâ veritate nititur. Patres illi, qui hanc tuentur partem, ac omnino evincere nituntur, nullam tui spiritus habent notitiam. Nam quid ad rem facit, quod nos te in vitâ spiritus atque virtutum educaverimus, si non Altissimi Spiritus te ad nostrum Ordinem vocet? Quod quanti; velut juvenes plan-

*Argumē-
ta pro
Ioannæ
vocatione
ad Clarif-
sas.*

tulæ

tulæ in Sacris Domibus Claustrif-
que educantur, qui tamen ad alium
Ordinem vocantur à DEO, in quo
floreant, frondeant, fructumque fe-
rant? Quæ infidelitas aut ingrati-
do esse queat, veram præ falsa vo-
cationem eligere? Relationis lu-
men ubivis ductor noster sit oper-
tet. Magis porro rationi est con-
sentaneum, DEUM sequi potius
quam homines. Itaque, Filia
mea, ne audias id, quod homines,
sed quod Divina tibi vox loquitur,
nimirum ut Cœnobium Divæ Cla-
ræ præeligas.

Hoc rerum statu JOANNÆ
nostræ mens hisce diversa sentien-
tium opinionibus, veluti Cym-
bula medio Oceano pugnantibus
ventis agitata impugnataque fuit.
Crux, ut appellant, de Tariffa
mare navigantium asseveratione,
toto pelago omnium Scyllarum at-
que Charybdum est periculosissi-
ma. Nautæ quoque vectores ac socii
navales crucem illam plus extime-
scent, quam alias alibi maris scopu-
los, cautes Syrtisque. Eâ in ora
Oceanus ac mare mediterraneum
invicem cœunt ac miscentur, atque
in duo brachia divisa, crucem eo
pacto efficiunt, dum nimirum am-
bo se mutuo violento prokursu per-
rumpendo in crucis modum secant.
Ingentem hoc pugnam efficit, op-
pugnantque se mutuo duo maria,
horrendo undarum sese colliden-
tium fremitu, infanoque surgen-
tium fluctuum furore. Prædictæ

contrariæ opiniones, pari fere mo-
do oppugnabant animæ Sororis
nostræ JOANNÆ cymbulam,
crucemque in corde illius efficie-
bant. Pugnant in ea mutuo
humana propensio, & divina voca-
tio. Naturalis inclinatio cor eius
trahebat ad Carmelitanas; at ex
adverso vera vocatio ad Clarissas.
Nuncium Carmelitissis remittere,
erat naturæ contrarium, illis non
sociari Divinæ gratiæ repudium.
In hac turbida turbataque concer-
tantium invicem diversorum affe-
ctuum Charybdi dum volvitur,
tandem visendum se JOANNÆ
nostræ præbuit optata stella maris,
Divus Pater FRANCISCUS, S. Fran-
cum sancto DOMINICO, & glo-
riosa Virgine CATHARINA Se-
nensi. Quamdiu, dicebat san-
ctus FRANCISCUS, delibera-
bis, atque inter utrumque flu-
ctuabis? An incognitum tibi, quæ
ratione ab infantia tua, primoque
rationis atque intellectus luminis
exortu, mihi pollicita es, fore ut
Filia mea sis, & qualiter ego Di-
vina ordinatione; uti verus Pater
semper tui curam geram? Quid
ultra moraris? Itane tuæ mihi factæ
promissionis, quidque mihi de-
beas, es immemor? Nunc ego à
Christo Domino nostro ablegor
ad te, scrutare diligenter memoriæ
tuæ recessus & vide, an vera sint
omnia quæ dico. Expendit animo
suo ancilla D. jam dictum sermonem
S. FRANCISCI, atque velut
è gravi somno evigilans respondit:
Mi

„Mi Seraphice Pater, omnia quæ lo-
 „cutus es, recognosco vera esse, quo-
 „niam vero in tenera id ætate pro-
 „misi, putabam non obligari me ad
 „implendam promissionem. Filia
 „mea tu ac tui similes non debent
 „morâ temporis impediri se finire
 „ab exequenda promissione, ad
 „quam dubio procul semper obli-
 „gantur. Satis tibi notum est, quali-
 „ter Christus D. cum te sibi despon-
 „saret, S. Dominico, S. Catharinæ Se-
 „nensi, nec non & mihi te tradiderit.
 „Ego muneri meo uti Pater, Cha-
 „ritate Paternâ satisfeci, jam res in
 „eo est ut & tu obligationi tuæ, sicut
 „filiam decet, satisfacias. Hæc ad-
 „monitione Sor. Joannæ sui erroris con-
 „victa, culpam agnovit, ignoscique si-
 „bi eam petiit, Sanctique etiam li-
 „benter ignovère, & datâ ei benedi-
 „ctione videri desierunt.

Tali modo confirmata Venerabi-
 lis Virgo nostra, Cœlestem suū spon-
 sum sequi, atque S. Francisci Ordinē
 ingredi constituit. Ne verò quid-
 quam non conscio ac dirigente P.
 suo Spirituali fieret, egit cum præ-
 dicto A. R. Patre Petro à Matre DEX,
 qui etiam hac in re filia suæ Joannæ
 eâ ope ad fuit, ut continuò ad Mona-
 sterium S. Francisci Burgi se contulerit,
 Patrēmq; Provinciale cū aliis
 Provinciæ Patribus allocutus, om-
 nibus eis nixam gravissimis ratio-
 nibus filia suæ spiritualis vocatio-
 nem exposuit. Quod nimirum sum-
 mâ devotione atque affectu ab ip-
 sa infantia D. Claræ Cœnobium
 dilexerit, singularique sit veneratio-
 ne profecuta. Præterea addens com-
 plures quidem suæ Religionis Pæ-

tres fuisse conatos Sor. Joannam ad
 Carmelitanas perducere, eam verò
 aliud non velle, quàm ut S. Francisci
 filia efficiatur, quoniam humanus
 iste Seraphinus semper Pater ejus
 extitit. Postremò adjicit intellexisse
 Matrem Joannam, quòd S. Claræ
 Moniales nullam ab ea dotem ex-
 petant, prout pariter nec Discalcea-
 tæ Carmelitanæ petierint, cùm affa-
 tim perspectum palamque sit omni-
 bus, Christum D. Joannam tam exi-
 miis ditâsse virtutibus, ut eæ non im-
 meritò divitis opimæque dotis loco
 sint habendæ. Denique postulabat
 memoratus P. Petrus, velint Rever.
 Patres efficere ut res hæc, quàm fie-
 ri potest ocyssimè, ad optatum fi-
 nem perducatur, ne prorelatio ac
 mora incommodo forsitan alicui sit
 ac impedimento. PP. Franciscani
 ubi vident fortunam istam sine ullo
 suo labore & cura ultro sibi venire
 obviam, magnas habuère R. P. Petro
 egèrequè gratias, receperuntque se
 omnia secundum mandatum ordi-
 nationemq; ejus perfecturos, postu-
 lantes tamen, ut ipse velit bonum
 istud opus suamet propriâ media-
 tione & operâ ceu paratius promo-
 vere, donec optatum exitum sortia-
 tur. Patri quidē Provinciali Recol-
 lectorum, Burgi opus illud non licuit
 conficere, peregit, illud tamen simul
 ac Monasterium S. Dominici attigit,
 uti ex hisce patentibus apparet.

„ F. Franciscus Andres de la Torre, *Patentes*
 „ Lector Jubilatus, S. Officii assessor, *litteræ de*
 „ Minister Provincialis ac servus hu- *suscipi-*
 „ jus Provinciæ Burgensis, Regularis *enda à*
 „ Observantiæ & Ordinis S. P. N. *Clarissis*
 „ Francisci, Rever. Dominæ Abba- *Joanna.*

Hb

„tillæ

„filix Monasterii S. Claræ in Burgos
 „salutem ac veram pacem in D. N.
 „JESU Christo. Virtute hujus Re-
 „scripti, quod nomine nostro sub-
 „scriptum, magnoque Officii nostri
 „sigillo munitum est, concedimus
 „Rever. Dominæ licentiam, quod
 „in Monasterio vestro S. Claræ con-
 „suetum Ordinis habitum tanquam
 „Choralis Soror suscipere valeat Jo-
 „anna Rodriguez à JESU MARIA,
 „vidua & Civis Burgenlis, & quo-
 „niam non incognitum est nobis
 „prædictam Joannam Rodriguez
 „sufficientibus mediis ad consuetam
 „dotem, quam aliæ filix afferunt
 „solvendam: destitutam esse, ve-
 „stroque Cœnobio grave non futu-
 „rum bene memoratam Joannam
 „gratis sustentare. Ea propter vo-
 „luntatis nostræ est, mandamusque
 „ad Coronam vobis augendam in
 „virtute Spiritus Sancti ac Sanctæ
 „Obedientiæ, ut præcedente habi-
 „totoque assensu Conventualium So-
 „rorum, prædictam Joannam Reve-
 „rendissima Domina suscipiat, &
 „absque, eo quod aliquam dotem
 „afferat, aut in sumptus aliquos
 „quidquam expendat, usitato habi-
 „tu Ordinis donet. Si tamen spon-
 „te propria dare aliquid aut impen-
 „dere velit, hoc & nihil amplius
 „acceptetur. Hortamur quoque in
 „Christu JESU cunctas Cœnobii
 „vestri Sorores, velint sæpe dictæ
 „Joannæ consuetam Sororiam ex-
 „hibere charitatem, in considera-
 „tione singularis amoris affectus-
 „que, quem erga Monasterium ve-
 „strum antehac jugiter gessit & de-
 „monstravit, ac etiamnum gerit.

„Hæc Sororia in invicem charitas
 „proculdubio grata acceptaq; DEO
 „erit. Datum in Monasterio nostro
 „de Matre DEI & SS. Angelorum,
 „quod dicitur S. Dominici, in vico
 „lapideo. 28. Febr. 1626.

F. Franciscus Andres de la Tor-
 re, Minister Provincialis Minorum
 Hæc patentes jam dictus P. Pro-
 vincialis Epistolæ inclusit, atque
 Admodum Rever. P. Petro à Matre
 DEI Priori Carmelitarum Discal-
 ceatorum Monasterii in Burgos
 transmisit. Epistolæ porro erat te-
 nor ut sequitur.

Admodum Reverende P. Prior.
 „Ante omnia excusatio jure mi-
 „hi deponenda est, quod Burgo tam
 „propere excesserim, nec ante Ad-
 „modum Rever. Patris Vrx ad disces-
 „sum benedictione munitus fue-
 „rim; spero tamen ægreditudines
 „meas tenuesque vires, quæ illo me
 „honore ac valedictionis consola-
 „tione privarant, mihi patrocina-
 „turas, quandoquidem ordinanti-
 „bus ita Medicis, actutum aura mi-
 „hi melior quærenda fuit. Benignis-
 „simo DEO sint æternæ grates,
 „quod medium istud non malè ver-
 „terit, quippe qui nunc aliquantò
 „comodiore utar valetudine. Oro,
 „sua Adm. Rever. Pras velit memo-
 „ri suo animo filixque suæ Joannæ
 „orationibus me insertum gerere.
 „Patentes hæc ante meum ex urbe
 „discessum minimè confeci, quippe
 „qui hic non longè à Burgo degam,
 „illic verò res ista longius protelata
 „fuisset. Nunc verò quia virib⁹ pol-
 „leo, ne bonum hoc opus diutius dis-
 „feratur, eas edere, atque A. R. Pri
 „Vrx

„Vra transmittere volui, ut is nimi-
 „rum tanquam Superior, cuncta ad
 „Divinæ voluntatis normā ordinet
 „atq; dirigat; Qui servet ac custodiat
 „A. R. P. secundum vorū meum in o-
 „mni prosperitate ac salute corporis
 „ac animi Naxerā Imā Marty 1626.

Admodum Reverendus Prior Di-
 fcalceatorum Burgensium acceptis
 prafatis patentibus, abiit ad su-
 mendam cum Spirituali filia sua Io-
 anna mutuo animi læticiam, & post
 „perlectas hæcæ patentēs ait: Filia
 „mea, ex hisce omnibus facillē co-
 „gnoscere possumus, quam acce-
 „ptum Optimo Deo sit propositum
 „nostrum, dum scilicet ad hunc fi-
 „nem corda omnium Divinā suā vir-
 „tute permovet. Agamus Majestati
 „suz pro isto collato tibi beneficio
 „& favore humillimas gratias, vi-
 „vamusque in bona spe certaue fi-
 „ducia, quod principium felix, me-
 „lior fortuna, exitusque vocationis
 „tuæ sequetur. Hisce filia mea, esto
 „Deo commendata, ego nunc abeo,
 „quod restat, dispositurus & confe-
 „cturus. Abiit ergo ad R. P. Matthæ-
 um de Montoya ex-Provincialem i-
 stius Provinciæ, nunc verò Guardia-
 num PP. Franciscanorum in Bur-
 gos, traditisque eidem patentibus
 litteris, instanter precatur, ut eas
 quantocyus loco suo insinuet. Hæ-
 bat is P. Guardianus sublimem de
 Ioanna opinionem, ingentique tene-
 batur desiderio, ut ejus propositum
 ex voto fluere & finiretur. Eo ita-
 que adhuc die adiit Monasterium
 D. Clara, curavitque Reverendam
 Matrem Beatricem de Sandoval
 Antistitem evocari. Illa verò mox

jussit conventum Capitularem om-
 nium Choralium Monialium Soro-
 rumque institui P. Guardianus bre-
 vi proloquio usus. deinceps Provin-
 cialis patentes mandatumque per-
 legit. His peractis, universa congregatio concorditer petiit, ut sine dilatione suffragia ferantur, quapropter statim albæ atræque fabæ sunt allata, & postquam una quælibet Soror Choralis fabam suam injecisset, iis numeratis apparuit Joannam omnium suffragiis lectam. Protinus ergo actus illius & electionis testimonium est exactum, quod nimirum omnes Conventuales summo gaudio & unanimi consensu Ven. Virginem Joannam à JESU MARIA in Choralem Sororē ac Monialem, & quidem absq; ulla dote aliisque sumptibus atq; impendiis fieri solitis elegerint, quinimò quod se obligarint universæ, Joannæ de omnibus necessariis ab se abundè provifum iri. Læ- tum istud nuncium, ubi Ancilla D. percepit, in terram prostrata, Divinæ Majestati agebat gratias, non multis quidem verbis, sed calentibus plurimisque defluentibus lacrymis.

CAPUT XI.

D. Archi-Episcopus consultat de vocatione Sororis Joannæ, tandemq; reperit eam verè ad Clarissas vocatā. ultimā v. q. ea de re pronunciat sententiam, nimirum Sor. Joannā à JESU MARIA Clarissam fieri debere.

IN principio creavit DEUS verbo Cælum & terram (Gen. 1. v. 26.) Cùm autem creare hominem vellet, tres Divinæ personæ prius eā de re consultarunt, occupabanturque ad hominem in multiplici magnā-
 que

*Ioanna
 omnium
 Sacrarū
 Virginiū
 votis in
 Clarissam
 adlegi-
 tur.*

*Nihil
grande
inconsul-
tè incipi-
endum
exemplo
DEI.*

que prerogativarum excellentia & decore efformandum. Ratio hujus, ait Tertullianus de Resurr. Carn. c. 6. & de Captiv. Baptiz. est, quia magnum ac præcipuum opus est homo, cujus respectu ceteræ terrestres Creaturæ parvi sunt habendæ. Idcirco benignissimus DEUS absque consultatione omnes alias condidit creaturas, hominem verò inconsultò creare noluit. Novimus equidem & est fidei articulus, incomprehensibilem omniſciãque DEI providentiam nullo egere consilio, nihiloscus tamen in creatione hominis DEUS omnipotens id eam nobis exhibere voluit, ne sine consilio ac temerè res magnas aggrediamur, Res magna ponderisque permagni erat, ut una jam annis provectora, tam virtuosa, tamque sanctitate ubivis clarissima Virgo, qualis Joanna nostra erat, Ordinem in quo educata fuerat, post haberet, alterumque amplecteretur. Ideoque D. Archi-Episcopus, tanquam prudens ac fidelis Pastor, nihil sine provida circumspectione & consilio statuere voluit, prout Caput istud declarabit.

Eo tempore, quo Patrum nonnulli circa Joannæ vocationem animis opinionibusque concordare non poterant, D. Archi-Episcopus Madriti morabatur in Aula Regis, gravissimis distentis negotiis; durante tamen adhuc dum eo opinionum certamine Burgum appulit, continuoque suam spiritualem filiam in-visit. Joanna porrò ut fidelem suum Patrè conspexit, perinde gavisã est, ac si nova ei lux oboriretur, tenebræque omnes ac nubila ejus anxietate

tū ad lumē istud fuere dispulsa. Sincerè itaque totum ei cor suum enudat, enarratque, quid interim even-nerit, quo pacto nimirum D. Franciscus ei apparuit, vocationemque ad suum toto Orbe præstantissimum Ordinem sibi denunciãrit. Ex opposito verò repugnantiam quorundam Patrum, uti & instantiam Discalceatarum, ac postremo quòd à Clarissis suscepta sit. Addebat porrò etiam Rever. D. noī suæ haud obsecurum esse, qualiter hæc vocatio ab infantia secum creverit, atque hæctenus nunquam in anima sua emarcuerit, neque aliter se intelligere, quam unicam hanc esse voluntatem DEI. Nihilominus tamen, quicquid ageret aut omitteret, in manu Rever. D. statuere, nec suam se opinionem, sed illius in omnibus ductum sequuturam. Filia. respondet D. Archi-Episcopus, video equidem nunc, magnas te habere rationes vocationem ad Ord. S. Claræ, veluti veram Divinamque vocantis DEI vocem sequendi. Verum in re tanti ponderis, in qua plurimum est situm, cautè nobis est incedendum. Præcipitatio in rebus magnis, magnæ sæpenumero est tristitiæ luctul-que causa. Diu deliberandum, quod semel faciendum. Ora filia, DEVM, ut nos illuminet, ad SS. suam voluntatem exequendam. Hisce illi valedicto D. Archi-Ep. sine dilatio- ne in propria persona, abiit ad S. Joannem, ad S. Paulum, & PP. Soc. JESV. In hisce tribus locis, summo studio conferebat cum præcipuis & doctissimis ferè omnium, qui totã Hispaniã id temporis reperiri pote- rant

*Archi-
Ep. cum
præcipuis
viris con-
sultat de
vocatione
Joannæ.*

rant viris. Tamen si ergo nullus de altero sciret, omnes tamen unius futūre sententiæ, scilicet vocationem ad S. Claram veram germanamque esse Matris Joannæ vocationem, cui parere eam sit necesse. Videbatur itaque Spiritu S. istorum Patrum ore responsa dedisse. Quia tamen PP. Discalceati contrariæ sententiæ, mordicus immodicōq; fervore primæ suæ opinioni inhærebant, durante hoc sententiarum conflictu, medias seu neutras D. Archi-Episcopus partes tenuit, cum spe, brevi Providentiam Divinam huic negotio bonum finem imposituram. Hæc autem ubi Sponsa Christi Joanna vidit, è re sua putabat fore, si fundamentalem declarationem suæ vocationis scripto comprehenderet. Scripsit itaq; D. Archi-Episcopo in hunc modū.

JESUS MARIA sint in anima Rmi Domini.

„Pater noster Prior mihi copiam „hesternarum litterarum exhibuit. „Vocatio mea ad Clarissas hæc est. A „sexto ac dimidio pueritiæ meæ an- „no, Christus D. per gratiam suam „(quam Rmus D. scripto contentam „habet, ac proinde non est iteratō e- „am præscribi necesse) Seraphicum „meum Patrem D. Franciscum Pa- „rentem, Nutritium, Magistrumque „mihi constituit, qui etiam ab illo „momento usque huc, non attentā „meā malitiā, me nunquam dese- „ruit. Desiderium, ut Clarissā fiam, „apud me semper crevit: & ad hoc „me Christus impulit, uti etiā nunc „semper adhuc impellit. Hactenus „verò id ego facere distuli, timore, „ne malignus hostis vanā me gloriā

„tentet, si nimirum ego tam misera- „bilis virtutisque expers creatura „ad collocutorium evocarer. Hujus „unius rei causā hucusque ut Clarissā „fierem distuli, quò scilicet intereā „experirer, an in meo præsentī statu „viduitatis, magis essem solitaria, „atque ab hominum commercio a- „liena, quàm in Cœnobitica vita. „Hac præterlapsā nocte, istud iptum „interioribus externisq; in sensibus „usque ad eò me anxiam reddidit, ut „prorsus addubitem, an in mortis „meæ hora simile quid sim perpe- „sura. Sic planè sentio, me in mea „exarata clarè ac liquidò Epistolā, „non aliud quàm nudam veritatem „perscripsisse. Vocationem ad Di- „scalceatas nunquam habui, nisi cir- „ca undecimum ætatis annum, mo- „ta humanitate ac benevolentia, „quam S. Mater nostra Theresia & „Sacra illa Virgines mihi exhibue- „runt, veluti educaræ apud se filia; „sed hæc vocatio statim evanuit. al- „tera verò ad Clarissas constanter „perduravit. Plus minusve indicare „hisce nolui. Quando dicebam vel- „le me Discalceatam fieri, hoc asse- „vero, nulla ex vocatione factum, „sed quia Patres dicebant debere „me talem fieri, videbaturque mihi, „non posse me debitā gratitudinē „pro acceptis ab eisdem beneficiis, „sacris institutionibus ac doctrinis „satisfacere meliùs, quàm intrando „S. eorum Ordinem: & si per supe- „riores licuisset, ego jam ad eas in- „gressa fuisset, non tamen propriā „sponte. Neque aliter se res circa „Discalceatas habet. Quod etiam „utrumque Ordinem attinet, ipsam

Hh 3 „veri-

Qui omnes de-
curre
debe
eam Cla-
rissam
fieri.

Joanna
Epistola
ad D. Ar-
chi-Ep-
de statu
sua voca-
tionis.

ebi-
con
cipu-
at de
m.

„veritatem loquor, veluti si jam
 „mihi esset moriendum. Quod au-
 „tem experior dum nunc domi meæ
 „maneo, est tantum modò, quòd ab
 „omni humano consortio elongata
 „sum, talique modo magnos favores
 „sum consecuta. Cum igitur ego
 „me totam in manus Rever. D.
 „Vræ tradiderim, provoluta nunc
 „ad pedes ejus humi strata oro, nè me
 „in hac necessitate deserat, sed tan-
 „quã fidelis Pastor ac Tutor meus,
 „omnia ad utilitatem salutemque
 „meam dirigere dignetur.

Hodie die Martis

Joanna de JESU MARIA.

Simul ac D. Archi-Episcopus
 hanc perlegit Epistolam, suam circa
 hoc mentem ad modum sequentem
 declaravit.

*Ultimata
 Archi-
 Epi. de
 vocatio-
 ne Joannæ
 senten-
 tia.*

„Perlegi propria manu exara-
 „tam Joannæ Rodriguez à JESU
 „MARIA ac 14. Aprilis mihi red-
 „ditam Epistolam, cujus copia hisce
 „adjuncta est. Ex verbis illius, mo-
 „tivis & causis, quas omni sincerita-
 „te affert, satis cognoscere possum,
 „sponte propriã liberãque volunta-
 „te illam declarationem hanc per-
 „scripsisse. Possum inquam cogno-
 „scere, quoniam ego veluti ejus Pa-
 „ter, Nutritivus ac Præsul interioris
 „exteriorisque statûs illius à longo
 „tempore singularem habeo noti-
 „tiam, quam in rebus cunctis jure ac
 „merito summè laudare debeo, ipse
 „verò pudore suffundor, in confide-
 „ratione magnarum ejus virtutum
 „atque perfectionis, meã verò im-
 „prædicta Sor. Joanna suã vocatio-
 „nis causã, quã forte adhuc in utro-

„que foro disceptari posset, ultimam
 „disfinitoriãque sententiam à me
 „tanquam Superiore suo ac Pastore
 „expectat, eidemque sententiã in
 „omnibus parere est parata, virtute
 „Archi-Episcopalis meã jurisdic-
 „tionis, legitimam æquãque pe-
 „titionem ejus spernere aut repu-
 „diare non potui. Hęc igitur circa
 „id est mentis meã declaratio, quòd
 „Sor. Joannæ à JESU MARIA ad
 „Ordinem S. Claræ vocatio, quã à
 „scto ac dimidio ejus ætatis anno ju-
 „giter perseveravit, sit constans ve-
 „ràque Divina vocatio. Ab eo sel-
 „qui septimo anno ad hoc usque
 „tempus Seraphicus P. S. Franciscus
 „semper illi summã fidelitate ad-
 „fuit velut Cœlestis Pater, Curator
 „& Pedagógus à DEO destinatus,
 „ad instituendam in Spiritu Divino
 „filiam suã Joannam, prout in hac
 „adjuncta copia ipsamet confiterur,
 „mihi que specialiter de hac institu-
 „tione conlat ex eo, quod eo tem-
 „pore, quo præ infirmitate scribere
 „non potuit, egomet scriptis con-
 „signavi. Declaro itaque ac decer-
 „no sæpeditã Sor. Joannam, jam
 „antehac vocationis hujus satis ca-
 „pacem exitisse, nunc verò posse il-
 „lam pro suã voluntatis arbitrio
 „eandem sequi ac exequi. Declaro
 „præterea etiam istud; nihil huic
 „vocationis executioni asserre im-
 „pedimenti productam hucusque
 „dilationem eam in effectum dedu-
 „cendi, cum nimirum colloctio il-
 „li tam sit adversa, timueritque ne
 „Stygius hostis in Monasterio eam
 „cum hominibus conversantem va-
 „nã gloriã impeteret, cum tamen
 „sua

„sua domi, in Sacratio suo liceret
 „solitaria ab omni humano com-
 „mercio se junctæ degere, occasio-
 „nemque inanis gloriationis effuge-
 „re. Et quidem extra controver-
 „siam esto uti & ipsamet in veritate
 „agnoscit, quod hucusque in quiete
 „solitudinis ac voluntaria cum Deo
 „collectione unionisque vixerit, &
 „ab ejus Majestate speciales favo-
 „res in ea solitudine fuerit consecu-
 „ta, dum videlicet Sanctis salutari-
 „busque R. R. P. P. Disceatorem
 „præceptis eruditur, quod illa etiam
 „summâ gratitudine semper reco-
 „gnosceret. Attamen iam dictus vanæ
 „gloriæ metus amorque solitudinis,
 „veram ejus vocationem ad S. Cla-
 „stræ Ordinem impedire nequeunt,
 „considerando, quod ea nunc in sa-
 „culo suâ propriam sequatur volun-
 „tatem, in Cœnobio verò per ejus-
 „dem mortificationem & salutare
 „obediendi studium, illi omnia ad
 „majorem sint conductura perfe-
 „ctionem. Ego sane ipse magnam
 „hâc in re considerationem habere
 „possem, ob ingentem fructum,
 „quem ex sancta ejus consuetudine
 „hactenus percepi, & adhucdum
 „percipio, optandum inquam mihi
 „esset, ut ea in præsentis suo statu
 „permaneat, verum quia vocatio-
 „nis hujus executione gloria DEI
 „majus augmentum sumit, plus
 „quàm æquum justumque censeo,
 „ut ego ista declaratione, ne in mi-
 „nimo propriæ utilitatis rationem
 „habeam, idque tantò magis, quan-
 „tò ego jam ab aliquanto tempore
 „tanquam indignus Sacerdos, rem-
 „issam DEO in Sacrosanctis Sacri-

„ficiis commendavi, atque in eum
 „finem haud intermisi perquam
 „gratas sæpè memoratæ Sor. Joannæ
 „preces, & complurium aliorum
 „Religiosorum utriusque sexûs im-
 „plorare atque expetere. Ad hæc
 „ea super re cum pluribus doctrina
 „pietateque præstantibus & impar-
 „tialibus personis ante consilium
 „meum, ita ut rebus sic constitutis, ego
 „etiamnum optatâ tam interius
 „quàm exterius quiete gaudeam.
 „Ceterum unica peramica mea
 „instantisque petitio est, attendendo,
 „quod ego Joannam semper uti spi-
 „ritualeni filiam impensè dilexe-
 „rim, & magnificerim, atque ipsa
 „me vicissim, ut Prælatum suum
 „amârit atque reverita fuerit, ne sub
 „obedientia Claustralium Superio-
 „rum suorum constituta, intermit-
 „tat pro illuminatione suæ sancti-
 „tatis summi Pontificis, qui Caput
 „est Ecclesiæ Catholicæ Divinum
 „Numen fideliter deprecari, prout
 „summè memorata sanctitas ei-
 „dem, ut obedienti oviculæ specia-
 „li affectu injunxit. Velit quoque
 „demortui Regis ac Domini mei
 „Philippi III. animam meminisse, o-
 „rare insuper pro salutari faustoque
 „regimine D. N. ac Regis Philippi
 „IV. ut nimirum DEUS Regiam
 „suam Majestatem in medio ma-
 „gnorum multipliciterque immi-
 „nentium periculorum, diverso-
 „rumque Catholicæ hujus Coronæ
 „hostium, interius exteriusque cor-
 „roborare, illuminare, notitiâque
 „impartiri velit, quid in plurimis
 „magnique ponderis rebus ac ne-
 „gotiis agendum sit aut omitten-
 „dum:

„dum : prout mihi jam ante perpe-
 „ctum est, continuatis ejus precibus
 „Divinam Majestatem Regnum hoc
 „nostrum in diversis periculis ac ne-
 „cessitatibus magnâ felicitate pro-
 „speritateque beasse. Postremo pe-
 „to Sor. Joanna, velit mihi etiam
 „lumen Cœleste gratiamque obtine-
 „re, ad pascendas oviculas meas,
 „prout salus cujusque requirit, ro-
 „goque intuitu propensi mei in se a-
 „nimi, quem nunquam non ei ope-
 „re ac facto demonstravi, nè mei
 „nunquam oblivio eam subeat. Præ-
 „cipio etiam hisce, quanquam id ne-
 „cessarium non sit, Sor. Joannæ ve-
 „lit RR. PP. Discalceatos, pro Pa-
 „tribus ac benefactoribus habere ac
 „venerari, in tantum quantum de-
 „sunt meriti, & deinceps merebun-
 „tur. Rogo item prudentiâ doctri-
 „næque conspicuos PP. rigidioris
 „observantiæ S. Francisci, & pecu-
 „liariter Præsides eorum ac supe-
 „riores, ut hanc meam petitionem
 „Sor. Joannæ præcipiant, & cū RR.
 „PP. Discalceatis totam hætenus
 „fraternam communionem & ami-
 „citiâ constantem conservent, pro-
 „ut ea etiam cum R. P. Petro à Ma-
 „tre DEI semper eisdem interces-
 „sit. Universas pariter sacras Vir-
 „gines D. Claræ Moniales amanter,
 „per charitatem, quam eis omni
 „tempore demonstravi obtestor,
 „velint unâ cum Sor. Joanna ad
 „promovendam salutem meam
 „DEO me fidelissimè commenda-
 „re, ut tandem æternæ remunera-
 „tionis præmia consequi merear,
 „juxta temporalem felicitatem
 „meam & gaudium, quo affluo ob

„id, quod eo tempore indignus Præ-
 „sul vivam, quo illa filiam spiritua-
 „lem nanciscunur, qua honori,
 „prosperitati & amplitudini S. ea-
 „rum Ordinis ex asse est dedita. Eâ
 „denique vivo spe, & confido de
 „Majestate Divina, eventura sicut
 „voveo ac opto omnia, nimirum
 „Sor. Joannam à JESU MARIA,
 „in S. Claræ Ordine de virtute in
 „virtutem progressuram, & ad con-
 „summatam perfectionem grada-
 „tim conscensuram. DEUS hæc o-
 „mnia juxta ardens animi mei de-
 „siderium velit benignissimè largi-
 „ri. Burgos 17. Aprilis Anno 1626.

Archi-Episcopus Burgenlis.

Ex hac declaratione eximius
 sublimisque spiritus Rever. Principis
 ac D. Ferdinandi de Azevedo facile
 cognosci potest. Abiit is deinceps
 ad Sor. Joannam eidemque suam de-
 clarationem perlegit non sine inti-
 ma colliquefcentis animi teneritu-
 dine; Joanna verò precidit ante pe-
 des ejus gratitudinè animi sui multis
 calentibusque lacrymis contestans ro-
 ganque; porro vellet Rmus Præsul in-
 gentem istam in se collatam gratiâ
 continuè exequi eamque absque mora
 in Cœnobium S. Claræ deduci cura-
 re: at ille respondit, serò jam sextâ-
 que horam vespertinâ esse, postridie
 manè velle se ad eam venire, confes-
 sionem excipere, sacrum celebrare,
 sacrâ Communionem reficere, Missâque
 dictâ ad S. Claram ducere. His ei va-
 ledixit, & Sponsa Christi Joanna, Di-
 vinæ Majestati gratias egit, orans ut
 dudum optata dies festinato cursu ad-
 properaret, quæ secuturis omnibus fe-
 licitatis suæ diebus initium datura esset.

CAPUT

CAPUT XII.

De triumphali & miraculoso Ven. Virginis Joannæ à JESU MARIA in Monasterium S. Clara ingressu.

Mirum quid auditur in Cantico Cant. Quæ est ista, ait hæc vox, quæ ascendit de deserto deliciis affluens, innixa super dilectum suum? (Cant. 8. v. 5.) Vox ista, inquit Div. Ambr. est vox Angelorum admirandorum dum sacratam DEO Sponsam virtutibus eximie ornatam & exultam conspiciunt è sæculi deserto ad conjunctionem cum Christo Sponso suo procedere. Nec sanè mirum admirari Angelos, quòd una mulier in deserto mundi sat longum degat, pura tamen ac perfecta è mundo perinde excedat, ac si conversatio ejus cum cœlitibus in cœlo fuisset. Nul- lum est dubium cœlestes Genios, sum- mè aimiratos fuisse, dum nostram Sor. Joannam mundo valedicentem tergum ei obvettere, atque ad cœno- bium desiderio anhelam propemo- dùm ruere vident ad celebrandas il- lic diu suspiratas cum Sponso suo nup- tias. Videbant Sponsam Christi post exactum ferè sexagesimum in mundo immundo annum, tam maculæ duram, tam venustam, tam glo- riosam, perfectoque virtutum deco- re fulgidam procedentem, velut si ju- giter in cœlestibus habitaculis Ange- lorum DEI commercio usa fuisset. Nos hoc in Capite exitum è mundo & miraculosum ejus in Monasterium introitum videbimus. Qualiter nimi-

rum ad suscipiendum S. Religionis habitum advenerit.

Erat Reverendissimo D. Archi- Episc. animus celebritatem illam con- vestiendæ Joannæ tacitè, quàm fieri posset maximè, peragendi, ne fortè univerla Uibs turbaretur. Ideoque Patribus Oblervantiæ strictioris jus- sit significari, ut postridiè manè apud Clarissas compareant, tempestivè igitur Patres & ipse etiam D. Archi- Episcopus cum famulatio suo illic ad- fuère. Nihilò tamen minus maturiùs cunctis fama evigilans momento eam investit onem totâ Urbe vulgavit. Quanto verò dolori vicinis, imò Ci- vibus universis, toti denique Civitati illud fuerit, dici non potest. Captivi uti & pauperes cum infirmis in Hol- pitalibus ac Nosocomiis querulaban- tur, amarè flebant, ejulantes vocife- rabantur, refugium suum, solatium & auxilium sibi tolli. Sed neque totâ U. be audiebatur aliud, quàm plora- tus atque lamenta. D. quidem Archi- Episcopus maturè, ut dictum est, ad Joannam abducendam advenerat, verùm non atrium domûs duntaxat, sed & viam totam ingenti multitudi- ne populi refertam reperit. Ascendit ergo sursum ad Sor. Joannam, quæ illius adventum opperiebatur; atque illi Reverendissimus, ut se ad Con- fessionem præparet, velle se apud Clarissas sacri Missæ Officium pera- gere, eique S. Eucharistiam porri- gere.

Peractâ Confessione accepit Jo- annam infra humeros ipse ab uno la- tere, & alius è famulis ab altero, du- cebantque eam ad portam deorsum ubi sella gestatoria parata erat. Prius-

¶ quara

Tota Urbs turbatur ob Joannæ ad Religionem ingressum.

Constitit in- gens popu- lus ad egres- sura domûs & vias sti- pat.

Amor ac reverentia Archi. Ep. erga Joannam.

*Ex huius
humilitas.*

quàm tamen in sella consideret, humilis Christi Sponsa ad pedes Præsulis sui accidit, magnâque demissione atque uberrimis lacrymis veniam orabat, quòd tam malè, tamque tenui cum profectu sacris ejus doctrinis usa fuerit: agebat quoque Reverendissimo pro tam multiplicibus magnisque in se collatis beneficiis humillimas gratias, ad extremum benedictionem ejus exposcens. Non poterat coram populo gravitatem suam tueri D. Archi-Præsul. Naturalis affectus cor ei emollivit, temperare sibi à lacrymis prorsus non valenti. Levavit ergo filiam suam à terra, & ad sellam gestatoriam deduxit, portabaturque Joanna in maximo vulgi concursu & comitatu ad Clarissas.

Priusquam sacro vestiretur habitu, D. Archi-Episc. Sacrum Missæ peregit Sacrificium, Sponsæque Christi Sanctissimam Eucharistiam imperiit. Illa verò orabat Sponsum suum vehementi ardore, vellet ei gratiam viresque donare, in sua Divina ad statum Religiosum vocatione, communem cum suis Consortibus vitam ducendi, neque in ullo singularitati velificandi, aut indulgendi. Domine, agebat illa, præstantissimæ istæ tibi desponsæ Virgines, nullâ indignitatis meæ ratione habitâ me suscipiunt, solius tui amoris gratiâ. Equumne aut ædificator um sis, ut illæ mihi sint à servitiis, quæ digna non sum, earum vestigia libare osculis? Nèquaquam, Domine, bonâ tua veniâ id fieri omnino nefas est. Aut vera ego Monialis sum oportet, aut nul-

la. Unum necesse est fiat è duobus: aut mihi tu valetudinem viresque tribue, aut ne sinas me statui Religioso initiari eumque ordiri. Nullâ prorsus ratione convenit, ut in Religiosa communitate inter universas Conventuales, illa singulari rem ducat vitam, quæ ne vel unearum æquiparanda est. Quam effica hæc Oratio, quàmque accepta Divino Sponso fuerit brevi videbimus. Missâ peractâ gratiarumque actione perolutâ iterum Sponsa Christi in sella confedit, comitantibusque Religiosorum ac secularium quamplurimis, ad Clausuræ portam Claustræ Virginei deportabatur, ubi Sacræ Virgines in duos divisæ Choros congregatæ fuerant. Antequam initium dateretur huic gloriosæ investitioni, Secretarius Reverendissimi præmemoratum Archi-Episcopalem declarationem summa cum veneratione perlegit, quæ etiam singulari animi affectu ab utriusque sexûs Religiosis audiebatur cum unanimi sponcione, se in omnibus, ut petitur, prædictam declarationem exequenturos, ac Reverendissimam Dominationem suam jugiter in precibus DEO commendaturos. Post postulabat Sor. Joanna S. Ordinis habitum, his aut similibus verbis. Meæ dilectæ Virgines, en hic advenit inter omnes Creaturas vilissima, quæque minimo sit usus, attamen fiducia infinitæ DEI, misericordiæ, eximæque Charitatis Reverentiarum Vestrarum eadem obtestor, per amorem D. N. JESU Christi, ejusque Sanctissimæ Matris, S. P. N. Francisci, &

21 & Sanctæ Matris nostræ Claræ,
 22 velint complacere sibi, ut me Sa-
 23 cro suo habitu donent, inque suam
 24 Sanctam Societatem recipiant, quò
 25 nimirum tantò melius DEO ser-
 26 vire, salutemque meam operati va-
 27 leam. His dictis manu ejus pre-
 28 hensâ D. Archi-Episcopus clarâ
 29 voce ait: Vos Virgines hic habe-
 30 tis Sor. Joannam Rodriguez à
 31 J E S U M A R I A, senem,
 32 infirmam, claudam atque inopem
 33 faminam ut ipsæ videris. Si eam in
 34 hoc statu sine dote aliisq; fieri soli-
 35 tis sumptibus ac expensis recipere
 36 vultis, apud vos permanebit, si
 37 verò eam habere non vultis, iterum
 38 ego eam lætitiâ majore recipiam.
 39 Siquidem benignissimo D E O
 40 est notum, quanto mihi dolori
 41 sit ista separatio. Ad hæc Sacræ
 42 Virgines unanimiter clarâ voce re-
 43 sponderunt: Etiam. Nos volu-
 44 mus cupimusque senem, infir-
 45 mam, claudam & inopem Matrem
 46 Joannam, & esto adhuc tanto esset
 47 infirmior, eam tamen absque dote
 48 ac ullis impensis reciperemus, ob-
 49 obligantes nos ei de omnibus ne-
 50 cessariis prospecturas.

Qui adamantis pretium ac virtu-
 tem ignorat, etiam is non magni
 eum faciet. At prudens ille pericul-
 que Christo testante negotiator, pro
 una pretiosa margarita dedit omnia
 sua. Prudentes istâ Clarissæ agno-
 vèrè virtutem ac pretium Margari-
 tæ, quam invenerunt. Dederunt
 ergo lubentes pro thesauro isto cun-
 ctâ quæ habuerunt. Bono isto Sacra-
 rum Virginum accepto responso, ad

mandatum Reverendissimi Archi-
 Antistitis Sor. Joanna ad Clausuræ
 januam in sella fuit deportata. D.
 verò Archi-Episcopus eam manu
 prehensam tradidit Abbatissæ. Ea-
 dem porò cum tribus aliis Virgini-
 bus Joannam suscepit brachiisque
 amanter amplexata fuit. Ad ejus in-
 gressum cunctæ Sorores hymnum
 Ambrosianum Te DEUM Laudamus
 concinebāt, deducebantq; Neo-
 Sponsam, supplicantium ritu proce-
 dentes ad inferiorem Chorum. D.
 verò Archi-Episcopus cum reliquo
 vulgo interea ad cratem templi con-
 cessère, Processionis illuc adventum
 expectantes.

Priusquam tamen Processionem
 istam finiamus, age Venerabilem
 Sponsam nostram tantisper contem-
 plumur, qualiter videlicet singulari
 Omnipotentis dilectionisque Spon-
 si sui virtute ac operatione confor-
 tata auctaque sit viribus, ad exeun-
 dum obviam ei admirabiliter. Erat *Joanna*
 Joanna, ut vidimus ante suum in- *clauda &*
 troitum in Claustrum clauda & de- *infirmia*
 bilis, nec præ virium infirmitate pe- *subito in*
 dibus valebat consistere, unumve *Monasteriis*
 passum sine sustentaculo procedere, *ingressu sa-*
 verum simul ac eam Abbatissa ma- *na efficitur.*
 nu tenuit, sana effecta est, plantæ
 ejus ac bases ita solidatæ roboratæ-
 que fuere, ut in Processione adeò
 alacris, erecta fortique fixo incede-
 ret vestigio, velut florida quæpiam
 juventute filia. Archi-Episcopi fa-
 muli, qui primi ad cratem adve-
 nère, ut Sponsam Christi tam va-
 lenter sine ullius adminiculo pe-
 dibus | gradientem conspexere,

*Et in pro-
cessione sine
ullius opẽ
firmo vesti-
gio gradi-
tur.*

continuo miraculum illud Domino suo cum admiratione indicant, accedensque ille pari modo spectabat tam admirabile opus Excelsi. Tum locum reliquo etiam circumstanti vulgo cessit oculis id arbitrandi. Dum sic itaque cuncti Joannam pedibus tam firmam tamque valentem ac sanam conspiciunt, ad referendas Omnipotentis DEO, qui mirabilis est in Sanctis suis, gratias permovebantur. Advenit interea supplicantium Virginum processio in Chorum, in cuius medio spectabatur Joannæ habitus, super elegans peristroma positus, proximeque ad tapetem sella stabat Sacrae Antistitæ parata. Ubi ergo procedentium cum solito concentu ac precibus Virginum supplicatio finem accepit, D. Archi-Episcopus in apparata sibi sella confedit, itemque PP. Strictioris Observantiæ ejusdem Ord. S. Francisci. Similiter D. Abbatissa suam quoque sellam occupavit, aliæque Virgines suo quæque loco atque ordine confedere. Post hæc advenit Sor. Joanna à JESU MARIA ad celebrandas cum dilecto Sponso suo nuptias: tum in genua ante Abbatissam provoluta, iteratò summâ devotione animique demissione petebat Religios. S. Claræ veste indui, & postquam petitioni ejus Antistita benevolò animo, verbisque affabilibus assensum peramanter præbuisset, consueta sua indumenta Christi Sponsa deposuit: Virgines verò sacræ accedunt ad eam sacro habitu Ordinis, pariterque Christo Sponso suo induendam, quò videlicet munda hæc oblatio in ara DEI flagrantissimo amoris incendio in perpetuum ardens, ab animæ vita

*Sacro tan-
dem habitu
conversit.*

ad usque corporis cinerem rota cremaretur. Præcipua tamen induitionis hujus celebritas, non in exteriori ac visibili rerum actu, sed in magnifica & perquam solenni Sanctorum festivitate pompæque constitit. Tota cœlitum curia ad celebrem hanc S. Indumenti susceptionem modico in templi ejus circuitu comparuit. Virgineo Clarissarum Choro junxerunt sese novem Angelorum Chori, erantque insimul Genii Cœlestes cum terrestribus Angelis id est Virginum caterva adunari, atque jam in decem Choros distincti. Medium Christus D. tenuit, excelso in solio residens. Ponè ad ejus dexteram aderat Regina Cœlorum Divino ac Cœlesti lumine coruscans. Ad latus alterum apparuit S. Franciscus cum sexus masculini Sancti. D. verò Dominicus, cū alterius seu feminei sexus Sanctis à parte Cœli Reginae astiterat. O verè Divina ac Cœlestis visio. Sancta Mater nostra Clara in præsentium omnium conspectu atque oculis Sacri Ord. veste Sponsam Christi Joannam induit. Gloriosa Catharina de Senis cum S. Matre Teresia ceu spirituales Matres in hac regeneratione nostræ Sor. Joannæ à JESU MARIA adlitterant. Igitur postquam sacra jam veste amicta, sacroque pariter flammæ velata fuit, prehensâ manibus Christi neo-sponsâ, D. P. Franciscus ac S. Mater Clara eandem ad Christum D. deduxerunt dicentes: Altissime, ac potentissime omnium Domine, en hæc Divinæ tuæ Majestati hanc, filiam nostram tradimus, ut tibi tanquam fidelis Ancilla famuletur, quæ ad Divinos Sanctissimosque pedes, tuos

*Maxima
cum totius
Curia Cœ-
lestis pom-
pæ & cele-
britate.*

„ tuos benedictionem tuam SS. ex-
 „ peccat. Christus porro D. primò illi
 „ benedictionem suam impertit,
 „ eamque peramanter ac blandissimè
 „ contuitus ait. Nunc ego eam in do-
 „ mo mea habeo, quam inibi uti dile-
 „ ctam Sponsam tueri volo. A pedi-
 „ bus Divini Regis accessere ad pedes
 Regiæ Matris, cum jam dicta petiti-
 one; Regina autem Cœli & Mater
 misericordiæ similiter ei bene peccata
 est, spondens Matrem se illi fore, at-
 que ut filiam defensionem servaturam-
 que. Tum verò adduxerunt Jo-
 annam ad reliquos etiam Sanctos,
 omnesque benedixerunt, brachiisque
 amantissimè sunt complexi. Postre-
 mò S. Mater nostra Clara ait ad D.
 Tereciam, Pergratum mihi fuerit, ut
 bonâ Christi D. N. veniâ, hæc filia
 mea etiam tua sit, bonisque tuis insti-
 tutionibus ac præceptis erudiatur ac
 manuducatur, hoc ipsum etiam S.
 Catharinæ Senensi dicens. Post hæc
 utraque Sancta Sorori Joannæ bene
 precata est, eamque amantissimè sunt
 complexæ. Inter hæc verò suavissima
 symphonia cœlestique Musica in-
 tonuit. Atque ad hunc modum celebris
 hæc sacri habitus susceptio finem ac-
 cepit, Joannæque die hæc festâ à
 Cœli Civibus pariter ac terræ in-
 quilinis, sacro indumento est convestita.

Hisce actis advenere etiam cunctæ
 Sacræ Virgines, ad novam Sponsam
 juxta Ordinis ritum amplexandam,
 continuoque Sor. Joanna ad D. Ar-
 chi Episcopum ab Abbatissa est de-
 ducta, ad consequendam ejus bene-
 dictionem. Excepit eam Sacer Archi-
 chi Præsul tumidâ liquefcentis animi
 teneritudine, suâque illam benedi-

ctione donavit, spiritali gaudio ac ex-
 ultatione plenus. Porro ut miracu-
 lum illud palam esset omnibus, nimi-
 rum quòd Joanna subito ac prorsus
 inexpectatò sana erectaque incede-
 ret, quæ paulò antè clauda virumque
 impos intro delata fuerat, præcepit
 Neo-Sponsæ Reverendissimus Præ-
 sul, ut in omnium præsentium con-
 spectu per Chorum deambulet. Sor.
 Joannæ sine mora præcipienti morem
 gessit, & Chorum sursum deorsum-
 que ambulatione emensa fuit. Abba-
 tissa verò, quæ non sanctitate modò,
 sed prudentiâ etiam eximiè prædita
 erat ad investitam recens Sponsam
 ait: Mater Joanna nôsti equidem,
 quòd claudus ille, quem D. Petrus fe-
 cit sanum, cum Apostolis templum
 introierit, ambulans & exiliens &
 laudans DEUM, (Act. 3. v. 8.) Ve-
 nerabilitas tua clauda & impotens ad
 nos ingressa est, Cœlestis verò Spon-
 sus te subito sanam atque ambulan-
 tem effecit. Age igitur, & ad sum-
 mam ejus gloriam, Religiosam Cho-
 ream saltatiunculamque facito; exili,
 & lauda DEUM, simulque cuncti
 confederunt. Et quoniam in hoc Sa-
 cro Cœnobio nunquam peritæ Mu-
 sices defuere Musæ, una earum Che-
 lym plethro mulcere, altera Cytharam
 pulsare orsa est, Juniores verò Soro-
 res Neo-Sponsam ad saltationem
 trahebant. Sponsa verò Joanna sine
 scrupulo cum eis tam alacriter, tam
 decorè saltavit, ut nemo non obstu-
 pesceret. Postquam igitur festiva hæc
 induitio hisce actis finem accepit, D.
 Archi Episcopus spiritali filiæ suæ &
 omnibus unâ Sanctimonialibus, cum
 honorifica propensi animi significa-
 catione

*Saltatione
 Religiosâ
 patratum
 in semira-
 culum Jo-
 anna con-
 firmat.*

tionem valedixit, Patremque Guardianum cum præceptis Conventus Patribus secum ad mensam suam duxit, mansitque deinceps Præsul Reverendissimus, erga S. P. N. Franciscum adeò devotus ac propensus, ut postmodum etiam tanquam filius ejus S. Ordinem amplecteretur, uti suo loco memorabimus, Moniales verò etiam ad refectorem capiendam abière. Atque hic rursus novum in Sponsa sua miraculum operatus est DEUS. Multi jam præterierant anni, ex quo Sor. Joanna nihil alimenti capere, edereve quidquam potuit, quippe quæ cibos omnes mox egereret, idque cum lethali quodam angore ac tremore. At verò hæc suâ indumenti Religiosi susceptionis die ad mandatum Abbatissæ, cum ea ex una lance prandium sumpsit, omniaque citra nocumentum edebat. Hunc ergo ad modum talique miraculo Joannæ suæ DEUS ar-

Novum iterum in ea DEUS patrat miraculum.

dentem orationem exaudivit, ut scilicet ei sanitatem viresque donare vellet Dominus, quò in omnibus communitati sese accommodaret. Hic ille est felix faustusque introitus, atque admirabilis vocatio Sor. Joannæ à JESU MARIA ad cineres coloris Cælum, Nobilem Religiosumque Parthenonem D. Claræ. Vidit in Apocalypsi sua S. Joannes (Apo. 6. v. 12.) solem, veluti sacco cilicino vestitum. In hoc S. Claræ Cælo videntur clarè lucidèque fulgentes stellæ grossis amictæ saccis. Nihil apud DEUM est impossibile, qui ex mortificatione hominis, decus ei atque ornamentum conficere potest. In stellerum istud Cælum, ingressa est Sor. Joanna à JESU MARIA manè 16. Aprilis. Anno 1626. ut in hoc esset Cælo veluti stella prima magnitudinis, aut verius Sol iter Astræ.

LIBRI TERTII FINIS.



LIBER



LIBER QUARTUS

DE VITA

SOR. JOANNÆ

à JESU MARIA in Religioso & Clau-
strali statu.

CAPUT I.

*De Novitiatu Sponsa Christi. Divina
Majestas eam à gravi tentatione
liberat.*

*Religiosam
vitam am-
plecti est in
certamen
descendere
& cur?*

SÆculum deserere, Claustralem
statum amplecti ac inchoare, est
Eusebii Emisiani opinione tan-
tundem, atque in campum arenam-
vè ad cruentum ineundum certamen
descendere. In statu cœnobitico sem-
per ad majorem perfectionem & san-
ctimoniam contenditur. Hostis por-
rò Tartareus id nulla ratione pati po-
test. Hinc summo livore atque in-
vidiâ persequitur eos, qui in Asceti-
cam vitam velut, omnium virtutum
universitatem, se conferunt, quan-
doquidem in Monasterio ars DEO
serviendi eximè condisci potest. Sty-
gius hic hostis, ut D. Basilus loqui-
tur, idem prorsus agit, quod stultus
ille, qui solem oderat & quàm ma-

ximè averfabatur, cujus etiam radios
parieti illisos lapidibus impetebat,
quia sol eïpsum attingere ei; nocere
non poterat. Ita planè Apostata Spi-
ritus cum Cœlo rationem quoque
perdidit, perseveratque ut amens ac
delirus in suo malo proposito, aver-
sione atque odio, quod in Creato-
rem suum concepit. Quandoqui-
dem ergo attingere Altissimum eun-
demque lædere ei non licet, satagit
unicè in imagine DEI homine, ac po-
tissimum Religiosis Claustralibus
tanquam præcipuis, æstuantem vin-
dictæ cupidine animum refocillare ac
refrigerare. Notam hanc perspe-
ctamque alioquin veritatem ipsis ex-
perimentis ante alios condidit no-
stra Venerabilis Sor. Joanna à JESU
MARIA.

Verisipellis veterator Dæmon
haudquaquam moratus, primis ini-
tiis primæque ejus Novitiatus nocte
bellum ei indixit, caputque animi ejus
muni-

*Primâ No-
vitiâ no-
cto Dcomon
ad Religio-
sam vitam
deserendam
solicitat Jo-
annam.*

*Unde illa
plurimum
turbata &
anxia.*

munimentum obsidere; tela, machinæ ac arma ejus, & assultuum instrumentum erant notabili è fraude, arte veteratoriâ compositæ insinuationes, dum nimirum simplicem Joannam testè aggreditur sub velo ac specioso prætextu singularis gratiæ, quam ei DEUS in sæculari statu contulerat, ac per hoc palàm ostendebat, quàm ei grata fuerit antea vitæ ratio, ut plures alias noxias suggestiones præteream, quæ sociatâ prioribus conjunctis vitibus animam ejus acerrimè oppugnabant, subque involucro majoris boni eam instigabant, ad Religiosam vitam cum veste exuendam. Eiusmodi veneno Virgineum cor usque adeo serpens antiquus infecerat, obturbârat ac enervârat, ut inter sacrû saxumque, ut dicimus, hærens animus anxiâ dubietate scissus, in neutram sese partem resolvere, nihilque statuere posset. Erat eodem planè tempore in eo Sacro Parthenone Novitia Nobilis Domina Anna Maria de Hermosilla, de cujus vitæ sanctitate alia confici posset historia. Nobilis hæc Domina pariter maritata fuerat, dumque cum Viro suo in Rioja moraretur, advenit ad Civitatem Burgensem, in visit Sacrum Crucifixum, ac deinde Joannam nostram adiit ad colloquendum cum ea, tunc etiamnum adhuc Conjugio innexa, Ut igitur ambæ mutuo in conspectum venêre, Domina Hermosilla ad Joannam nostram ait: Amica mea charissima, bona tuæ Charitati nova nuncianda affero. Ambæ nos quidem nuac Matrimonii vinculo contractæ sumus, simul tamen etiam in Cœnobio D. Claræ Moniales erimus,

Prophetia hæc postmodum impleta est, dum scilicet prædicta D. Anna Maria post obitum mariti sui Religiosum in hoc Cœnobio habitum induit, & prorsum eodem cum Sor. Joannâ tempore Novitiæ fuit. Igitur Joanna nostra in sua tentatione jam dictæ Dominiæ Cellam ingressa, copiosis perfusa lacrymis ad eam ait: Sor, Anna Maria, quid mihi faciendum est? Ego professionem hic non faciam. Videtur vocatio ista ex DEO non esse, neque spiritus ejus, qui me huc adduxit. Ah quàm vera mihi præcinebant ac vaticinabantur Carmelitani Patres! Nunc dicta eorum errore meo comprobantur. Antea memorata Novitia Anna Maria, quæ admodum prudens, discreta, sanctæque vitæ fuerat, conabatur Joannam magno spiritûs fervore, validis rationibus in medium adductis solari & confirmare. Amantissima Soror ajebat, impossibile est ut non bonus te spiritus ad Monasterium istud adduxerit. An non Divinæ istius vocationis lumen rationis atque intelligentiæ tuæ primordia illustravit? An non hæc vocatio memoriæ tuæ ac intimis animæ præcordiis aliosimè impressa, constanter in te viguit? Nonne cum sanctis doctisque viris consultâsti, qui omnes eam comprobârunt, asseverâruntque hanc veram esse vocationem, talemque quam in conscientia sequi tenearis? Nonne id ita etiam declaravit D. Archi-Episcopus Pastor tuus, Pater tuus spiritualis, tuus superior? Et id quidem non improvidè ac festinanter, sed multo-um consilio ac deliberatione accuratâ item ac diligenti rei investigatio-

nc.

ne. Ad hæc omnia annon, oro te, DEUS ipse hoc opus probavit confirmavitque, dum tibi ad eum finem subito sanitatem donavit? Itane DEUS patret miracula ad ingratum sibi opus confirmandum? Age nunc, quod ratio docet, quod exigit conscientia, quod viri docti comprobant, quod declarat Superior, imò quod ipse confirmat DEUS, possitne vel ausit alius quisquam asserere, id fallaciam imposturamque esse Diaboli, nisi Diabolus ipse? Certa securaque esto amica mea Soror que Spiritum DEI te huc induxisse, contrarium vero cogitare, nihil est aliud, quam tentatio Diaboli, qui charitatem tuam gestit à recto veræ vocationis tramite abducere, atque securam bene- dictione felicitateque privare. Verum quidem est, Sor. Joannæ animam tam altè fundato sermone pro eâ vice tranquillitati redditum; at verò malus Genius, qui quantum ei fas est propriis nostris affectibus ad nos irretiendos utitur, cogitabat propensionem Charitatis Sor. Joannæ in pauperes non incommodam sibi ansam fore, eam denuò aggrediendi atque tentandi, specialiter quòd juvenes, speciosas, bene institutas educatasque neptes in S. Ludovici Monasterio Novitias reliquisset. Assumit ergo formam Christi. Cruci affixi, eique sic apparuit irato admodum torvoque vultu. Tum voce horrendâ in fulgetri ac tonitru ferè modum eam allocutus: Apage hinc, inquit, apage, facesse ab oculis meis tu, quæ tam impudenter mihi tergum obvertisti: tu ingrata. Quid respondere vales? An non in Evangelio est scriptum,

quòd beneficia pauperibus præstita mihi exhibeantur? & è contra, quæ illis negantur, mihi negentur? Quòd igitur tu nunc pauperes deserueris, tantundem est, ac si me deseruisses. Quid absque te nunc neptes tuæ incipient, quæ te eis assistente in Monasterio quietæ atque colatæ erant? Juvenes ac speciosæ sunt, quid sine præsidio mediisque necessariis agent, nisi solum ut Cœnobium deserant? Quis malorum peccatorumque quæ indè sequi necesse est reus erit nisi tu, quæ intemptivo fervore tuo hæc omnia accersivisti? Inaurata tali pietatis colore tela tenerum Sponsæ Christi cor acutissimè configebant ac penetrabant, eratque ei fraudulenta hæc exprobratio, gravissima tentatio. Nihilominus tamen convertite se ad DEUM aitque illi: Mi Domine ac DEUS animæ meæ, vide, quia vim patior: responde pro me, nam ego quid respondere debeam, ignoro. Non te taret mi dulcissime, Domine, non alio me animo tergum, sæculo obvertisse, nec alia de causa, Sactum hunc Parthenonem ingressam, nisi solum ut quæram te, ansamque peccandi averruncem. Si ergo ego in hoc per ignorantiam errore sum lapsa, tu me iterum reduce ad viam rectam, qui es ipsemet via, instrue me, qui es veritas, illumina me, quia tu es lux vera. Non mea in me voluntas, sed unica tua fiat. Non equidem es nescius, nullâ me alia cupiditate, nullo teneri desiderio, præterquam ut SS. tua voluntas in me semper impleatur. Ad horum verborum sonitum Stygius hostis in terram corruit, perinde ac muri Jericho evanesco.

Tandem tamen effraci Conventus sermone animo tranquillatur.

Item alio astu tentatur à Dæmone.

Ad Joannæ preces Tareum phantasma cho evanesco.

Kk

cho ad tubarum clangorem, evanuit-
que notabili cum tumultu, Sponsam-
que Christi in terrore, tremore, la-
mentis ac fletibus dereliquit. Verùm
brevis pòst nitida fulgidaque lux triste
hoc nubilum dispulit, & serenum
suum ei reddidit, Seraphicus videlicet
Pater S. Franciscus ei appatens, suavi-
que ac mansueta voce eam allocutus;
» Ne, inquit, flevris filia mea, ne fle-
» veris, non tu hac in vocatione er-
» rasti, sed voluntatem Altissimi im-
» plevisti. Malignus hostis tibi se vi-
» dendum dedit, qui juxta malitiam
» suam te querit perturbare & con-
» tristare. Redi rursum ad te metipsam
» & bonum animum habe. Non de-
» sinet ille quidem te persequi, atta-
» men ut illi etiam crepent illa, tu in
» Ordine meo pacificè vives. Favente
» hac auti verborum suavissimorum
» aspiratione, cor Joannæ ad se rediit,
» atque subinde confortata ad Sanctū
» ait: Mi Seraphice Pater, respice
» meam necessitatem, opitulare mihi,
» nec me deferas. Hostium meorum
» ingens est numerus, ego verò omni
» me solatio destitutam reperio. Ne
» time, filia mea, reponerebat P. Seraphi-
» cus, ne time, curam ego tui geram,
» certa quæ omninò sis, me nusquā tibi
» defuturum. Cura ut sublimi perfe-
» ctione DEO deservias, Divina verò
» Majestas ad solarium tibi, Neptium
» tuarum fataget; tu verò semper ultra
» progredere, neque retro respice. Mi
» P. ait Sor. Joanna sicut ego volun-
» tatem DEI cupio implere, ita &
» DEUS agat, quod à me expetit. His-
» te Paternam suam benedictionem ei
» elargitus disparuit Sanctus. Ab eo
» tempore Altissimi Sponsa, omnia In-

*Sanctusque
Franciscus
eam con-
fortat.*

ferorum machinamenta sprevit, & in
Religiosa quiete, suæque animæ tran-
quillo, velut Cymbula favētibus auris
iter sui Tyrocinii decurrebat. Quan-
tò autem ad suæ Professionis portum
accedebat propius, tantò etiam effe-
rator erat turbo Avernalis. Auditus
est truculentus Dæmon ei minari ac
dicere: comminaturum se illi corpus,
ni ab eo Parthenone discedat. Dum
quandoque in Sacro Odæo seu Cho-
ro Tertia caneretur, invasit ibi Joan-
nam nostram, unāque & prædictam
Annā Mariam ingenti furore. Ra-
ptabat post se utramque per solum,
tamque graviter capita earum terræ
allisa concussit, ut si non aliæ Sorores
aquā lustrali eis opem tulissent, totali-
tèr utramque Novitiam discerpisset.
At verò cum in hac tum aliis ejusce-
modi pugnis semper Stygius hostis
victus succubuit. Si nos ei resistimus,
fugit à nobis; fugā sibi consulit, si
tentationum suarum; rethnas fraudes-
que cognosci perviderique à nobis
advertit. Ideoque opponunt se illi
Servi DEI, eique magno animo cer-
tamen offerunt, ille verò inaurat illi-
nitque arma ac tela suæ in pugnatio-
nis, specioso pigmento virtutis, ut Ser-
vi Domini Stygium virus sub specie
boni proficuique medicamenti sum-
mant, quod fraudis genus crebrius
villo alio ex voto cedit, uti id D. Hie-
ronymus (*Ep. ad Latam*) indicat. Sem-
per se ille, inquit S. Leo (*Serm. 8. de
Nativ.*) transfiguratur in Angelum lu-
cis, noctem vertit in diem, diemque in
noctem, ut Servos DEI decipere va-
leat. Tali astu atque Strategemate hic
usus est Dæmon. Quò verò ei certior
esset victoria, boni Angeligeli faciem
induit.

*Ei jam
tranquilla
diva palam
minatur
Dæmon.*

*Et infert,
unācum
eius Tyro-
cinii sociis,
quas im-
maniter
rapit.*

*Nova in
Joannam
tempestas
tentationis
incumbit.*

induit, Cœpit ergo veterator Sor. Joannæ insufflire, non posse illam eo in statu DEO servire, præterens turbationem animi ac spiritûs, inquietudinem animæ, anxietatem cordis atque conscientiæ, certa esse hujusce suæ veritatis argumenta: parumque referre an mens ac intentio sanæ sint, si in eligendis mediis erraverit. Porro quod in hac electione mediû errâit, liquidò constare ex prædicta inquietudine animæ suæ: quandoquidem, qui DEUM ex corde quærunt, quieto, lato & alacri sunt animo, cum ipsa è contratio à primo suo in Cœnobium ingressu, nunquam non gravi laboret tristitia, atque hinc sole clariùs elucere, DEUM ab se non quæri, vel ut minimùm non rectis mediis, vili- que averis & erroneis quæri. Vafro illo testoque susurrio, animam ejus ariditate maximâ ita obtexit atque obnubilavit, ut præ cœcitate mentis voluntas etiam titubaret fraudemque hujus mendacii pro veritate acciperet. Cœpit ergo à D. Archi-Episcopo tanquam, uti rebatur, istius mutationis auctore animo averti & abhor- rere. In Cœnobio ipso nihil ultra erat, quod ei placere posset, eratque tali pacto cor ejus totum implexum & obvolutum tristitiâ cogitationibusq; quo modo è Monasterio egredi posset. Nihil illa tum perpendit hujus exitûs incommoda, quæve hominum judicia, qui sermones eum sequerentur, quin neque sui honoris meminit, non mentem subiêre pudor & ignominia necessariorum & amicorum, neque scandalum, quod esset datura. Solum versabat animo modum, qui conduceret eique con-

veniret ad foras exeundum. Delibe- rabat secum dicens in sua mente: quomodo rem instituam? Nullum est mihi pallium, quo operiar, nullæ suppetunt ædes, quibus ab hominum consortio segregata deliteam. Hortu- lanus Monasterii proximè ad Clau- stri hujus ambitum degit, noctu ego me ad ejus domum conferam, atque hinc deinceps tacita, dum silent omnia, nemine advertente extra Urbem ad Carmelitanas vadam, scio quod pronæ promptæque me recipient. Ubi ergo istud Joanna sic apud se decrevisset, abiit, ut suam Cognatam Annam Mariam de Hermosilla su- per ea re consuleret. Igitur Cellam ejus ingressa, Soror, inquit, ego hinc, nullam contradictionem morata, ab- scedere statui. JESUS! millies JE- SUS! respondet ei Anna Maria. Quid Soror ais? Quid ais? Redi ad temetipsam. Hoc si facis, quid totus mundus dicet! Soror, respondit Joanna, dicat quod volet mundus, quisque suam sequatur opinionem, abeundum omninò mihi est & salutè consulendum. Bene res habet, ait iterû D. Anna Maria. Si tua tibi salus est cordi, ubi melius illam, quàm in hoc Sacro Pathenone reperies? Ubi a- liam domum Sacram ita Orationi aptam invenies ut ista est? Estne toto Orbe Angelorum Chorus, qui Virginum istarum Choro æquipara- ri queat? Nonne die nocteque Di- vinis laudibus occupantur? Ubi locorum pari te charitate recipient, tam amanter in omni necessitate tibi subvenient, uti in hoc Monaste- rio? Ah Soror mea, nunquid vides apertam hanc tentationem

*Clem è
Monasterio
abire dispo-
nit.*

*Vide quan-
tum labores
Demon ut
à vera vo-
catione ex-
sequenda
hominem
avertat.*

esse! Quid porro aliud quærit Dæmon, quàm ut propositum ejus adimpleas? Redi ad teipsam, nec te superari patiaris. Mira res! Oppositio hæc tam fundata rationibus, nullum tamen in corde animoque Joannæ alioquin docili, fructum parere potuit. Quippe ubi sola voluntas imperium obtinuit, intellectuque prædominatur, nulla superest humana ratio ac modus ad eam pervincendam.

*Superioro
consilio irri-
to palam
absumptis
impetrat.*

Appetebat jam Professionis emit- tendæ dies, agebaturque ut D. Archiepiscopus adveniret, atque de libertate itemque voluntate profitendi Joannam percontaretur; hanc ut necessitatem evitaret Joannæ, illic è Monasterio egredi constituit, eaque mente Abbatissam adiit, & ait: Non est mihi in Ordine isto permanendi aut professionem emittendi animus, ideoque bona veniâ Reverendissimæ Dominæ hinc discedere volo. Antistita hæc insigni pollebat prudentiâ, conabaturque magna solertiâ, penetrantibus rationibus ac denique omni possibili modo egressum istum Sorsori Joannæ dissuadere. Ut verò vidit frustra esse omnia, neque Joannam ullâ ratione permanere velle, eandem allocuta est; ut sequitur: Filia, equidem ego adlaboravi, ut exitum istum quoquomodo tibi dissuaderem, non quidem eâ ratione, quasi nos tuâ egeamus præsentia, sed quia metuo ne postquam bonum deserueris, perditionem invenias. Quod verò adduxi ad te retrahendam à proposito, non ab alio quàm Charitatis fonte processit. Hisce tamen haud obstantibus, liberum tibi adest voluntatis arbitrium, & si ais permanere nolo, abi-

cyus. Recogites tamen velim, propriâ te sponte discedere, nos veidè te neutiquam ejicere. His dictis jubet Antistita ambas Ostiarias cum omnibus Sororibus convenire. Omnesque unâ ad portam accessere summâ cum admiratione. Posthæc jubet utramque portam ab Ostiariis aperiri, Joannæque manu prehensâ seriâ benignitate ad eam dicit: En filia, jam portæ patent, si abire vis, abi in nomine Domini. Mira res! ad primum passum Joannæ hæsit immota, in hortu ère pilli, erectique steterè, pallebant ora cepitque sudore disfluere, & corpore toto intremiscere: tum ad Abbatissam, nolo, inquit, nec possum hinc abscedere. Credo sanè, responder Abbatissa, nolle te, nec posse ab hoc S. Al- ceterio recedere. Siquidem dum Joannæ à Claustræ porta ad exteriorem, si- ve Cœnobii januam decimo aut duodecimo passu distantem, progredi vellet, apparuit illi Christus Servator noster totus cruentus atque ad eam voce, quæ animam ejus quàm maximè penetraret, ait: Quid agis Jo- anna? tandemne abis ac me deseris? Bene est. Si tu me deserere vis, nolo, tamen ego te deserere, quippe quæ tanti mihi constiteris. Pervolve li- brum paginaeque totius vitæ tuæ atque memoriæ, ac vide sis, quantum mihi debeas. Aspectus ac verba Divini hujus Domini, Sponsam ejus ita rigentem, immobilem, viriumque impotem, ut jam diximus, reddidit. Abjecit se mox ad Abbatissæ pedes, veniamque facti multis calentibusque oravit lacrymis. Abbatissa porò eam à terra levavit, brachiisque suis strinxit, velut sapiens ac blanda Mater,

*Jamque
absumptis
mivo ostiu-
ro retinetur.*

per-

peramanterque eam solata est. Similiter & cæteræ Sorores Joannam amplexabantur, flebantque præ animi teneritudine, velut veræ, ac germanæ Sorores: eratque omnium simul æquæ ingens gaudium ex eo quòd viderent Joannam apud se mansuram, quàm tristitia fuerat ob ejus abiturientis moestissimum vale sibi dictum.

Hicce omnibus ita actis, ubi Sponsa Christi plenè ad se rediit, circumstantiaque hujus tentationis in corde suo expendit, tanto ejus animus pudore affectus fuit, ut cuperet, si fieri poss., se ipsam effugere, velut is, qui suimet ipsius umbram horret. Sola ergo in suam Cellam concessit, ibique cordi suo dolendi moras indulxit, solum uberrimis rigavit lacrymis, nè oculos quidem aulâ in Cælum attollere. Dum ergo sic Joanna pœnitens, gemit ac lamentatur, apparet ei Gloriosa Cœli Regina cum ambobus Patriarchis Dominico & Francisco Sanctaque Matre Clara, Sancti isti acceptam manu Joannam deduxerunt ad pedes supremæ mundi Reginæ dicentes: O Clementissima Cœlorum Regina, oramus, tua Majestas velit huic desolatæ Sanctissimi Filii tui Sponsæ sive esse ac propria, quippe quæ nescierit quid ageret, cum hinc abscedere voluit. Benignissima Mater Joannam suam blandissimo suorum oculorum aspectu contuebatur aitque: Ignosco illitam ex mea quàm Filii mei parte. Non sum nescia propriæ voluntatis eam sponte non errasse, ideoque meretur veniam. Humani generis inimicus judicium illi rationemque obtudit ac obtenebravit, fray-

deque vicit. Quòd verò Filius meus, labi eam errore isto siverit, ad utilitatem animæ ejus est factum. Atque his Cœlestis visio disparuit. Ancilla porrò Domini quæ antehac in caliginosa tristitiæ nocte versabatur, novo ex orto lætitiæ lumine, in proposito suæ vocationis est confirmata; jamque majore professionis ardebat desiderio, quàm vitæ. Quod transultoribus, hoc Joannæ nostræ usivenit. Recedunt hi retrorsum aliquod passuum intervallo, ut saltus antrosum tantò sit protensior. DEUS nobiscum agit inquit Gerson, instar providæ Matris, quæ in ambulando filium suum tantisper destituit ut cadat, Matremque tantò ardentius imploret, quò illa infantem suum post lapsum tantò affectuosius soletur eisdemque blandiatur. Non aliter agit cum suis DEUS, uti in hac sua probata charaque Sponsa vidimus. Solum sibi eam in tentatione reliquit, & usque ad lapsum destituit, qui lapsus erat ejus permissio, ut Sponsa Divinum Sponsum suum tantò ardentius implorare ac quærere posset, & postmodum repertum eò tenacius uti Patrem ac Sponsum tenère atque complecti: & vicissim ille eandem tanquam Sponsam ac filiam solaretur & amabilius ei adblandiretur.

CAPUT II.

De Professione Venerabilis Virginis Sor. Joanna: & quæ in ea contigerunt.

D. Joannes Evangelista, audivit in Cælo vocem Angelorum multorum qui dicebant: Gaudeamus & exultemus & demus gloriam ei, Altissimo scilicet ac Omnipotenti

kk ; DEO

Graviter de suo abeundi eona in confusur Jo-anna.

Cur Deus homines etiam sibi charos labi sinat.

*Quantum
gaudeant
Angeli in
Professione
Religioso-
rum.*

DEO, quia venerunt nuptiæ agni, & uxor ejus præparavit se. (*Apoc. 19. v. 7.*) DEUM bonum! Quæ sunt hæc tam singulares, miræ, ac tam celebres plenæque gaudiorum nuptiæ? Videtur novum hic latere mysterium. DEUS id revelare potest. Quamquam jam etiam revelavit palamque fecit, dum JESUS Agnus DEI Venerab. Virginem Joannam à JESU MARIA sibi fœdere nuptiali copulavit. Hæc sunt illæ Nuptiæ ob quas Angeli lætabantur & exultabant uti jamjam visuri sumus. Ad nuptias istas Sponsa sese sollicitè Sancti præparabat exercitiis, animæque nativam pulchritudinem eximio Cœliorum ornatu Orationis atque pœnitentiæ excoluit. Ante Professionem advenit D. Archi Episcopus ad audiendam de libera spontaneaue Professione Joannæ sententiam, & voluntatem, eamque inter hæc in libertatis æquilibrio atque bivio statuendam. Adventus ejus continuo Christi Sponsæ nunciatur, adesse videlicet Reverendum ad fores Cœnobii, eamque ab eodem accersiri. Horror verò portæ illius, postquam ei Christus in sua tentatione illic apparuit, tam erat ingens, ut nullatenus ad dictam portam auderet accedere. Id ubi D. Archi Episcopus deprehendit, ad Cratrem Locutorii eam evocavit, atque illic Sponsam examinavit, juxta Concilii Tridentini decreta ex ea quæsit, velitne profiteri an non? Respondit ei Joanna paucis ad sequentem modum. Domine, ajo extota anima mea, liberâ totâque voluntate, & corde toto, me unicè discupere

hujus S. Ordinis Sanctimonialium fieri, ac DEO bene juvante in Sacro Conventu isto Professionem votorum emittere. Hoc illud est, quod ego, ut DEO serviam perfectiùs, maximè expeto ac desidero. Singularem percipiebat Sacer Archi-Antistes audiendo Joannam voluptatem. Non aliud quidem ille responsum expectabat, magis tamen spei expectationisque impletio quàm spes ipsa cor lætificat, quantacunque ista etiam fuerit. Ambo deinceps longum spiritale habuere colloquium, & conclusere Professionem feriâ quarta seu Mercurii die 22. Aprilis Anno 1626. celebrandam.

Dum igitur Sponsa Christi in tranquillitate auræ, pacataque æquorismalacia ad opratum suæ Professionis portum adnavigat, in ipso ferè portu communis omnium hostis Stygium Diabolicumque contra eam turbinem tempestatemque excitavit. Apparuit illi in Cella ejus noctu, ante auroram diei Professionis dicens: Ades huc. Nonne ingens est stultitia res factu impossibiles aggredi? Tu quidem id agis, at ego impediam: & assecuro te quòd ad Professionem non pertinges. Ad hæc, respondit illi Sor. Joanna, nullam tibi Dominus meus JESUS Christus, istud perficendi facultatem concedet. Facesse modò maledicte, abi in æternum ignem, qui tibi tuisque paratus est. O infernalis bestial Quid potes tu si nos voluntate obstimus? Quid potestatis in nos habes? Apage hinc. Novi ego jam te ut alligatum canem esse; latrare potes, mordere non potes. Sum ego tibi

*Iterum Joannam
Damonis
est ante
Professionem
diem infestat.*

tibi alligatus canis ? ait Stygius hostis. Sustine modò, vinculis ego me expediam; momentoque in eam irruit in modum solutæ feræ bestię, horrendis eam plagis mulctans ac dicens: Hic ego te vitâ privabo. Itane improba una muliercula me contempserit? Ita omninò, responderet Ancilla Domini, hic tu cernis quid sis, quid valeas, quantique sis faciendus, quando vilis muliercula, ut ais, cum gratia DEI & Domini mei potens est ad te toto hoc Orbe pellendum. Vade ocyùs eruenta bellua, ocyùs in infernum. Ad hæc miser Diabolus ululare cepit, Joannamque captivam suam liberam dimisit, illa verò victoriam obtinuit.

Die adveniente parabantur omnia ad ejus Professionem, quæ dubio procul una fuit è celeberrimis, quæ unquam in mundo sunt peractæ. Consueverant quidem Sacræ Virgines festivitates suas peculiariter observare & excolere, hoc verò solenni die, qui lætus omnibus optatusque luxit, seipsas vicere. Chorum cum templo vario pretiosoque peristromate exornârunt. Ara major pariter summo studio, juxta condecantiam celeberrimæ istius diei, vario apparatu convestita fuit, quò videlicet pompa hæc cultûque magnificentia gloriæ DEI augendæ in hac præcellentissima Professione deserviret. D. etiam Archi Episcopus præcipuos quosque totius Urbis, ad eam evocavit tam è Clero quàm Religiosis ac Nobilitate, comparuitque magna & insignis hominum multitudo. Hic nos pausam facere volumus &

observare, quidnam in hæc Professione egerit Altissimus. Concesserat ante in Odeum Sor. Joanna ad vandum illic suis pietatis operibus, animamque suam Sponso Cœlesti præparandam. Raptæ in ecstasim visio Cœlestis oblata est. Medio Chori omnem elegantiam modum exuperans surgebat thronus, confidebat in eo Christus D. supremâ gloriâ & honore coronatus. Ad ejus dextram collocatus est alius perpulcher thronus, & in hoc confedit Sanctissima ejus Mater, totum verò circum spatium repleverunt partim Angelici Spiritus, partim verò sexûs utriusque Cœlites. Præcipuè tamen comparuit Gloriosus Patriarcha D. Josephus, Apostolorum Princeps S. Petrus. Nobilis Evangelista S. Joannes, Sanctissimi PP. Dominicus & Franciscus, S. Mater Clara, S. Antonius de Padua, S. Bonaventura S. Maria Magdalena, S. Catharina Senensis, S. Mater Teresa de JESU, S. Agnes cum aliis quamplurimis utriusque sexûs Sanctis. Ubi igitur cuncti summa cum reverentia & silentio ante Majestatem Divinam consistere, D. Mater Clara filiam suam ad Matrem DEI deduxit, ad emittendam in manibus ejus Professionem; Regina verò Cœli manu Joannamprehendit, eam ad pedes sui Sanctissimi Filii deduxit, qui jam tum eam præstolabatur. Dominus porrò Sponsam suam peramanter intuitus, velut ardent amore Sponsus eandem affatus ait: Age Joanna, nunc ego tecum copulari volo, visne Sponsa mea esse? O Altissime omnium Domine, respondit humilis ejus

Ancilla.

Visio Joannæ ante Professionem suam.

Sed vincitur.

„ Ancilla, non ego digna sum famu-
 „ la tua dici. Ego sum, ait iterum
 „ Dominus, qui merita agnosco ac
 „ pondero. Ut nunc constituta es, ta-
 „ lem ego te habere volo. Portige
 „ mihi manum Sponsa mea. Exten-
 „ dit itaque Joanna dexteram, Domi-
 „ nus verò manum ejus in suam acce-
 „ pit, extractoque clavorum uno, am-
 „ bas manus simul conclavavit & tran-
 „ sadegit. Petebat à DEO David car-
 „ nem suam sancti timoris clavo confi-
 „ gi. *Psal. 118. D. Basilus in c. 1. | Prov.* in-
 „ quit, voluisse eum tam arctè affixum
 „ DEO esse, ut nusquam se sine ejus
 „ Majestate commovere posset. Sic
 „ DEUS cum Joannâ agere voluit. Ita-
 „ que in ejus Professionis die Joannæ
 „ manum cum sua conclavavit, quasi
 „ dicere vellet: Sponsa mea, clavi mei
 „ non sunt tibi clavi timoris, sed amo-
 „ ris mei. Postquam igitur uterque
 „ manum sibi mutuo sponsonisque
 „ dedere verbum, eduxit Purissima
 „ Virgo MARIA miræ pulchritudinis
 „ annulum, eumque digito Sanctissimi
 „ Filii sui Sponsæ inseruit. De hinc ac-
 „ cessit S. Ursula cum pretiosa lateque
 „ coruscante corona, ut eam Sponsæ
 „ Christi imponeret. At verò Sor. Jo-
 „ anna obnitebatur dicens ad Chri-
 „ stum: Mi DEUS ac Sponse mi, tu
 „ spinis coronatus es, & ego floribus
 „ ac gemmis coroner? Hoc fieri fas
 „ non est, non debet Ancilla melior
 „ esse Domino suo. O Sponsa mea,
 „ inquit tunc Divina Majestas; sicc-
 „ ne mihi tota conformis esse vis at-
 „ que in mundo regnate eo prorsus
 „ modo, quo ego regnavi? Fiat ergo
 „ voluntas tua. Adette, pluraque huc
 „ arma insigniaque Regia afferte.

*Mira pro-
 visio Joannæ
 visio & in
 ea Professio
 facta.*

P̄imus advenit S. Franciscus cum
 cruce, eamque in Regiæ Sponsa ma-
 nus tradidit. Adoravit illam, aman-
 terque complexa & dissuaviata fuit à
 Joanna. Quærenti porro ex ea Divi-
 næ Majestati, an sceptrum hoc ei arri-
 deret? respondit: Etiam Domine, su-
 pra omnem modum. Age igitur, in-
 quit Dominus, nunquam tibi tota
 vitâ crux deerit. Ita quoque factum
 est, toto quæ ppe vitæ suæ tempore Jo-
 anna Sanctissimam istam Crucem
 præ oculis habuit. Hisce actis illicò
 adfuit D. P. Dominicus spineam ge-
 stans coronam, eamque capiti ejus
 imposuit cum dicto; corona hæc pro
 te est. Nec equidem abs re coronatio
 ea est peracta, siquidem ab omni an-
 tiquitate mos involvit, ut Sponsi, sa-
 crificiorum hostiæ, demortui, nec
 non Victores coronarentur. (*Tertull.
 de Glor. Milit. Clem. Alexand. Padag.*)
 Erat itaque plus quam condecens,
 Joannam in die hac coronari, quan-
 doquidem eadem Christo se despon-
 dit, atque illi sese in holocausti ho-
 stiam tradidit, mundo devixit, jamque
 egregias etiam de suis hostibus repor-
 tâtat Victorias. Ubi ergo Altissimi
 Sponsa tali diademate sceproque
 fuit instructa, Virgo MARIA voro-
 rum ejus professionem ipsa excepit,
 eamque Gloriosæ Virgini S. Claræ
 tradidit. Assuere professioni huic
 Angelici Spiritus, ac velut Cælestes
 lusciniæ, Divinis laudum concenti-
 bus & hymnodiis insonuere. Duran-
 te hæc Musicâ, Sponsa Christi pedes
 Divini Sponsi sui, ejusque Sanctissi-
 mæ Parentis est exosculata. Et post-
 quam iidem suâ benedictione Joan-
 nam munivere, disparuerunt, Atque
 his

his festiva hæc Cœlitum celebritas finem accepit. Post hæc celebrandæ hic in terris Professioni datum est initium. D. Archi-Episcopus in appa- rata sibi sede proximè ad cancellos conle- dit, aliique commodum sibi quisque ut licuit cepere locum. Clau- strales verò Sotores ordine suo in Choro genibus insidebant, parique modo, Neo Sponsa ante D. Archi- Episcopum, Reverendissima sua Cel- situdo deinceps singulari spiritûs fer- vore tam devotam piamque fecit O- rationem, ut omnes circumstantes, qui maximo ad spectandas hæc Cœ- lestes nuptias, convenere numero, mi- rificè fuerint ædificati. Finita Ora- tione, Abbatissa in sede sua conle- dit, Sororque Joanna ante illam genufle- xa in manibus ejus Professionem emi- sit. Porro Sacræ Virgines Canticum Te DEUM Laudamus decantârunt, completisque Orationibus consueta, spirituales istæ nuptiæ sunt consum- mæ. Et Neo-Professa deducta est ab Abbatissa ad D. Archi-Episcopum, ut ejus benedictionem consequere- tur. Reverendissimus verò Archi- Præsul ei bene precatus est & impre- catus in hac nova beataque vitæ conditione felicitatem benevolentis- simo animi affectu. Dehinc cunctæ etiam Sorores accessere ad Joannam amplexibus stringendam, lætæ, ad- modum ac hilares, quòd jam nunc talis Confororis certæ securæque evasissent. Sponsa Christi ex adverso singulas Sorores suas amplexabatur inuicem amoris affectu & profundâ demissione. Ab eaque hora vixit sum- mo solatio affluens, poteratque è vul- tu ipso exuberans cordis gaudium

facile nosci. Eveniebat ei, quod Bo- noso illi, de quo D. Hieronymus re- fert, quòd nimirum degens in terris, jam in Cœlis coronatus esset. Estque hæc germana rei veritas. Regnum si- quidem Cœlorum appositè puro, Virgineo, Religiosoque statui com- paratur: quæ sanè comparatio ma- gnopere ponderanda est. Quis ete- nim unquam dixit, quòd nix chartæ aut Sol adamantis sit similis? Charta certè candore nunquam cum nive certant, fulgor quoque adamantis cum solis splendore coruscantibusque radiis ejus in comparisonem venire haudquaquam aulit. Laus Virginum, ut existimo, sat constare queat, si di- catur videri eas Angelis non absimi- les, cumque Seraphinis nitore puri- tatis convenire. Ingens pariter statui Religioso honor esset decusque Cœ- lo illum parem videri. Quod verò ex adverso Cœlum Religioni, Angeli Virginitatibus assimilentur, res profectò permagna est. Magni sanè status Re- ligious, ceu præeminens conditio mortalium à Deo æstimatur. Est si- quidem ille Status DEI habitaculum, Palatium ejus gloriæ, Gratiarum ejus Divinæque communicationis Gazo- phylacium. Probè totum hoc agno- vit Sapiens Virgo nostra Sor. Joanna à JESU MARIA. Unde pro im- mensa ista sibi Cœlitus collata gratia, suæ Divinæ Majestati nunquam non demississimas habe- bat agebatque gra- tias.

*Status Re-
ligionis ma-
gnis fit à
DEO.*

*Joanna in
Abbatissa
manibus
vota Reli-
giosa emi-
sit.*

*Summoque
ex eo gau-
dio ac sola-
tio affluit.*

CAPUT III.

De amore Sor. Joanna erga suum habitum, nec non S. Patrem suum Franciscum. Efficit ut D. Archi. Episcopus tertia Regula S. Francisci habitum suscipias, & quid in eius susceptione acciderit.

DEUS Proto-Parentes nostros ceu genuinos filios, sibi effecit similes, eosque felicissimo innocentiae statu beavit, in lætissimo Paradyso conclusit, ubi summâ felicitate ad votû eis omnia lubitumq; suppetebant. Quis putâset eos talis ac tantæ beneficentiæ immemores, paulò post eisdem palmari ingratitude tergum obversuros? Lapsum tam immanem erroremque nobis David exponit. Homo inquit ille, *Psal. 48. v. 13.* cum in honore esset, non intellexit. Non intellexere proto-plasta nostri status innocentiae felicitatem; & quia tam ingens istud gratiæ munus non intellexerunt, ideo nec æstimârunt, atque ita thesaurum istum perdidertunt. O quot DEI filia sua cum vocatione agunt, uti germanæ Adami proles! Gratiam eis confert DEUS in felici Statu Religionis vivendi, Cœnobiumque intrandi, quod tandundem est, ac in amœnissimo degere Paradyso, ubi per DEI gratiam, nulla non ad æternam animarum salutem proficua sibi media repertiunt, nulla non abundè suppetunt, quæ ad veram Religiosamque vitam ducendam requiri ac desiderari possent. Et ecce intra quartum fortè diem, jam eas felicissimâ hujus conditionis tædet pigetque. Respiciunt cum uxore Loth

retro ad sæculum perduntque eo pacto & DEUM & seipsas.

Non sic egit Sponsa Christi Joanna, à die suæ Professionis, habitum suum Regularemque Statum usque adeò magnificet, quasi nulla optari major toto hoc Orbe posset felicitas, prout reverâ ea suprema unice in hoc est sita. Mos illi erat apud suas Conforores Religiosi Statûs bonum D. Bernardi verbis deprædicare. Fortè dicebat illa, Status noster purus sanctusque non est? Ubi vivitur purius, eadit homo rarius, surgit velocius, vivit cautiùs, ubi rore Cœlesti irroramur frequentius, ubi misera hæc vita ad finem perducitur securius & quietius, ubi majore fiducia morimur, post mortem etiam purgamur citius, & majore gloriâ à DEO præmiamur. Fortitan sancta hæc congregatio Cœlestis Paradyfus non est? Qui in terris confitus, Cœlesti tamen fruitur libertate. O Sorores Charissimæ! Agnoscamus oro dignitatem nostram, statumque nostrum, uti decet magnificamus. Hæc talis recognitio summaque gratitudo Sor. Joannæ ob Religiosam vocationem supernaturali ac Cœlesti è fonte originem duxit, siquidem illa semper ante coramque se S. Matrem Claram conspiciebat. Observârunt Sanctimoniales singularem ac valdè profundam reverentiam inclinationemque, quam Sor. Joanna faciebat quoties Admodum Venerandam Abbatissam intuebatur. Dum igitur aliquando Confessor Joannæ, de hoc ex ea perquireret, eidem respondit. Nihili hoc faciendum est, quod ego ago, quandoquidem, quoties Ad-

*Maxima
Joanna Re-
ligiosa
astimauit.*

Proto-Parentes nostri cur statum feliciter assidue.

modum Reverendam Matrem Antistitam nostram intueor, toties ad latus ejus S. Matrem meam Claram conspicio.

Et D.P.
Franciscus
amor.

Ex hac gratia, magnaque suæ vocationis vitæque Regularis æstimatione, enatus est intus erga S. P. Franciscum amoris affectus, Amor hic totâ Rhetoricæ facundiâ facillè describi nequit. Tam ingens ille, tamque modum supergressus fuerat, ut cor ei intra pectoris repagula præ gaudio atque complacentia exiliret, quoties D. Franciscum nominari audisset. Consueverant præcipui hujus Cœnobii Sorores in pervigilio festi S. Matris Claræ, in Choro inferiori aram cum superposita imagine jam dictæ S. Matris erigere, ad Officium ejus festi tantò festiviùs decantandum. Quodam vespere hujus diei, dum Abbatissa nomine Donna Maria de Lerma, cum compluribus aliis Monialibus in eodem Choro essent, quantum aliqua tuat adhucdum superstites, fortè Sor. Joanna eodem ingressa est, atque ubi imaginem illam conspexit, totum cor ei amore D. Matris Claræ succensum flagrabat. Alloquebatur imaginem suavissimis dictorum elogiis, unde spiritus ejus ardor eatenus excrevit, ut mirabilis quædam illum ecstasis sequeretur. Durante hac ecstasi cepit Joanna clara voce dicere: O mi Pater! O mi Seraphice Pater! Quodd tu hic ad sis! O felicitas! quodd te hic oculi mei coram actuque aspiciunt. O qualis hæc felicitas! Apparet advenisse te ad celebrandum filæ tuæ Matris nostræ festum. Stupebant oppiddò Sacræ illius Cœnobii Virgines ad ser-

mones istos, accedunt propiùs. Abbatissa verò piâ curiositate Joannam interrogat. Quid dicis Mater Joanna, cui loqueris? An non tu superaram non S. Franciscum, sed S. Matrem Claram stantem cernis? Cur non? respondet Ancilla Christi: adest hic ipse præsentissimus. Tum verò ulterius cum S. Francisco lemmem prosecuta, summâ affectus, teneritudine ait. O mi Seraphice Pater! O humane Seraphine! JESUS! Quam tu venustus es & resplendens! Prò quantum tua resplendent vulnèra! Clara sunt ut adamantes, rubentia ut pyropi. O quam rivida, quam pulchra, quam rutila! Hæc audiens Abbatissa, educit è sinu purum nitidumque sudarium & ait ad eam: Mater Joanna, quandoquidem P. N. S. Franciscus hic præsens ad est, ut ais, age, terge linteolo isto ejus vulnèra. Perseverabat quidem in sua ecstasi toto tempore sensu omni cassâ Joanna; extendit nihilo sequiùs brachium, manuque suscepit sudarium ac tenuit illud ad externam apparentiam in aère, deinde linteum summa cum reverentia exosculatur, rursumque protenso brachio Abbatissæ reddit. Evolvit illud expanditque in conspectu suarum Claustralium Sororum Antistita, simulque universæ non semel, sed compluribus vicibus linteolū illud recentibus, vividis, atque fulgentibus cruoris guttis respersum conspexere. Narrant Sacræ illæ Virgines, prædictam Abbatissam pretiosum illud sudarium Parrueli suo dedisse, qui hodieque superstes vivit; estque is dictus Juan Valez Marchio de Quintana de las Torres.

Et in eadem ecstasi, sensu alias destituta, loquitur, & agit.

Mirabilis
ecstasis ac
visio Joan-
na.

Divini hu-
manique
amoris in-
signis qua-
dam differ-
entia.

At verò amans filia noluit pro se sola suum Sanctissimum Patrem habere. Inter complures alias humani Divinique amoris differentias hæc una etiam est, quòd hominum amor bonum amatum velit semper solus possidere, Divinus è contra amor, nullum aliud habet majus tormentum, quàm cum nullam in amore habet societatem. Adeò is discoperet omnes amati boni secum reddi participes. Ideoque curabat sollicitè Sor. Joanna, ut omnes S. P. Franciscum diligerent, omnesque filii ejus efficerentur, cùm fieri omnes possint. Ardenti hoc zelo ac fervore præfati etiam D. Archi. Episcopi Ferdinandi de Alevedo cor pectusque succendit. Is hujus rei causa Patrem Provinciale hujus Provincia, cùm in Civitatem Burgensem advenisset, est allocutus, eidemque contestatus, penitissimum cordis amorem ac venerationis affectum, quem S. Patri Francisco ejusdemque Apostolico Ordini nunquam non exhibuit, non esse studio diligentiamque collectum, sed ab omnibus retrò majoribus hæreditariò in se transfutum, quòdque is prosperum domus suæ Statum, nec non cum spiritualium tum secularium munerum suorum prerogativas jam dicto amoris affectui adhibebat. Eapropter se ulterius deliberasse, ut actu ipso Divi Francisci filius fieret, Religiosumque tertii Ordinis habitum susciperet. D. laudavit P. Provincialis, nec immeritò, pium sanctumque propositum Reverendissimæ suæ Dominationis, tum denique conclusum est, ut ea habitus susceptio die Sacrorum Stigmatum S. P. Francisci in Cæno-

bio D. Claræ atque præsentia Charissimæ suæ spiritualis filia Sor. Joannæ à JESU MARIA perageretur. Biduo ante induitionem venit P. Provincialis ad Joannam, detulitque scapulare cum chorda pro Reverendissimo D. Archi. Episcopo, ac postmodum abiit ad Missam celebrandam, atq; ambas indumenti partes benedicendas. Inter celebrandum S. Missæ Officium advenit D. Archi. Episcopus, spiritualemque filiam suam Joannam accersiri jussit. Accessit eò & P. Provincialis Sacro jam peracto cum benedicto scapulari & chorda. Suscepit ambas partes Sacer Archi. Præsul atque: Biduo post decreta est dies vestimenti hujus susceptioni, ego verò eousque ac tandem sum vitæ incertus; nolo ergo tantam differre gratiam, at in dubium vocare: quinimò jam nunc Sacro indui habitus est animus. Tum verò itum ab eis ante Venerabile Sacramentum. Illic pius Præsul in genua precubuit multisque cum lacrymis ac magno devotionis liquidissimæ sensu, usitatis cum caeremoniis Sacrum indumentum suscepit. Hoc ita peracto cepit in Choro famula DEI Anna Maria de Hermosilla in risum solvi, manusque complodere. D. Archi. Episcopus atque alii abibatantur Dæmonem suo more gravem ei molestumque esse. At verò Sor. Joanna dixit, non à Dæmone plautum illum læticiamque provenire, sed Sor. Annam Mariam præ vehementia gestientis lætitiæ cordis, impotem sui effectam, risumque illum & exultationem ex eo, quod intuita sit processisse, posseque non immeritò DEO tam impensè gratum tantam-

Joanna
permoveet
D. Archi.
Ep. ut tertii
Ord. habi-
tum susci-
piat.

D. Archi.
Ep. habuit
Tertiar-
iæ S. Fran-
cisci incho-
tat.

Miraculo
tante Jo-
annæ & al-
iorum S. Fran-
cisci viti-

tantæque hominibus ædificationis
spectaculum singularem cujusvis a-
nimo conciliare lætitiã; prout id
Majestas Divina ad sequentem mo-
dum Sponsæ suæ Joannæ aperuit.

Dum antememoratus Archi-Epi-
scopus habitum sumit, sapta in ecclia-
sticis fuit Sor. Joanna. Eo in excessu vi-
dit Christum Servatorem nostrum
huic induitioni adesse uti & D. P.
Franciscum, S. Antonium de Padua,
S. Bonaventuram, S. Ludovicum E-
piscopum, S. Bernardinum Senen-
sem, S. Didacum de Alcalã, S. Pe-
trum de Alcantara. Gestabat manu
D. P. Franciscus habitum ad induen-
dum eodem D. Archi-Episcopum.
Cœleste hoc indumentum longius
erat & vilius, quàm supradicta vestis;
inerant tamen tantæ paupertati in-
narrabiles thesauri, magno lucis
splendore spectabiles. Nusquam non
humilis Patriarcha Franciscus, adiit
cum S. habitu D. Bonaventuram, di-
cens, Fili mi, non ego sum dignus
hunc Reverendum Archi-Episco-
pum habitu induere, quippe qui ne
Sacerdotalem, nedum Episcopalem
dignitatem fuerim promeritus. Tu
verò & Episcopus & S. R. E. Cardi-
nalis existis, ideoque eum Ordinis ve-
ste dona. O ingens humilitas! si-
mili modo agebat D. Bonaventu-
ra. S. Pater noster, an fortè illa te-
latet æstimmatio, quam nos è tua di-
gnitate habemus? Quid refert, quòd
S. Ecclesiæ Episcopus non sis? An
tu non es S. Ordinis nostri Author
& Fundator? Itaque plus quàm æ-
quum est, ut Ordinis tui tu vestem
distribuas. Verum est, inquit S. P.
Franciscus, hâc tamen vice id tibi

competit & non mihi. Hâc & cun-
ctis vicibus, responderet S. Bonaven-
ra competit tibi Patri nostro filius,
tuis habitum dare. Tali pacto con-
certabant mutuo Divi, nec alter se pa-
tiebatur ab altero humilitate vincl.
Ad extremum tamen simul convenê-
re, ut adunatâ operâ manibusque am-
bo Archi-Episcopum habitu conve-
stiant. S. P. Franciscus eum benedi-
xit, tumque pariter uterque incipiunt
Prælatum nostrum induere, Tartareis
quidem spiritibus ejulantibus, præ-
que ira & infano furore irugientibus,
Cœlitibus verò atque Angelis lætè
concontinentibus. Benedicite om-
nia opera Domini Domino. &c. &
& Psal. 147. Lauda Hierusalem Do-
minum, & pro clausula Te DEUM,
Laudamus. Peracta ea indumenti Sa-
cri susceptione S. P. Franciscus D.
Archi-Episcopum albo suorum in-
scripsit, amantissimeque deinde illum
complexus, benedictionem suam ei-
dem impertiit, quod etiam præsti-
tère Fraternali charitate reliqui Sancti.

Sub idem Cœleste spectaculum
capere se præ gaudii magnitudine in
aspectu ejusdem visionis Sponsa Chri-
sti non potuit. Dominus verò subin-
de eam etiam lætitiã adauxit, dum
nimirum S. Francisci Ordinis præ-
stantiam Sponsæ suæ quodam pecu-
liari modo demonstravit. Vidit illa S.
Ordinem istum instar spongiæ, qui
ob sui æstimmationem atque amplitu-
dinem aliorum Ordinum se partici-
pem efficeret, eosque quasi in-
tra se combiberet. Paulò post visus est
ei Ordo veluti bene ordinata Castro-
rum acies, quæ ad fidem usque ad fi-
nes Orbis terræ proferendam atque

*Christus est
Ordinis S.
Francisci
præstantiã
demonstrat.*

propugnandam ordinata esset. Videbat eum deinde super sublimen thronum, Divinamque Majestatem illius peramanter contuentem, filiisque ejus benedicentem. Posthæc vidit, quòd Christus ad se faciem converteter cum dicto: Sponsa mea, dic Archi-Episcopo, ut sibi subjectos commoneat & exhortetur, ad Sacrum habitum quem ille assumpsit induendum, per hanc etenim Religiosam vestem assequantur auxilium, & citra sumptus atque impendia facienda Cælum petent. Atque his Cœlesti visum evanuit. Ab eo verò die in Venerabili Virgine sui Ordinis, suiq; Seraphici P. atq; supra modum increvit. Perpendebat illa crebrò in corde suo profundam S. Francisci humilitatem, quòd videlicet indignum se reputaret, ad donandum habitum Archi-Episcopum. Eum demissi animi de se sensum cum reliquis S. Patris virtutibus conabatur deinceps Sor. Joanna imitari, nam alioquin nemo pro filio filiave habendus, qui suum Parentem non imitatur. De baptizatis fidelibus Christianis, qui Christi fidem in Baptismo susceperunt ait Evangelista Joannes, quòd DEUS dedit illis potestatem filios DEI fieri. Non quidem negat Evangelista, inquit D. Chrysostomus, quòd in Baptismo primoque fidei dono nobis infundatur gratia ut Filii DEI simus nihilominus tamen ait: nos tali modo potestatem accepisse Filios DEI fieri, scilicet ne inconsideratè temereque nobis perluadeamus, quòd jam citra laborem atq; fatigationem Filii DEI simus, sed quòd erimus, si eum nimirum ut Patrem sollicitè sectemur. Tali

Sancti maxime conluntur imitatione.

modo studeat Sor. Joanna per imitationem virtutem atque Sanctorum operum S. Francisci Seraphici Patris sui germanam se filiam exhibere.

CAPUT IV.

Quomodo Sor. Joanna sua Religionis Regulas observavit. Quam ferventer, quamque eximie præteriti sui status exercitia etiam in Cœnobio impleverit.

ELIEZER Servus Abrahæ quondam Gen. 24. miro quopiam, singulari, ac notabili signo Sponsam Isaac agnoverat. Præceperat ei Dominus ejus Abraham ut ad Urbem Nachor in Mesopotamiam suosque cognatos proficiscatur, illicque è sua Cognatione Virginem filio suo Isaac in Sponsam deligat. Proficiscitur eò Eliezer, sistit verò ante Urbem Nachor apud quendam fontem cum camelis suis, aitque intra se. Filia Civitatis hujus egressuræ sunt ad hauriendam aquam, Virgo igitur illa, cui ego dixerò, inclina hydriam tuam ut bibam, illa verò mihi responderit, bibe: quin & camelis tuis præbebo potum, ipsa est, quam DEUS Filio Domini mei destinavit. Hæc sunt signa notæque, ait Neotericus non indoctus Author, ex quibus JESU Christi veri Isaac Sponsa cognosci potest. Ad hunc modum potest Sacra Virgo, quæ non modò in præceptis DEI inculpatè ambulat, sed penes hæc in pluribus aliis operibus bonis summo studio sese exercet, pro electa & perfecta Christi Sponsa haberi. Talis omninò fuit Venerabilis Virgo Sor.

Vera Christi Sponsa seu anima DEO unita cognooscatur.

Sor. Joanna à JESU MARIA, pro-
ut præfens Caput per memorata jam
signa pluribus declarabat.

Religiosa
vitæ modus,
Ordo, ac
fundamen-
tum.

Primo valdè sollicitè curabat, ut
quæ à DEO ei præcepta erant, quæq;
illa Deo in Professione fuerat pollici-
ta, quoad esset possibile, perficeret.
Religionis suæ Regulas in Professione
medio cordis considerat, à quibus
etiam toto vitæ suæ tempore, ne la-
tum pilum deflexit. In sequendo Con-
ventu, ac singulariter Chori frequen-
tatione tenenda, summè accurata se-
dulaque erat, nec diu neque noctu se
ab eo nunquam absentans, quantum
tot ac tam graves ejus sive infirmi-
tates, sive modò si pedibus insistere su-
stinerique posset, tuncq; etiam suum
corpus eò traherebat, quantum per vi-
res liceret valeretq;. Erat illa omnino
ejus opinionis, basim ac fundamen-
tum religiosæ vitæ esse, ut quisq; id, ad
quod obligatur, adimpleat, & quòd
absque hoc fundamento Religiosæ
vitæ structura, non aliter subsistat,
quàm ingenti mole aurei Colossi, in
testeis coctisq; à figulo columnis.
Voluntarium sacrificium tuum, in-
quit Bern. Spiritui Sancto acceptum
non est, quamdiu debitum tuum
negligas sacrificium: nec possunt vo-
luntaria nostra ei placere opera, quan-
do debita postponuntur. Doctrinam
istam apprimè intellexit Sor. Joanna,
seque toto vitæ suæ curriculo tantà
perfectione in eadem exercevit, ut in-
figne Sor. Joannæ exemplum semper
Consortium oculis ad imitationem
obversaretur. Minimè tamen hoc u-
no contenta fuit. Etenim, uti dictum
est, perfecta Christi Sponsa debet non

solum sua ad quæ obstringitur ritè
peragere, ac adimplere, verum etiam
nunquam non ultra progredi. Æ-
quum tanè est, ait ad suos Religiosos
D. Bern. *serm. 47. in Cant.* ut non so-
lum curetis DEI præcepta implere,
sed etiam Divinam voluntatem ejus
adimplere. Voluntas quidem ejus est,
ut adimpleatur ejus præceptum, non
tamen præcepit omnia, quæ suæ sunt
voluntatis. Voluntas & consilium
ejus est, ut omnes ad sublime per-
fectionis culmen contendant, non
tamen id præceptum est, sed consi-
lium. Præcipit DEUS Religiosis o-
mnibus, desponsisque ac dicatis si-
bi animabus, ut sua promissa vo-
taque fideliter adimpleant. Insuper
tamen voluntas ejus est, ut ad mayo-
rem etiam perfectionem contendant.
Et si Religiosi taliter constituti iique
sunt, qui esse debent, ambas profe-
ctò partes bene teneant observentque
est necesse.

Ita omninò egit fidelis Christi
Sponsa Joanna; eandem quoque hæc
in Parte Sponsus ejus in Professione
erudivit. Recentet ipsa Sor. Joanna
doctrinas à Christo sibi traditas.
Tempore Professionis, inquit illa, „ Aurea do-
„ 102. capit no yas mihi Dominus, „ *Strina Jo-*
demonstrare miserationes. Magnum, „ *anna Pro-*
ille mihi mei Ordinis, suæque Divi- „ *fessione à*
næ præsentia amorem indidit, ita ut „ *Christo*
nunc mihi crux foret ad Cancellos, „ *tradita,*
accedere. Instituebat me quoque „
semper, qualiter mihi vivendum es- „
set, aiebatque uti Cellam ejusdem „
que leges studiosè observem, utque „
me à Creaturis segregem, atque ab „
eis imò & memetipsa expediam „
&c

Religiosis
adimplen-
da sunt
præcepta
DEI &
consilia,
semperque
ad perfe-
ctionem
tendendū.

„ & in libertatem asseram. Ut in e-
 „ gressu Cellæ ab eo licentiam egre-
 „ diendi, misericordiamque postu-
 „ lem, ne is egressu meo offendantur.
 „ Ut verba mea pauca moderataque
 „ sint, & antequam efferrantur bene
 „ perpensa. Ut in cœtu hominum pa-
 „ rum loquar, nec unquam quasi do-
 „ cta sim, sed quæ doceri cupiam. Ut
 „ Divinas ejus inspirationes probè
 „ agnoscam, & actû exequar. Ut sem-
 „ per Cœlum, virtutis augmentum,
 „ perfectionemq; majorem desiderè
 „ & concupiscam, observetq; quòd
 „ sua Divina Majestas cunctas actiones
 „ meas contempletur, meque perind
 „ amet, atque si id esset promerita.
 „ O benedicta sit magna ejus miseri-
 „ cordia, quòd ipsius Majestati com-
 „ placeat super tam abominabilem
 „ saccum plenum immunditiæ ac for-
 „ didum, oculos conjicere! Et tu, mi
 „ DEUS, mea quies, meumque uni-
 „ cum bonum poteras cum creares
 „ me, plures alias condere animas,
 „ quæ tibi longè meliùs quàm ego es-
 „ sent servituri, me verò ingratam be-
 „ neficii que immemorem è Creatu-
 „ rarum tuarum numero expungere.
 „ Quin etiam, quòd me ad majorem
 „ semper virtutem perfectionemque
 „ extimulares, penes meum Tutela-
 „ rem Angelum, quatuor mihi Sera-
 „ phinos destinasti. Hæc ex autogra-
 „ pho propriæ illius manus excerpta
 „ sunt, ubi illa consueta sibi animi de-
 „ missionem confitetur Divinam Maje-
 „ statem post Professionem, in vitæ Re-
 „ ligiosæ actibus multas præceptis
 „ erudivisse. Ipsa verò præfatas institu-
 „ tiones animæ suæ sibi altè inscripsit,
 „ atque ad eorum normam, vitam suam

summâ perfectione composuit. Quâ
 autem Christi Sponsa à votis nuncu-
 patis deinceps sese gesserit, ipsa enar-
 rat: quippe cui obedientiæ præcepto
 id injunctum fuerit. Porro verba il-
 lius ita sonant.

Hæc ut annotarem in virtute O-
 bedientiæ mihi est impostum. Tan-
 ti enim verò id mihi constat, quan-
 tum DEO perspectum est. Ego ta-
 men hoc ago, & Majestati ipsius of-
 fero hanc mortificationem cum iis,
 quæ sequuntur. Gravenamque ac-
 durum est ut de Virtutum operibus,
 persona illa loquatur, quæ virtutem
 non novit atque in ea ne unum qui-
 dem passum progressa est. Sanè mi-
 hi adinodum grave est, malam vi-
 tam meam intueri, quæ tot spiritua-
 les duces Magistroque habui, qui
 multa præstantiaq; mihi vitæ agen-
 dæ præcepta dedere, & tamen nihil
 profeci, sed pervertam vitæ ratio-
 nem tenui; posseque id etiam san-
 guineis deplorare lacrymis, si ea
 essem quæ esse debeo. Deo sint lau-
 des. Amen. Reverentia Vestra
 præcepit mihi, ut modum tenorem,
 que vitæ meæ declarem, quâque ra-
 tione ac methodo diem noctem,
 que transigam, uti & pœnas, quas
 de me sumo, quarum sanè adhuc
 dum perpauca sunt. Noctu circa
 horam undecimam Chorum ingre-
 dior; nonnunquam etiam decimâ
 cum dimidia, vel etiam ipsâ decimâ.
 Priusquam verò eò me conferam,
 oto Coronam Beatissimæ V. MA-
 RIÆ. Et quia per totum anni de-
 cursum eam orare consueveram,
 ipso Orationis Dominicæ initio ul-
 tra progredi non poteram, ita quòd
 malus

Series om-
 nium alle-
 nium Joan-
 na. intra
 diem natu-
 ralem.

„malus Dæmon me incitaverit ut de-
 „sistam, aiebat item mihi malè me
 „Coronam recitare, jamque mihi ab
 „ea oranda proposueram desistere.
 „At nostra amantiſſima Domina ſu-
 „prema Regina MARIA mihi præ-
 „cepit, nè Roſarium orare intermit-
 „tam, velleque ſuam Maieſtatem
 „orate mecum; ſic ut ab hora octa-
 „va, vel aliquantò ante, ad uſque no-
 „nam illud orando decurram. Ab ho-
 „ra nona uſque ad decimam colloco
 „me ad Crucem, quandoque longiùs,
 „nonnunquam etiam aliquantò bre-
 „viùs. Deinde me in Chorum con-
 „fero, profundâque reverentiâ incli-
 „no, primùm Venerabili Sacramen-
 „to, tum imagini Chriſti ad Colum-
 „nam, ac demum Crucifixo in fron-
 „te O. læi ſeu Chori. Poſthæc oro
 „ſuper Crucem conſuetas Oratio-
 „nes, quæ apud Stationes Sanctiſſi-
 „mi Sacramenti uſurpantur, & u-
 „num Miſerere. Poſtmodum cruen-
 „tam facio diſciplinam; tumque
 „brevis poſt adveniunt Sorores ad
 „Matutinum. Matutinis laudibus
 „perſolutis, rurus ego ad preces meas
 „revertor uſque ad horam quartam,
 „aut tertiam. Dumque id temporis
 „diluceſcit, iterum flagris me cædo,
 „hæc verò flagellatio eſt incruenta.
 „Cerca id tempus fores templi reclu-
 „duntur, egoque genibus nixa cho-
 „ro egredior, indeque ambulo in
 „contemplatione cum cogitationi-
 „bus meis ad percipiendam à Cruci-
 „fixo S. Auguſtini benedictionem,
 „atque mox etiam ab amantiſſima
 „D. N. cognomento alba, eandem
 „orans, ut ambo velint omnia mea
 „hujus diei opera ad maximam ſuam

„gloriam honoremque dirigere.
 „Quandoque eodem tempore ſpiti-
 „tum rotum colligo, aliàs verò itera-
 „tò Chorum repeto, venerorque il-
 „lic SS. Patronos meos cum iis Cœ-
 „litibus, quorum eo die memoria
 „agitur, uſque ad tempus Primæ,
 „Die Dominicâ colo venerorq; San-
 „ctiſſimam Trinitatem. die Lunæ
 „SS. Angelos, die Martis SS. Mar-
 „tyres, Mercurii SS. Apoſtolos, Jo-
 „vis SS. Confeſſores, Veneris Paſ-
 „ſionem Chriſti D. ac Sabbatho San-
 „ctiſſimam Dominam noſtram Vir-
 „ginem MARIAM, cum S. Urfula
 „ejuſq; undecim Virginum millibus.
 „Ab hinc verſor in Prima & com-
 „muni Oratione, quâ perſolutâ vaco
 „Miſſæ audiendæ, & ſtatim ſi poſſum
 „confeſſionem otheo, ſin' verò, vado
 „& aliam diſciplinam facio. Tum-
 „que fila duco uſque ad Tertiam.
 „Dehinc ad eandem Tertiam perſol-
 „vendam pergo, neque ante ſum-
 „mum Sacrum abſolutum Choro
 „egredior. Tum pulſatur ad pran-
 „dium, ut in Cœnobiis eſt conſue-
 „tum. A prandio iterum flagris me
 „diverbero, & ſic ad Cellam regre-
 „dior, ubi cum Chriſto D. verſor, re-
 „cipioque ab eo multas gratias & fa-
 „vores, à Sanctiſſima item ejus Ma-
 „tre & compluribus aliis ſexûs utri-
 „uſque Divis, qui mihi Cœleſtes do-
 „ctrinas inſtitutioneſque tradunt.
 „Poſt hæc vado ad Nonam, ex eaque
 „revertens rurus aliam inſtigo mihi
 „diſciplinam. Tumque Cellam repe-
 „to, ubi uſque ad Veſperas manibus
 „operor. Poſt Veſperas iterum ad
 „Cellam redeo, maneoque cum
 „Chriſto in Spiritu collecta, exigo-
 „que

„ que illis à sensibus meis rationem,
 „ qui nimirum ii sese gesserint, tum
 „ punio singulos juxta cujusvis delicti
 „ ac reatus modum. Si fortè lingua sit
 „ rea, tunc punio eam stringo que te-
 „ nui catenulâ: ac denique pœna uni-
 „ cuique sua est, juxta quod DEUM
 „ offendit; ad hunc etiam modum
 „ multo potentias animæ meæ. Me-
 „ moriam increpo, quòd tam parum
 „ acceptorum DEI beneficiorum
 „ meminisset: Intellectum, quòd non
 „ satis attentus fuerit, ac voluntatem,
 „ quòd DEUM non amârit, aliqua-
 „ ram delicti. Quot diebus ambula-
 „ tione peragro aliquantum Purga-
 „ torii, aliâ die Inferni; atque hic con-
 „ spicio Infernum meis me sceleribus
 „ promeruisse, videturque id mihi esse
 „ nihil in consideratione, quantum
 „ ego Divinum Numen offensis meis
 „ læsi. In Purgatorio intueor mini-
 „ mos quosque errorum lapsus terri-
 „ bilibus tormentorum pœnis expia-
 „ ri. Nihil dico, de damnatorum in
 „ inferno ejulatu, quoniam ingenti
 „ horrore illud animum concutit.
 „ Nonnulli, qui me hic noverant, vi-
 „ debantur me aggredi velle ac dis-
 „ cerpere, in clamabantque mihi hor-
 „ ribilibus cû maledictis. Visum istud
 „ magnû mihi tremorem parit, perse-
 „ veroque in eo terrore ac pavore lon-
 „ giusculo temporis spatio, sic ut in-
 „ gentes pressuras molestiasque opta-
 „ rem perpeti, ne vel minimam Pur-
 „ gatorii pœnarum, nedum damnato-
 „ rum inferni contueri cogerer. De-
 „ hinc oro alias devotas preces, eâ ubi
 „ finitæ sunt, alteram flagellationem
 „ instituo pergoque; deorsum ad Cœm-

„ pletorium. Hunc ergo in modum, *Pœnarum*
 „ diem transigo. Pœnitentiæ opera, *quas de se*
 „ quæ exerceo sunt istæ. Aliquando *sumebat*
 „ gesto loriceam è ferro, aliàs verò tho- *Joanna se*
 „ racem ferreum introrsus in modum *ries.*
 „ limæ, tyrocnestis aut strigilis exal-
 „ peratum, Nonnunquam etiam veste
 „ confecta ex Onocardio, seu eo car-
 „ dui genere, quo lanæ ac vellera pe-
 „ ctuntur induor, quæ totum corpus
 „ contegit, eque ejusmodi carduis cin-
 „ ctum gerò; interdum catenas porto
 „ cû ferreo cingulo istum digitorum
 „ latitudine, introrsus in mucrones &
 „ aculeos elimato, atque ad tenes
 „ corpori appresso. Dominicis diebus,
 „ gerò contextum è juncis indumen-
 „ tum ad genua usque pertingens.
 „ Hæc veste utor diebus festis, ut eâ
 „ me ratione ab aliis pœnarum cœu-
 „ ciatibus tantisper relevem. Cibus
 „ meus quandoque constat corticibus,
 „ malorum aurantium acidorum,
 „ aut frustulo panis, aut aliàs pauxillo
 „ absinthii. Triduo per hebdoma-
 „ dam nullo penitus vescor, nimi-
 „ rum Dominicâ, die Jovis ac Vene-
 „ ris. Hi sunt dies S. Communionis,
 „ quibus uti Reverentiæ Vestræ sat
 „ notum, nihil omninò edere valeo.
 „ Quoties in Chorum adventio, præ-
 „ lucidum è tabernaculo Sanctissimi
 „ Sacramenti radium emitti, recta-
 „ que cor meum petere video. Status
 „ animæ meæ, atque reliqua, quæ ist-
 „ hæc gratiam in me operatur, DEO
 „ sunt nota. Accuratam quoque exa-
 „ ctamque in eo rationem omnium in
 „ Divino obsequio erratorum admis-
 „ sorum, mihi que pro pœna non pau-
 „ cas impingo alapas, rogans dein-
 „ ceptis à DEO veniam, firmumque
 „ edo

„edo propositum me emendandi,
„ac eo sine Divinam expolco gra-
„tiam.

Hæc est descriptio Sor. Joannæ quotidianarum atque usitatarum ei exercitationum, quas ex Obedientia, jussu sui Conscientiæ arbitri scripto comprehendit. Nihil verò hic memorat de peculiaribus suis pœnitentiis, sed consueta duntaxat & nusquam intermissa, quæ in Cœnobio erat usurpare solita adducit exercitia. Nihilominus tamen ea est brevis ejus vitæ compendii ratio, ut si tam pigri segnesque Religiosi, qualis ego sum, eam in animum feridò admittamus, vitæque nostræ desidiâ, cum concepta persuasione nimîaque facilitate fiducia, quâ salutem nos nihilominus adepturos confidimus, è regione locemus, tum sanè necesse est nos aut vehementi metu terroreque corripî, aut insigniter temerarios periculique contemptores esse. Secundùm prædictas exercitationes, suas feriæ sextæ de Passione Domini Sponsa Christi constanter tenebat, de quibus *Lib. 2. cap. 11. actum*: multò tamen eas præstantius in hoc suo Religioso statu quàm antehac peragebat, ita ut necessarium ducamus indicare, qualiter in Monasterio ea in re se gesserit, quove pacto hæc ejus exercitatio in lucem prodierit. Non erat id rescire facilè, eò quòd Sponsa Christi soli Abbatissæ arcanum hoc mysterium concediderit, quæ feriâ 5. seu die Jovis vesperti filiam suam Joannam in Cella conclusit,

eamque solam reliquit, usque ad quintam sextamve horam sequentis diei Veneris. Tunc iterum advenit Antistita ad Cellam referendam, circa id siquidem tempus Sor. Joannæ iterum ad se ab illa redibat exercitatione, quam cautè admodum summoque silentio instituebat. At verò mulierum curiositatem aëremque pellere, perinde ac cadere labor inanis est. Sanctimonialia, quibus fortè de præfatis exercitiis aliquid suboluerat, desistere volebant, donec ea oculis conspicerent, quod etiam ab eis non animadversis fieri potuit, eò quòd Sor. Joanna toto exercitii illius tempore ecclasi abrepta esset, uti jam ante dictum. Eo igitur pacto earum complures id magnam admiratione perspicuè sunt conruitæ, atque postmodum in Judiciali processu jurato asseverârunt, quòd ex iudiciis factis in hoc exercitio, agnoverint omnes passus Passionis Christi Servatoris nostri in corpore Joannæ expressos conspicuosque fuisse ad sequentem modum.

Post hæc, loquuntur ipsæ, Sponsam Christi exercitia Passionis Sponsæ sui die Jovis circiter quintam sextamque horam vespertinam inchoâsse: Confederat imprimis circa illud tempus eratque in Spiritu elevata, postmodum surrexit, Cellamque super genua perambulavit, atque ita genibus nixa, certis intervallis subsistens stationem tenuit, sic-
M m 2 que

*Usitata Jo-
anna fe-
ria sexta
exercitatio
eo eius
modus.*

que incurvavit corpus, ac si ante pedes cuiuspiam alterius sedentis hominis provoluta esset. Ex hisce iudiciis cognoscebant Moniales, eam tunc in lotionem pedum occupatam. Hoc ubi finem accepit, stans atque erecta aliquot concinebat hymnos, uti & Christus D. post cœnam pedumque lotionem fecit. Vix cantare Joanna desierat, aliquanto processit spatio, moxque constitit, & cœpit contristari. Signa externa indicabant eam in summo mœrore pavoreque versari. Post hæc in genua procubuit, eratque trium ferè horarum intervallo in Oratione absorpta. Inter orandum nonnunquam erecta stetit, mox iterum in solum sese prostravit, ad extremum demonstrabat magnum atque lethalem agonem cum tam vehementi sanguineo sudore, ut guttæ ad terram usque defluerent, poterantque inde Sorores liquidò cognoscere, per hæc talia signa Christi Orationem in horto Olivetano representari; ubi Salvator noster copiose ubertimque nostri causa sanguinem sudavit. Post hanc Orationem consurrexit illa, paulumque progressa est: tum constitit, moxque vi maxima solo afflicta fuit, mansit tamen in facie sua composita, amabilis, atque admodum gravis: apparebat etiam tum post multas plagas ac verbera manus ei ligatas fuisse, ita ut hisce opinione Sanctimonialium, Captivitas Christi graphicè atque ad vivum representaretur: dum nimirum conspiciunt vultum ejus liventem atque cæruleum, subter ungues erumpentem sanguinem, & in bra-

chiis ejus quæ proximè manibus hærent, profundas apparere vibices, quæ adeò lividæ, glaucæ, atraque erant, veluti esset Joanna nostra funibus catenisque arctissimè ligata. Post tempus aliquod cernebant alteram faciei ejus maxillam acè sufflatam, tetram atque tumentem perinde ac si terribilem eâ colaphum excepisset, quemadmodum impius Malchus Servatori nostro fecit. Ab hoc exercitio remansit illa residuo noctis in in uno Cellæ angulo tali situ, veluti si verè captiva esset. Sequenti Veneris die, tam festina & concita perambulabat Cellam suam de loco uno ad alterum Joanna, ut verè dici posset eam ab Herode ad Pilatum iter habuisse. Tandem in medio Cellæ constitit; facies verò ejus pallida macieque attenuata fuit perinde ac mortui cuiuspiam hominis. Inter hæc manus suas decussatim in Crucis modum composuit, incurvavitque corpus quasi ad humilem columnam religata esset. Tali situ longo tempore stetit Joanna; porò vultus ejus, qui initio pallidus mortis colorem gesserat, scædam quandam ac miserandam induit speciem; poterantque è pœnis ejus ac mœrore Sacræ Virgines probè agnoscere Flagellationem Christi ad Columnam hisce representari. Protinus verò in terram, velut animo eam linquente, corruit, brevi tamen iterum lentè ac veluti tremiscens consurrexit, humique consedit, oculos suos clausit ac manus in crucis formam composuit, cœperuntque mox è capite ejus multi sanguinis rivuli decurrere, videbaturque tum etiam quasi

quasi frequentes ei plagæ atque alapa infligerentur. Sanctimonialium enim confessione, facies ejus tunc erat usque adeo cruenta atque tumida, ut horrore esset eam intueri, cum tamen antè pallidus inesset ei color: unde spectatrices perspicuè cognovère, Joannam tunc Coronationis imaginem formamque referre. Hoc finito exercitio, sumpsit Joanna Crucem ferream 33. librarum pondò, quæ etiam in Cœnobio hodieque perdurat, hanc suis imposuit humeris, cumque illa Cellam nixa genibus perreptavit, inter hæc verò alloquebatur Virginem MARIAM tam affectuosis renerisque verbis, ut auditoribus cordis illire potuerit. Postquam Sor. Joannæ longo tempore crucem hanc bajulans, Cellam genibus innixa obiit, relicta ferreâ, ligneam Crucem sumit, quæ proposito illius servitura, ad mensuram ejus compacta erat; Hanc crucem in solum deposuit, corpusque suum desuper extendit, neque ullatenus videbatur aliter, quam quòd verè actuque ipso Cruci acclavata esset, siquidem paulò post intuebantur Moniales, qualiter Crux illa cum Joanna elevaretur, atque ita mirabiliter in aère consisteret, ut terram neutiquam attingeret. Erat Sponsa Christi eidem affixa, profuditque totos cruoris rivos, tam è capite quam è vulneribus manuum, pedum, atque lateris; talique schemate tritum horarum spatio perduravit in Cruce. Audiebant interim Sorores quòd pro omnibus recommendatis vivis ac defunctis DEUM exoraret. Brevi post audièrunt eandem Sororem Joannam elatâ, lugubri affectuosaque voce que-

ruantem DEO que dicentem: DEUS meus, DEUS meus, ut quid me dereliquisti? Deinde viderunt quòd Sponsa Christi labra cum toto vultu contraheret, perinde ac si præter modum acidum aliquem amarumque potum gustasset. Postremò exclamavit Sponsa Christi Joanna voce magnâ, ac velut mortua in terram concidit. Crux verò perseveravit in aère pendula erecta & firma. Posthæc exiit se Sor. Joanna iterum permansitque genibus infidens; inde velum capitis apprehendit atque ad latus Crucis conversa brachium extendit, velut si flammeum illud cuiuspiam porrigeret, ad quiddam eo involvendum. Hinc cognovère Sorores, quòd Joanna velum suum Reginae Cæli MARIE porrigeret ad reconendum in eo exanime corpus Sanctissimi Filii sui. Hisce igitur sic actis, mansit Sponsa Christi in se ipsa collecta, flebat amarissimè, alloquebaturque Virginem MARIAM affectu plenissimis tenerimisque verbis, atque sic permansit ad 5. circiter aut 6. horam vespertinam, tumque iterum sibi est reddita. Sub idem tempus advenit Abbâtissa, atque à sanguine ubertim à Joanna in præfatis exercitiis profuso locum purgari curavit. Christus Servator noster ex humani generis amore sanguinem suum abundanter fudit, ac multoties eodem solum rigavit, hæc verò fidelis Sponsa ejus, excellenti modo eum sequuta, ejus pariter amore sanguine suo sæpenumero humum perfudit.

Porro Sanctimoniales in hisce exercitiis ac etiam post, valde notabilia quædam observârunt. Primum erat

*Quadam
peculiari
nota digna
in his exer-
citiis in Jo-
anna obser-
vata.*

singularis compositio Virgineaque
prorsus modesta atque honestas in
cursu earum exercitationum ab ea ser-
vata. Et profectò valde mirandum est,
quòd in tot ac tam variis mutationi-
bus sitûs atque locationum corporis,
nulla tamen unquam pars ejus resecta
nudataque fuerit. Secundò quòd ad
quemlibet passum ac motum corpo-
ris, ossium ejus compages usque adedò
crepiterent, ut non à prope adstanti-
bus duntaxat, sed & a longè remotis
fragor ille exaudiri posset. Tertiò,
quòd juxta bene fundatam Monia-
lium opinionem, semper in omnibus
hisce Joannæ exercitiis adessent, ean-
demque adjuvarent Christus D. ac
Rex, Maria Cælorum Regina, cum
superna Cælitum curia. In hujus rei
cognitionem jam dictæ Sacræ Virgi-
nes in hunc modû devenère. Duran-
tibus illis exercitiis ardebant irremissè
duæ super aram ejus candelæ, quas
in Cella sua Joanna habebat. Quadam
vice Cœnobii Antistita cum Sorori-
bus aliis hæc luminaria extinxère, ac
bene clausâ januâ recessère. Ut verò
eodem reversæ sunt, eadem luminaria
denuò accensa atque ardentia repe-
rerunt, & miratæ sunt universæ. Ab-
batissa verò singulari Divino instin-
ctu Sor. Joannæ postmodum præce-
pit, ut mysterium istud sibi aperiat;
quòd etiam Sor. Joanna Obedientia
vi adacta, præstint, atq; ad sequentem
modum arcanum illud patefecit. Re-
verendissima Mater, agebat, toto
harum exercitationum tempore ad-
sunt ibidem præsentis Christus D.
Sanctissima ejus Patens, uti & sexûs
utriusque Sancti, cum SS. Angelis
DEI, ideoque citra dubium aliquis

eorum illa luminaria reaccendit.
Quartò notavère Sorores etiam, non
sine magna ædificatione, quòd cum
finitis hisce exercitiis, ob vehemen-
tem statûs corporis mutationem ac
alterationem, Sor. suæ Joannæ bis a-
periti vena debuerit, illa tamen, quan-
tumvis corpus ejus tot tantisque san-
guinis profluvii debilitatum esset,
nocte insequente ad Matutinum in
Odeo comparuerit, neque consueta
exercitia functionesque intermiserit.
Tam sedula, tam assidua erat Sor. Jo-
anna in communibus Claustrî con-
ventibus, tam præcellens in aliis spon-
taneis operibus. Tali ergo illa ratione
brevis tempore vitæ suæ Monasticæ
maximos in virtute fecit progressus.
Fatur id ipsamet, dum in vita sua
n. III. quamvis inconsideratè, sequen-
tia valde restricta laconicaque verba
profert. Ex quo in hoc Sancto Cœ-
nobio verfor, animam meam emen-
datiorem reperio; licet nesciam quâ
ratione emendatam dicam, cum in
me nihil virtutis inveniam, inve-
nio tamen magis me in DEO col-
lectam eidemque unitam.

CAPIT V.

*Virtute Obedientia Sor. Joanna sangui-
nis profusio in præcelsis exercitiis tolli-
tur, uti & externa stigmata ac vul-
nera manuum, pedum atque
laseris.*

Religiosi Superiores, qui magnas
præclarasq; ad perfectionem du-
eunt animas, deque hoc periculo-
so munere sunt rationem reddituri,
sane multum providi, accurati solici-
tique sint oportet. Commixta confu-
saque

Mel in Sa-
crificio cur
prohibuerit
DEUS
efferrè,

saque Sacrificia non acceptat DEUS, sed ea, quæ antè inquisitione multaque consideratione bene sunt peruestigata. Theodoretus quærit, cur DEUS mel, quòd alioquin præstans est succus, in holocausto veterit? Et respondet: eò quòd mel sine iudicio, delectu ac investigatione colligitur. Pervolant apes varios sine discrimine campestrès hortensè que flores, quorum alii boni, alii mali, salutares aliqui, quidam exitiosi sunt ac pestilentes, leguntque sine discrimine è quolibet flore rorem ad mella stipanda & conficienda. Tale commixtum opus mellifici, quod indiscriminatim ac temerè è malis bonisque floribus colligitur, non debet venire in DEI Sacrificium. Perfecta sanctaque anima est spiritualis hortus, eamque ob rem ejus Præses magna discretione atque consilio debet virtutum ejus flores peruestigare ac discernere, ut præparatum Sacrificium DEO ac D. sit acceptum. Ita egète cum Sorore Joannæ à JESU MARIA Prælati hujus nostræ Provincie. Post longam deliberationem & investigationem iidem reperire, magnum illud ac exuberans in prædictis exercitiis sanguinis effluvium, sicut & externam vulnerum speciem, cum visionibus Sor. Joannæ obvientibus, magnis esse subjectas incommodis. Quapropter jam dicti Præsides ejus erant sententiæ, è re fore, si spirituali filia suæ Joannæ in virtute Obedientiæ præcipiant injungantque, ut DEUM exoret, quòd ipsius Majestas velit hæc peregrinas, raras ac ferè inauditas gratias ab ea tollere, quod etiam A. R. P. Franciscus Andres de

la Torre, cum secundò Provincialis munus gereret, sequentibus patientibus perfecit.

F. Franciscus Andres de la Torre, „ Diploma „ Lector Jubilatus, Consilii S. Inqui- „ quo Joannæ „ sitionis Assessor, Minister Provin- „ na cruenta „ cialis ac Servus hujus Provincie „ fer. 6. exer- „ Burgensis Regularis Observantiæ „ citia inhi- „ S. P. N. Francisci & c. Matri Joan- „ beatur. „ næ Rodriguez à JESU MARIA, „ Moniali in Conventu nostro ad „ S. Claram Burgi, salutem & veram „ pacem in Christo JESU D. nostro. „ Quoniam de gravibus perpetuisque „ infirmitatibus atque aliis multis im- „ modicis corporalibus ærumnis, qui- „ bus Rever. Vestra est subjecta, rela- „ tione hujus Monasterii ejusdemque „ Physici, plenam habemus notitiam, „ quippe cum præfatæ adversitates o- „ mnibus pateant, perfacile nobis et- „ iam erat in earundem venire cogni- „ tionem, atque in propria persona „ omnia possibilis illarum capere ex- „ perimenta. Cû igitur infirmitatibus „ læper accrescentibus, ac debili senio „ jam ostia pullante, R. V. naturales „ corporis vires magis magisque indies „ deficiant, cum necessitas, tum discre- „ tio ex SS. PP. doctrina requirebant, „ ut corporeæ exercitationes, quæ il- „ lud nimium deiciunt ac enervant, „ permittentur: Siquidem illæ omnes „ pietate, quæ ad omnia est utilis, com- „ penlari possunt, quemadmodum & „ sapientiâ majoreque DEI cognitione, „ quæ, cum interiores sensus atque po- „ tentiæ ritè exercètur, multû augetur, „ majoraque indies capit incrementa. „ Quare nos maturâ consideratione, „ deliberatione ac iudicio perpen- „ dentes, quòd hisce atque aliis, „ pecu-

„peculiaribus de causis, quæ nos ad
 „id movent, consultum sit, tam a-
 „cerbas ejusdem dolorosæque exer-
 „citationes aliquantisper mitigare,
 „atque ut Reverentia Vestra, juxta
 „suam possibilitatem operam stu-
 „diumque adhibeat, mediante suâ
 „Oratione Sanctæque Obedientia
 „oprata à DEO quietem atq; mul-
 „tiplicium laborum suorum, ac na-
 „turæ vires transcendentium infirmi-
 „tatum revelationem obtinere. Con-
 „fidimus de Bonitate DEI ac Pro-
 „videntia, quòd dum nos ex parte
 „nostra omni studio id promovere
 „satagimus (cujus quidem rei effi-
 „ciendæ vi Prælaturæ ac muneris no-
 „stri potestatem habemus) suæ Ma-
 „jestati placebit cum intentione no-
 „stra concordare atque concurrere,
 „ac Reverentiæ Vestræ preces exau-
 „dire. Ideoque præcipimus eidem
 „ac ordinamus, ut post istud nostrum
 „decretum Reverentia Vestra feræ
 „6. seu diei Veneris exercitia unâ
 „cum sanguinis profusione, quæ fit
 „in eisdem, moderetur, neque ulla
 „mortificationes aut exercitationes
 „unde sanguinis profusio provenire
 „queat exerceat. Similiter ut Rever.
 „Vestra D. DEUM enixè roget, ut
 „quandoquidem hæc nostra volun-
 „tas est, prædicta sanguinis effusio
 „cesset, neque ulla ex causa deinceps
 „eidem adveniat, sed ut ipsius Maje-
 „stas ab externis & corporalibus in-
 „firmitatibus, quæ subito & præter
 „communem ordinem Reverentiæ
 „Vestræ supervenire solent, eandem
 „relevare velit. Quò verò prædicta
 „diei Veneris exercitatio proposito
 „atque intentioni nostræ studio ac

expressè accommodetur, ordina-
 „mus, ut Reverentia Vestra prædi-
 „ctum exercitium non inchoet nisi
 „ipsâ die Veneris, post Sacrum aud-
 „tum, atque sub Vesperarum tempus,
 „finiat. In omnibus aliis corporis
 „mortificationibus ac exercitiis, se-
 „quendum erit P. Vicarii Reveren-
 „tiæ Vestræ Ordinarii Conscientiæ
 „arbitrii judicium & dispositio. Tali
 „pacto vigore Sanctæ Obedientiæ,
 „summa securitate ac solatio animi
 „vivet, suæque merita cumulabit.
 „Nos equidem eâ spe vivimus fore,
 „ut DEUS ac Dominus ad servitium
 „suum & commune emolumentum
 „Reverentiæ Vestræ in longum vi-
 „tam producat, sanitatemque quoad
 „ei est profutura, largiatur, eandem
 „que eo pacto majorem Coronam,
 „ac præmium de manu DEI juxta
 „intimum cordis nostri vorum con-
 „sequuturam. Datæ in Cœnobio no-
 „stro S. Francisci in Burgos 14. Sept.
 „1634. F. Franciscus Andreas de la
 „Torre Min. Provincialis. Hæc ubi
 „sic P. Provincialis ordinavit, insu-
 „per & epistolam ad famulam D. Jo-
 „annem direxit, tenoris sequentis.
 „Quoniam ego dum nostra eo-
 „rum locorum obirem visitatemque
 „Monasteria, summa in solitudine
 „versabar, ratione Reverentiæ Ve-
 „stræ laborum atque infirmitatum,
 „consulèd illic redditas eidem paten-
 „tes reliqui, ut per S. Obedientiam
 „Reverentia Vestra auctiore merito
 „ac majore securitate à DEO remis-
 „sionem exoret, quò Charitatis Ve-
 „stræ Valetudo ac vires DEI Ordinif-
 „que obsequiis deserviant. Nunc ve-
 „rò bonum factum existimabam fo-
 „re,

,, re, si eidem in hoc proposito ultra
 ,, adhuc sim adjumento, omnemque
 ,, illius externam dolorum perpessio-
 ,, nem in fructuosam proficuumque
 ,, commutem obedientiam, in cuius
 ,, virtute ego suæ Reverentiæ injungo
 ,, ac præcipio, ut acceptâ hæc Epistolâ
 ,, protinus Divinam Majestatem in-
 ,, stantissimè roget, velit eam allevia-
 ,, re, doloresque cum effusione san-
 ,, guinis quam per manuum, pedum
 ,, atque lateris vulnera solita est per-
 ,, peti commutare. Siquidem ejusmo-
 ,, di cruciatus Humilitate ac Obedien-
 ,, tiâ meliùs possunt majorique aug-
 ,, mento meriti compensari. Potest
 ,, pariter nunc eodem fervore Reve-
 ,, rentiâ Vestra orare, ut D. DEUS
 ,, velit ei sua stigmata & exterius pa-
 ,, tentia vulnera occulere ac tollere;
 ,, quandoquidem ejusdem non ad-
 ,, versatur voluntati, si ea vulnera in-
 ,, trorsus lateant, doloresque in cor-
 ,, de, aut eo modo ac mensura à Re-
 ,, verentia Vestra tolerantur, prout
 ,, ipsius Majestati visum placitumque
 ,, fuerit, tamen si vulnera ipsâ satis in
 ,, corpore non appareant & specten-
 ,, tur. Enimverò ejus prorsus sum-
 ,, opinionis, totum id ad majorem
 ,, ejus gloriam, Reverentiæ Vestræ
 ,, securitatem, tranquillitatem atque so-
 ,, latium cessurum, confidoque de
 ,, Obedientiâ ejus, quòd omni cum
 ,, humilitate in voluntatem Divinam
 ,, concedet, seque sit resignatura. Et
 ,, quòd promptâ paratâque volunta-
 ,, te ac omni infallibilium verborum
 ,, Divinarumque promissionum fi-
 ,, duciâ Isaac sui cordis sit immolatu-
 ,, ra, veramque ac germanam sese
 ,, D. P. N. Francisci filiam sit demon-

stratura, in cuius festivitate hoc ego
 præceptum datâ operâ Reverentiæ
 Vestræ imposui. Quò videlicet ejus
 intercessione ad honorem tanti Pa-
 tris executionem hujus Obedien-
 tiæ à DEO obtineat, qua in re im-
 mensos thesauros in abscondito re-
 perire, eisdemque cum solo DEO
 perfrui potest. Eiusdem quoque te-
 noris ac formæ voluntas nostra est,
 ut Reverentia Vestra personis illis,
 quæ ad spiritale suum solatium Cha-
 ritatem Vestram alloqui cupiunt,
 summâ brevitate, suæ devotionis
 causâ, debitam satisfactionem præ-
 stet, offeratque se, quòd eisdem ho-
 mines DEO commendare velit,
 non tamen, quantum in ea est, con-
 sentiat, ut à Reverentia Vestra Ro-
 saria, Cruces, vel Sacras aliquas Re-
 liquias petant. Et licet ego omninò
 confidam, Charitatem Vestram
 cautam fore, eque rebus ejusmodi
 nihil daturam, nihilominus tamen
 ejus rei eandem commonere volui,
 ut Charitas Vestra intelligat, hanc
 esse voluntatem DEI: Qui Reve-
 rentiam Vestram servare atque in
 gratia sua juxta desiderium meum
 crescere ac proficere velit. In Con-
 ventu nostro Navarreti. 4. Octo-
 bris Anno 1634.

F. Franciscus Andres de la
Torre Min, Provincial.

Exhibitum fuit decretum istud
 Sponsæ Christi Joannæ, cui etiam il-
 la citra ullam considerationem aut
 investigationem profundâ humilita-
 te, magnâque voluntatis promptitu-
 dine lubens paruit. Quod me atti-
 net, aiebat illa, seriò, sincerè ac vera-
 citer perficiam omne id, quòd mihi

Na præci-

jubetur
 DEUM
 ora reus ei
 vulnera
 exterius
 auferat.

*Vera Obedientia
qua, qualis.*

præcipitur. Hæc est vera Obedientia; dum nimirum eidem non solum voluntas, sed & intellectus ipse omni ex parte subicitur. Neque aliter se res habet, quam quod ejuscemodi Obediens errare non possit. Nihilosecuius tamen timebat eo tempore Ancilla D. non quidem velut inquietudine laboraret, aut Obedientiæ displicentiam animo gereret, sed quod ambigeret, an ejus propositum opratum successum esset sortiturum. Ne verò ex parte sua quidquam desiderari posset, adiit Consoorem suam Annam de Hermosilla, è cuius prudentia atque virtute magnam sapiebat satisfactio-
nem. Sor. Anna, inquit illa oculis lacrymantibus, in junctum est mihi in virtute S. Obedientiæ à DEO petere ut ille mihi exteriorem vulnere speciem auferat, atque ut ego feræ sextæ exercitationi modum ponam, eandemque mitigem. Posterius istud exequar lubens, primum verò non in mea est potestate sed DEI manu. Ego digna non sum ut me Majestas ejus exaudiat: tua verò Charitas mihi cognitione juncta Soror que mea est. Germana porro veraque amicitia in necessitate cognoscitur. Oro igitur, velis in hac necessitate mihi succurrere, ac benignissimum Numen exorare, quò mihi, juxta suum beneplacitum id præstare dignetur, quod à me Obedientia exigit, ut ab eo postulem & impetrare studeam. Sor. Anna ubi Sponsam Christi, tam anxius premi curis vidit, eademq; fletu ac gemitibus exhibuit, eademq; consolans ait: Amantissima Sor. mea, equidem petitio hæc tua per quam est difficilis, velim tamè bono sis animo,

ac confidas te id consequuturam. Præceptum Superiorum nostrorum est præceptum DEI. Quoniam igitur est voluntatis Divinæ postulationem hanc fieri, consequitur, esse etiam voluntatis ejus, ut bonum illa exitum fortiatur. Ego ex parte mea haudquam deero, omniq; exequar studio, quod à me expetis. Hisce ambæ Sorores Cognatæque sibi mutuò valescere. Joanna porro eâ colloquutione confirmatior atque plurimum consolata, in superiorem Chorum sese contulit, ubi elegans Ecce Homo Anaglyphum seu elevati prominentisque operis situm erat. Imago hæc magna in veneratione habebatur, eò quod clendis cum primis affectibus apta factaque esset. Ante hanc pia Christi famula procidit, atque humi strata, calentibus lacrymis uberrimè genas perfusa plura corde quam lingua locuta inquit: Mi DEUS ac Domine, unicū meum bonū, equidem non te fugit, quanto cum robore ego hæc gestarim vulnera, ex quo tuæ Majestati complacuit, ut ea haberem. Magnus quidè honor est honorari pro merito, at verò non merenti pudor est & ignominia. Majore quoq; cum sensu doloris ego id fero, quòd postea quæ Sacrosanctis Passionis tuæ stigmatibus insignita fui, mundus existimet veluti probam bonamque signatam esse, atque ita hominibus appaream quod non sum, cum pro dolor actu ac re improba malaque sim, prout etiam tuæ Majestati perspectum est, me ita, ut appareo, bonam non esse. Domine, nunc placet Superioribus meis, ut mihi ea auferas, præcipiūq; ut hoc abs te postulem. Igitur ego humil-

*Oratio
anna ad
Christum
pro toller-
dis sibi vul-
neribus.*

„humillimè supremam Majestatem
 „tuam oro ac obsecro, ut misericor-
 „diam hanc favoremque exhibeas,
 „non meâ quidem causâ, sed quia sic
 „Majores Præsidesque præcipiunt,
 „quibus mihi morem non gerere est
 „nefas. Exaudivit Dominus perorantes
 „magis lacrymas, quàm verba Sponsæ
 „suz aitque voce quàm suavissimâ: Jo-
 „anna, Obedientia quam tuis Supe-
 „rioribus exhibes, quodque tota in
 „eorum voluntatem concesseris, to-
 „tum inquam hoc mihi est longè ac-
 „ceptissimum. Nihil ampliùs factò
 „opus. Ideoq; nè fleveris Sponsa mea,
 „faciam quod postulas. Nec etiam
 „longum distulit Dominus istam tuam
 „adimplere promissionem: & quidem
 „insequente protinus die dum Sponsa
 „ejus ad Sacram Synaxim se præparat,
 „vehementem in se persentit commo-
 „tionem, respicit manus; & sine vulne-
 „ribus eas esse deprehendit, tum etiam
 „nudat pedes, viderque pariter eos vul-
 „neribus carere, postremò pectus quo-
 „que reteggit, jamq; vulnus etiam late-
 „ris disparuerat. Ab ea die, quæ fuit 14.
 „Decembr. 1634. Sponsa Christi, Sor.
 „Joanna absque stigmatibus vixit.
 „Mansere tamen vestigia cicatriceque
 „vulnerum in ejus corpore, toto dein-
 „ceps vitæ tempore, & sine illis majo-
 „res acerbioresque cruciatus in locis
 „vulnerum, quàm antehac unquam
 „pertulit.

Possit hic curiosus Lector quære-
 re, quænam duarum gratiarum fuerit
 major, an cum DEUS Sponsæ suæ sti-
 gmata sua impressit, an verò cum ei
 illa iterum ademit? Et quidem extra
 omne dubium est, posteriorem gra-
 tiam magnum luculentumque esse te-

stimonium virtutis nostræ Sor. Joan-
 næ, quoniam opus hoc à sola DEI
 manu proficisci potuit, atque ita si-
 gnum est manum DEI fuisse cum il-
 la, nobisque uti gnomonem horologii
 virtutis ejus præstantiam perfectio-
 nemque indigitasse. Ad hæc quantum
 DEUM attinet, dubitandum non est,
 ipsius Majestatem plùs fecisse, dum
 Sponsæ suæ impressa ante vulnera su-
 stulit, quàm cum ante undevigesi-
 mum annum illi eadem inscupsit. Sanè
 plurimi est faciendum, cum quispiam
 mobili naturæ suæ adversum aliquid
 perficit, ut amico suo gratificetur.
 Nunc quæro ego, quid è duobus na-
 turali Divinæ bonitati magis contra-
 rium est, dare ne aliquid, an verò id,
 quod dederit auferre? potissimum si
 culpâ suâ eam ablationem homo non
 promeruit. Citra omne dubium talis
 ademptio Bonitati Divinæ magis re-
 pugnat & adversatur. Dare siquidem,
 Naturæ Divinæ usque adeò est con-
 veniens, ut nonnemo dicere sit ausus:
 Orationem ad DEUM esse rem Di-
 vinam. Quod verò semel donatû est,
 iterum auferre, cum id culpâ suâ ho-
 mo non meruit, hoc inquam non Dei
 naturali propensione duntaxat, sed &
 cujusvis boni, ingenui, integrique vi-
 ri naturæ genio summè adversatur.
 DEUS tamen hoc Sponsæ suæ causâ
 præstitit, dum scilicet ei citra demer-
 ritum vulnera sustulit. Consequitur
 itaque majus quid patrassè illum, dum
 ei stigmata ademit, quàm cum ei ea-
 dem contulit. Restat nunc ut per-
 pendatur, quanta hæc posterior gra-
 tia fuerit, quando prima tam inusita-
 ta, mira magnaque fuit. Possit item
 hic nonnemo ambigere, an non in

*Pulchrâ
 quæstio est
 discursus,
 an DEUS
 plus egerit
 ei vulnera
 dando an
 tollendo.*

*Et conclu-
 ditur ea-
 dem tollen-
 do majus
 quod pa-
 trasse.*

*Joanna mi-
 raculo quin-
 que vulne-
 ra tollun-
 tur.*

*In locis ta-
 men eorum
 majores
 quam ante
 dolores pa-
 tur.*

eo superiores errârint, dum ta-
lem, ut antè dictum, Obedientiam
Sor. Joannæ imponunt? At verò istud
de tam sanctis, doctis, circumspectif-
que viris cogitare insignis esset teme-
ritas. Non omnes quidem illi causas
præcepti sui exposuere; sed nec opus
erat. Si tamen omnes circumstantiæ
rerum ac temporis, quo ea illi Obe-
dientia imponebatur, perpendantur,
tunc liquidò comperietur causas talis
præcepti urgentes magnasque fuisse.
Ad hæc prius illi consilium inière,
remque istam deliberatione agitavê-
re cum Reverendissimo D. Ferdinan-
do de Andrada per id tempus Bur-
gensium Archi-Episcopo, ejusdem-
que & complurium aliorum doctrina
præstantium virorum placito ac sci-
entiâ rem istam ita statuère; prout id
palam fit ex Epistola præmemorati
Archi-Antistitis ad Generalem In-
quisitorem Sotor Mayor data, dum
prorsus circa id tempus ex Inquisiti-
onis ordinatione, Sor. Ludovica ab
Ascensione, ex Ordine suo ac Cœno-
bio D. Claræ de Carrion, ad Excalcea-
tas Moniales S. Augustini intra Val-
lisoletum ducta fuit, tenor porrò lit-
terarum in hunc se habet modum.

Epistola D. Ferdinandi de Andrada,
Archi-Episcopi Burgensis ad D.
Inquisitorem Generalem.

Reverendissime &c.

Non parva me cepit admiratio in fa-
cto, quod circa Matrem Ludovicam
contigit. Profectò res hæc multæ ma-
gnæque est considerationis. D. DEUS
velit Reverendissimæ Dominationi
lumine suo assistere, ut in lucem
producta veritas reveletur & virtus
valeat remunerari. In hujuscæ Urbis

D. Claræ Cœnobio est Monialis,
quædam Sor. Joanna Rodriguez à
JESU MARIA dicta: hujus Spi-
rituales Præpositi magnâ egère cir-
cumspeditione, dum satagunt exter-
nam vulnerum speciem, quæ illa se-
cum ad Monasterium detulit, ab ea
tollere. Conclusère siquidem ejus
Prælati, præcipiendum illi esse, ut
DEUM instantissimè deprecetur,
complacere sibi is velit quoddam fe-
riæ sextæ exercitium ei adimere,
quod illa in memoriâ amarissimæ
Passionis JESU Christi Salvatoris
nostri obire consueverat, ac tunc ip-
sa multum cruoris, nri & vulnera,
quæ manibus, pedibus, atque late-
tere gessit, profundebant. Quod sa-
nè arduum magnique ponderis o-
pus erat, quandoquidem præfacta
vulnera per D. Azevedo Castellæ
Præsidem, & PP. Carmelitas excal-
ceatosia Conventu multorum præ-
cipuorum, scientiaque eminentium
virorum Anno 1618. in Februario
approbata fuère. Quamobrem non
audebant Sor. Joannæ Præsides,
jam dictum præceptum eidem im-
ponere, quoad usq; mecum eâ de re
consultarent, prout etiam Septem-
bris mense anno superiore actum.
Ego porrò eis animos addidi, auxi-
liumque meum ac favorem prolixè
detuli. Posteaquam igitur etiam ego
in tale præceptum consensi, præfacta
Joanna sinceritate summâ morem
illi gessit, tumque protinus finem
feriæ sextæ exercitatio accepit. Vul-
nera quoque eidem sublata sunt, ita
ut nunc illa perquam alacris ac læ-
ta absque externis vulneribus, aliis
Monialibus haud dissimilis incedat.
Binâ vice posthac ego eandem Jo-
annam

annam conspexi, eandemque pro
 magnæ virtutis Sanctimoniali ha-
 bendam duxi, quippe quæ pluri-
 mum Obedientiæ dedita sit, alia-
 rumque virtutum studio pariter se-
 dulò incumbat, ita ut non sit, quod
 ejus causâ Reverendiss. D. vereca-
 tur ac difficulteretur. Et esto aliquid
 difficultatis hac in re obortum fuis-
 set, jam totum id complanatum est.
 Videturque haudquaquam neces-
 sarium ultra in modernum ejusdem
 statum inquirere, quandoquidem
 summo studio id Ordo ejus perfe-
 cit, & ultra etiam, si foret necesse,
 sit facturus. DEUS Reverendiss.
 D. V. juxta votum meum ac desi-
 derium diutissimè servet. Burgos
 20. April. 1635.

Ferdinandus Archiepisc.
 Burgensis.

CAPUT VI.

*Sor. Joanna majora semper eximia per-
 fectionis capit incrementa, ex quo ei sti-
 gmata suere sublata. Quatuor Seraphi-
 ni sunt ejus Pedagogi, imò Rex ipse cum
 Angelorum Regina sunt ejus Ma-
 gistri ac Præceptores.*

R Egius Propheta David propriè
 germaneque expressam nobis ob-
 oculos ponit puram immaculatâ, in
 misericordia & miserationibus Altis-
 simi coronati hominis tenorem vitæ.
 Dum Psal. 102. causas nobis indicat
 tam sublimis dignitatis; dicitque ju-
 venturem cuiusque perfecti, veluti A-
 quilæ renovari debere. Super quæ
 verba Euthymius disserit, ait que reno-
 vationem Aquilæ, quæ avium est Ra-
 gina, plenam esse mysteriis. Omnes
 aliæ aves communiter primas nativa-

que suas retinent pennas, manentque
 eadem in suo semper esse ac statu,
 quippe quæ nunquam mutantur, ita
 ut cum tempore facultas eis usufque
 volandi minuatur ac intercidadat. Aquilæ
 verò novæ subnascentur pennæ,
 eoque pacto præcipua hæc Ales reno-
 vatur, perinde ac si nova ei juventus
 accederet. Proinde in senectute sua
 longè illa meliùs perniciosque aëra
 permeare, quàm primâ in juvena,
 consuevit. Reperiuntur quidem ani-
 mæ, quæ velut Aves Cæli alas vim-
 que percipiunt ad magnam evolandî
 perfectionem, verùm eæ spiritu non
 renovantur, nec ultra volatu procedunt
 die alterâ, quàm processere primâ;
 imò, quod est deterius, cum tempore
 pennæ alarum spiritus sensim eis ener-
 vantur, hebetantur & consenescent.
 Nostra verò Sor. Joanna indies pro-
 fectum sumebat, novasque ad volan-
 dum capiebat vires, dum sancta ejus
 desideria in momenta renovarentur.
 Animabatur illa acriterque ad Cœ-
 lestes istos volatus stimulabatur à Pæ-
 dagogis suis, videlicet suis 4. Seraphi-
 nis. Quin & Christus Servator no-
 ster, nec non Sanctissima ejus Mater
 semetipsos veluti præstantissimos om-
 niumque maximè eximios præce-
 ptores Joannæ suæ sese præbuerunt.
 Fatetur hoc ipsa autographo suo.
 DEUM nimirum ex quo sibi 5. vul-
 nera disparuerunt, majorem miseri-
 cordiam exhibuisse, cum videlicet cæ-
 teros inter favores, tales sibi tantof-
 que institutores adjunxit. Clara per-
 spicuaque est veritas, quod è bona
 malave educatione, Magistrorum
 doctrina & institutione perfectio vel
 imperfectio discipuli discipulave
 pendeat. No 3 De

De 4. Seraphinis, qui secundum Angelum ejus Custodem, Tutelares ac Institutores ei erant, mentionem facit Sor. Joanna ipsa n. 103. vitæ suæ. Quod nimirum ab eis nunquam non ad excelsiorem perfectionem incitatur, ac roboraretur. Sæpenu-
 „retur, inquit, videbam illos, sicut Isaias c. 6.
 „desuper Thronum DEI ambas cor-
 „dis sui alas irremissè moventes, san-
 „ctoque quodam ac decoro & nua-
 „quam remittente volatu occupatos. Quæ-
 „rebat nonnunquam ex eis Sor. Joanna, quorsumnam volatu isto tendant, cum tamen semper DEO fruantur. Ad quod ei responsum dedere Seraphini: Soror, dicentes, quod in
 „tuis nos oculis gerimus, hoc fit ad te
 „edocendam, quid ipsa agere debeas,
 „prout alioquin bonum exemplum
 „optima est institutio. Sic nos in præ-
 „sentia DEI sumus nunquam cessan-
 „te volatu occupati, ut bene capias
 „intelligasque in Virtutis progressu
 „nunquam standum aut quiescen-
 „dū esse, quippe in spiritus seu animæ
 „navigatione omnis auræ tranquillitas
 „atque atrox procella & tempestas.
 „Anima quæ desiderat DEUM uti
 „tenetur amare, debet generosè in-
 „star Aquilæ sese excitare, debet nul-
 „lo non die fervorem suæ-juventutis
 „innovare, non debet præterita be-
 „ne facta respicere, sed futura, quid-
 „que adhuc agendum restat at-
 „tendere. Sic tu age amica Sororque
 „nostra. Renova favorem tuum ut
 „Aquila, induere fortitudine, no-
 „yamque incipe vitam vivere. Fac
 „quod Aquila facit, quæ cadaver e-
 „minus odoratur, eoque pernici vo-

latu fertur, ut se carnibus ejus sagi-
 „net, ita delectare tu corpore Christi,
 „qui se in Sacrosancta hostia ceu ca-
 „daver mortuū exhibet, sagina te at-
 „que impingua pretiosâ, ejus carne,
 „hâc escâ renovabitur spiritus tuus,
 „majorique indies robore atque ani-
 „mi vigore ad alta subvolabit. Hæc
 „& alia ejusmodi mirifica ei docu-
 „menta dedere 4. Seraphini, per quæ
 „Joanna accendebatur ac deflagrabat,
 „dum Cœlestes illi Spiritus in talle & ui
 „ejus lumen & cordi pariter ignes sug-
 „gerunt, quibus in divino amore colli-
 „quesceret & absumeretur.

At verò Christus Salvator noster jam dictâ institutione Seraphicâ neu-
 „triquam contentus erat, sed Sponsæ
 „suæ Joannæ Sanctissimam etiam suam
 „Matrem in Præceptricem ac Magi-
 „stram assignavit. Suprema hæc om-
 „nium Regina Joannæ edocebat in-
 „ducebatque, ut semetipsam parvi-
 „penderet, & annihilaret, quò eâ ra-
 „tione extolli posset. Instruebat illa
 „Joannam filiam suam, ad sese omni-
 „studio ad terram usque demittendam,
 „ut sic videlicet tantò altius in Cœlo
 „ascenderet. Dum quandoque Joan-
 „na nostra, postquam jam vulnera ejus
 „apparere desierant, in Oratione col-
 „lecta esset, vidit ad suam dexteram
 „Majestatem Divinam, ad sinistram
 „verò Archangelum Gabrielem unâ
 „cum Virgine MARIA, quæ collum
 „suum contegebat pretiosa quadam
 „fascia, seu monili cui insculpta erant
 „hæc verba: Ecce Ancilla Domini,
 „fiat mihi secundum verbum tuum,
 „Filia, agebat Regina Cœlorum; quo-
 „ties posthac ingressum ad Oratio-
 „nem facies, loco Isagoges, aut vice
 „proloq-

Itemque
 instituta
 ipsius Re-
 gina Cœ-
 lorum.

Adhorta-
 tio Sera-
 phica 4. So-
 raphinorū
 ad eximiu-
 landam Jo-
 annam ad
 profectum.

*Sui DEI-
que notitia
sunt cardi-
nes vite
spiritualis.*

proloquii hisce utere verbis, quæ ego protuli, dum in utero meo Virgineo Verbum DEI caro factum est. Nobilem hanc eximiamque institutionem Obediens filia intento animo condidit, fideliterque observavit. Cumque dicta sublimia verba proferebat, subita illi ac momento uno profundissima sui, DEI verò sublimissima cognitio infundebatur. Duæ cognitiones istæ, sunt veluti duo cardines, in quibus tota vitæ Religiosæ perfectio pendet ac sustinetur. Intellexit probe istud S. Augustinus, qui velut Aquila est in scientia, & velut Phœnix in dilectione. Singulare is desiderium hujus utriusque cognitionis corde aluit. Unde indefinens illi erat Oratio. O mi DEUS! dà ut noverim me, noverim te. Ambas hasce partes in eminenti perfectionis gradu consequuta fuit Sor. Joanna à JESU MARIA, assistentiâ & institutione supremæ Magistræ MARIÆ benedictæ JESU Genitricis.

Pari modo æternus Pater Sor. Joannæ Magistrum dedit Unigenitum Filium suum. Favorem istum excellens ejus Virtus opitulatrice Divinâ gratiâ promeruit, dum nimirum aliquando in Cella sua coram Crucifixi effigie orationi vacaret. Cæperat ea in Oratione cor ejus amore amoris sui Sponsive Crucifixi tam vehementer inardescere, ut protinus à seipsa discederet, atque in altum sublata, Crucifixum arctissimè complecteretur. Dum igitur Joanna illum suavissimè tenerimeque osculis distuaviat, audit vocem æterni Patris dicentem sibi, Filia, ego eum tibi trado: do illum tibi in Magistrum ac socium,

Porro Christus D. impositum sibi hoc munus adeò promptius lubensque suscepit, ut ab eo momento nunquam ab ejus latere discesserit, tamque illi prope junctus & præsens aderat, ut illa ipsa 7. 29 O. vitæ suæ hæc referat. Egomet ipsa conspexi oculos DEI, qui me respiciebant, videor, que mihi, eos nusquam non intueri. Illi porro in me causant tantam modestiam ac honestatem, ut cum ab eo quidpiam operis actura, in me protinus revertar ac dicam: O! DEI oculi me intuentur. Denique ut verbo absolvam, efficiunt, ut ego in perpetuo degam timore, ne DEUM offendam. Quæ præcepta ac documenta tanti roboris esse queant, ac talis oculorum DEI conspectus? Ultra hæc alia etiam Sponsæ suæ documenta tradidit Christus. Visus illi est in Cella sua clavis crucis adfixus, senis miræ elegantiae alis in forma cujuspiam Seraphini præditus, in qualibet alarum impressa una lectio fuerat. Ubi verò eas omnes Joanna legendo percurrit, deprehendit in prima ala sequentem lectionem fuisse, Qui me cupit amare necesse est mihi, complexu innectatur. In altera legebatur, is despiciat semetipsum. In tertia, Mortificatio. In quarta, Amor DEI. In quinta, Silentium. Postremò in sexta ala erat Obedientia, & separatio ab omni quod creatum est. Lectiones hæc, Divinique Magistri institutiones altissimè cordi discipulæ ejus fuere impressæ. Ipsa vero ardentissimo flagrabat desiderio eas omnes facto adimplendi. Scientia siquidem Sanctorum non in theoria contemplationeque duntaxat, sed præ-

In quo porro ardentissimo flagrabat desiderio eas omnes facto adimplendi. Scientia siquidem Sanctorum non in theoria contemplationeque duntaxat, sed præ-

præcipuè in praxi ac operatione consistit.

Denique novum nunc Sponsa Christi orsa est vitæ initium, capiteque denuò maximo fervore DEO servire. Ut verò novâ Aquilæ juventâ, virtutis volatu tanrò subvehetur altius, tale summus ejus Præceptor ac Magister medium adhibuit, eique dixit: Joanna incipe continuo te parare. Volo tecum rationem ponere. Ipse ego cognitionem capere volo tuæ vitæ. Assume tu ex parte tua quempiam causæ tuæ Patronum & actorem. Pavebat cum primis horrebatque Sponsa Christi DEO rationem reddere, quantum vis plurimum de misericordia ejus consideret. Ut tamen Ancilla D. Majestati ejus obsequeretur, Clementissimam Virginem MARIAM cum castissimo Sponso suo D. Josepho Patronos causæque advocatos renunciavit. Notarium verò ac Exceptorem S. Joannem Evangelistam, Procuratorem suum S. P. Franciscum, Referendarium S. P. Dominicum, Fisci Procuratorem D. Thomam de Aquino, Auditorem causarum Eximium Doctorem D. Augustinum unâ cum Seraphico Doctore S. Bonaventura. Hæc ergo Officia, ubi sic in forma judiciali fuere distributa, quotidie hi SS. advenêre ad supputandas Joannæ rationes. Sponsa verò Christi, durante hoc ratiocinii & calculationis tempore, suffundebatur pudore, nescia quid ageret, quove se verteret. Videbatur etiam illi SS. Patroni ac Procuratores quoque pudore suffundi, dum multiplicia DEI dona favores perpendunt, quos à Benignif-

simo DEO est Joanna consecuta, & quòd pro hiis omnibus nulla fieri posset satisfactio. Angebatur Sponsa DEI gravibus inquietisque curis, nec erat aliud, quàm ire iterumque ire, ac redire ad Angelorum Reginam, eamque amaris calidisque obtestari lacrymis, velit sua Majestas tanquam Mater Misericordiæ, in hoc Divinæ Justitiæ judicio sibi adesse seque tueri ac defendere. O! Ita me salvet DEUS! Ut pii Christi fideles expavescunt cum DEO rationem ponere, perverti verò ac impii nihil pertimescunt, qui tamen tam malè cum calculatione sua rationibusque subsistunt! Post dies aliquot acciri jubet Christus Joannam, ut coram se compareat. Cumque præsens adesset Sponsa, quid agis Joanna? inquit. Jamne finem subducendis rationibus tuis imposuisti? Domine, respondet Joanna, rationum mihi liquidandarum diluendarumve is est numerus, ut non credam eas aliquando finem habituras. Denique die dictâ, Ancilla DEI judicio se stitit, porrò rationum ejus series crudè cum primis ac prædurè recensita, Tumque ad eam Justus Judex. Joanna, nunc rerum tuarum statum percipisti; ecquid novi habes ad defensionem tui proferendum? Nequaquam Domine, respondet magno cum tremore Ancilla ejus, nil mihi suppetit dicendum. Age igitur, inquit Christus, si nihil habes quod obtendas, ergo jam necesse est, ut sententia proferatur. Ego tamen eam proferre nolo; tu ipsa eam tibi edicito. Bene est, ait Sponsa ejus, quando id fieri

*Piè bonique
semper u-
nent, mal
securi-
gnus.*

„fieri est necesse, ego judico, in con-
 „sideratione tot nozarum peccato-
 „rumque, & ingratitude pro tot
 „à te perceptis beneficiis, ut Gehen-
 „næ flammis addicatur, ibique omnes
 „damnatorum pœnas ac tormenta per-
 „petiar, & quidem parva hæc adhuc est
 „pœna pro tam multis ac supramodum
 „gravibus meis erratis, delictis ac per-
 „peram actis. Sententiâ prolata cæpit
 „S. Joannes Evangelista quiddam scri-
 „bere, deincepsque chartam Joannæ
 „exhibuit dicens ut scriptum legat. Ac-
 „cepit illud in manus Christi Sponsa,
 „verlat ac reverlat, summoque studio
 „iteratò parte utrâque inspicit, dum
 „verò eam semper nitidam albamque
 „vider, reddit S. Joanni dicens; S.E.
 „vangelista, lege tu illud, nam ego
 „non video quid scriptum sit. Fuit
 „hoc scriptum de manu in manum tra-
 „ditum ab ea semper inspectam, dum-
 „que illud D. Joannes manu teneret,
 „videbatur Sponsæ Christi charta
 „conscripta, cum verò ipsa in suas ma-
 „nus illam acciperet, visa est pura &
 „inexarata, Quinque hoc illi vicibus
 „contigit, donec Christus D. reniden-
 „te ore blandâque voce diceret: Filia,
 „nunc tibi remissa sunt peccata tua,
 „deinceps verò novum rationarium
 „librû inchoare debes, Ordienda tibi
 „est novæ vitæ tela, perinde ac si jam
 „nunc in mundum venires, summo-
 „que conatu adnitendum potius mo-
 „ri, quàm me offendere. Cupiditates
 „atq; adversæ affectiones in te mor-
 „tuæ sint oportet. In anima tua ne-
 „mo alius dominium regimenque
 „obtinere debet, præter me unum ac
 „solum. Ad portum salutis magno ac
 „præceleri cursu tibi est contendêdû,

Eò semper intentio tua ferri debet,
 eò ego te condidi. Sicque finem di-
 ctis Christus imposuit, suamque illi
 sanctissimam benedictionem imper-
 tit. Porò Sor. Joanna ad pedes ejus
 accidit, copiosiusque ac calentibus per-
 fusa lacrymis magno cum gaudio
 summas Majestati ejus gratias egit.
 Sanctissima verò Virgo cum aliis SS.
 amantissimè ac summa cum exulta-
 tione Joannam complexi deinceps ei-
 dem vale dixere. Quis jam exprimere
 verbis queat, quid Divina hæc in An-
 cilla DEI sit operata gratia, aut quo ea
 pacto sese posthac gesserit? Ordina-
 vit sic DEUS, ut ipsa hoc patefeceret,
 nam alioquin nemo id efficere po-
 tuisset. Ita ego, ait illa, posthac con-
 stituta fui, ut me ipsam non nôrim,
 adeò etiam in DEUM introversa
 sum, hujusque vitæ tam immemor,
 ac si nunquam in mundo vixissem,
 Magnam item infero mihi violen-
 tiam, ut reminiscar an mihi ipsi sim
 præsens. Adhæc tam anxio feror in
 DEUM desiderio, ut mihi nonnun-
 quam videatur vita mea finienda,
 Exporior etiam in meo corpore tan-
 tam alacritatem vivacitatemque, ut
 existimem nec dimidium annorum
 ætatisque me habere, quam habeo,
 neque ullius cibi somnive egeo.

Posteaquâ Sor. Joanna ad prædi-
 ctum modum Cœlestis Sponsi sui operâ in
 spiritu est renovata; ante omnia pru-
 dens ac provida Virgo suæ Profes-
 sionis vota renovavit. Agebatur hæc
 renovatio coram quodam parvulo
 JESU, quem illa semper apud se ha-
 buit. Tum verò & reliquæ Sacri ejus
 Cœnôbii Virgines ad eandem voto-
 rum renovationem à Sorore Joanna
 incita-

*Et qualis
 illa fuerit
 vide.*

*Renovatio
 votorum à
 Joanna &
 Conforori-
 bus usur-
 pata.*

*Christus
 præterita
 Joanna er-
 rata abolet
 & ad no-
 vam or-
 diendam
 vitam in-
 struit.*

incitabantur. Congregato igitur grege innocentium istarum candido vellere ovium apud nostram pulchram Rachelem Sponsam DEI JOANNAM, cunctæ Sorores eo, qui sequitur modo, professionem suam renovârunt. Accepit una quæpiam Infantulum in manus, atque tum de novo Professionem votorum faciebat: quo factò, tradebat proximæ Sorori Infantulum, hæc verò iteratâ Professione, portigebat tertiæ, atque eo pacto innovabant universæ tradito de una manu in alteram parvulo, suæ Religionis vota. Dum aliquando in hoc pulcherrimo exercitio 10. aut 12. illarum unâ versantur, Sacer ille pupulus è manibus earum evanuit, earumque sese aspectibus subtraxit, unde non parvâ mœstitudine Sorores illæ affectæ fuêre. Dominus autem non longè post earum misertus, curas & angores convertit in gaudium, dum post triduum pusionem illum ad lineam seu funiculum è quo D. Francisci imago pendeat reperit. Aliâ verò vice cum Infantulus ille ad ægrotantem quandam Sanctimonialem allatus fuisset, iterum toto triduo disparuit. At verò post tres dies dum Sor. Joanna cum aliis duabus Monialibus in Claustro staret, omnes tres conspiciunt illum in quodam supra modum specioso flammanteque caudice, seu stipite advenientem, & postquam per Chori circuitum se circumegesset, iteratò in priore loco collocasse, nimirum ponè præfatam S. Francisci effigiem, quæ ex uno Chori latere sita est. Asservant velut pretiosum thesaurum in hodiernam usque diem Sacræ illæ Virgines cum

*Miro cum
Infantis co-
ram quo
sibat ludo.*

Infantulum, pellucidâ è Christallo ci-
stellæ inclusum, argentoque undique
circumornatum. Ante hunc JESU-
LUM renovant semper sua Religio-
sa vota, sequunturque in hoc suam
Venerabilem Matrem amabilemque
Magistram Sor. JOANNAM à JESU
MARIA coram hoc Infantulo vota
sua renovare solitam. Juventutemque
suam in modum Aquilæ instaurare.

CAPUT VII.

*Unus è 4. Seraphinis configit jaculo cor
Sor. Joanna. Christus deinde cor eius è
pectore eximit illudque purificat. In quo
idem Sponsus Cœlestis renovat cum
Sponsa sua Joanna spirituale conju-
gium, mutuoque corda
permutant.*

CONSUEVERANT olim Perfarum Re-
ges pacta nuptialia sanguine sui
pollicis subscribere & confirmare.
Christus vero summus Rex honoris
ac Sponsa ejus Sor. JOANNA à JESU
MARIA non digitorum suorum sed
prorsus sui cordis sanguine spiritualis
connubii fœdera confirmârunt &
subsignârunt. In hunc finem Domi-
nus cor Sponsæ suæ JOANNÆ prius ab
omni humana & imperfecta affectio-
ne ac propensione, omni denique ter-
reno pulvere mundare, ac Cœlum
quoddam penitus reddere voluit,
quod in hunc, qui sequitur modum
evenit. Dum JOANNA quodam tempo-
re in altissima esset contemplatione
absorpta. Visus est illi Seraphin in
specie pusilli rutilique; sed supra mo-
dum omnem venusti adolescentuli,
gerebat is manu instrumentum quod-
dam instar radii coruscantis, qui ad
modum sagittæ aut teli in capite mu-
cronatâ

eronaâ præcutâque acie cuspidem præferbat : cum ergo is Cœleste hoc jaculum manu vibrasset, in pectus Sponsæ Christi Joannæ illud immerfit, sic ut spiculum illud cor ei penetraret. Ue verò postmodum è pectore fuit eductum, remansit Joanna suavissimo quodam deliquio sui impos, perinde ac si mente vitâque ipsâ destituta esset, ita ut putaret moriendum sibi esse, sed verò tam amabili, placidâ dulcique morte, ut amans Sponsa arbitraretur, nullam toto hoc Orbe vitam uspiam reperiri posse, quæ cum hac morte componi queat. Profert id magno sinceræ mentis candore in lucem Joanna, dum in sancta sua simplicitate ita in Vita sua loquitur:

„ Postquam Seraphinus me saucia-

„ vit, cum postea telum extraheret,

„ ferè mortuam me reliquit. Hic verò

„ difficulter explicare poterò, quid

„ tunc anima mea per se ferit, hoc solû

„ dico, suavissimam fuisse mortem,

„ neque me iterum vitæ isti reddi

„ voluisse, ne videlicet rursus cum

„ creaturis agendum convertendum-

„ que mihi esset. Siquidem notabilis

„ pœna est animæ ita constitutæ cum

„ aliquo mortalium agere, quippe cui

„ cunctæ res hujusce vitæ sunt acerbæ

„ mortis instar. Ex effectibus istis li-

„ quidè colligitur, cor Divinæ hujus

„ Sponsæ ab omni humana affectione

„ ac propensione purgatum fuisse. Por-

„ rò Sponso illius non sufficiebat, quod

„ illud manu Seraphini Divino spiculo

„ vulneratum esset, sed ipsemet cor illi

„ è pectore extrahere, atque rursus e-

„ dem suâ manu reponere voluit.

Dum Sponsa ejus die postera in sua Cella Orationi vacat, apparuerunt ei

Gloriosi Patriarchæ Dominicus & „ Franciscus & ajunt : Filia præpara „ te : DEUS ad visendam te advenit, „ mira magnaque prodigia patratu- „ rus. Tum verò omni possibili mode- „ stia summâque reverentiâ parabat sese Christi Sponsa, atque DEI sui adven- „ tum expectavit. Interea videt duos Angelos Cellam ingredi, quorum quilibet manu dextrâ novaculam ex- „ cutâ probè acie ferebat; quos illicò secutus advenit Christus D. acceden- „ que Sponsam suam, è novaculis unam „prehendit, eademque una ex parte pe- „ ctus illi aperuit, cumque Sacrosan- „ ctos digitos suos per aperturam vul- „ neris introitus immisisset, cor suæ Jo- „ annæ inde eduxit, tribus illud scissuris „ discidit, Divinisque suis manibus ita „ compressit, ut sanguis è scissuris ef- „ flueret. Quoniam verò cor Joannæ; „ parte unâ decoloratum erat, validius „ adhuc illud pressit, donec rotum ru- „ tilum, adeoque clarum ac perspi- „ cum quàm pyropus appareret. Sponsa mea, inquit postmodum ille: „ nunc est cor tuum ut esse debet, li- „ cetque tibi nunc puro corde à me „ postulare, quodlibet. Grande hoc „ miraculum, non per visionem, qua „ menti aut imaginationi ejus repræ- „ sentaretur, sed corporaliter contigit; „ sic ut Sponsæ Christi actu ac realiter „ pars ea pectoris vulnere 4. digitorum „ aperta hiansque manserit, quod illa „ intra quartumdecimum diem pera- „ cribus medicamentis curavit, cicat- „ rix item ejus omni deinceps tempo- „ re perseveravit. Vix istud amoris vul- „ nus per sanatum coaluerat, iterum „ Divina Majestas dilectæ Sponsæ suæ „ apparuit, iterumque eodem loco pe- „ ctus

Admiran-
dum quid
circa Joan-
nam actum
corporali-
ter.

Idque se-
cundo.

stus illi aperuit, suâque manu cor il-
 lius tractavit versavitque, ut eò aptius
 Divino igni accipiendo redderetur.
 » Falia, aiebat Sponsa sua, istud ego
 » ago, ut agnoscere queas quantum
 » intersit inter pristinum tuum & mo-
 » dernum cor. Erat ante sanguis qui
 » inde fluxit decolor & pallidus, nunc
 » verò totus est ruber. Volebat per
 hoc Sponsa sua Dominus innuere,
 quod ea nunc suâ Divinâ gratiâ, ab
 omni imperfectionis nâvo purgata
 esset. Igitur posteaquam Sor. Joana,
 uti narratum est, per gratiam DEI
 pura purgataque reddita & Divina
 est effecta, spiritale suum Connubium
 cum Sponso suo Cœlesti reno-
 vavit, ratificavit, confirmavit. Id ad
 modum sequentem peractum fuit.
 Dum quandoque Sor. Joanna in præ-
 alta contemplatione esset posita, vi-
 tendam se illi obtulit Regina Cœlo-
 rum, unâ cum S. Matre Clara, S.
 Catharina Senensi, S. Mater Teresa à
 JESU, D. Ursulâ cum suo undecim
 millium Virginum exercitu, aliisque
 innumeris Divis Cœlitibus. Regiam
 Matrem è vestigio sequebatur San-
 ctissimus Filius Christus JESUS,
 suis Sanctis Cœlitibus & Angelis com-
 mitatus. Ubi ergo totus hic Cœlestis
 Conventus ante Regem Dominum-
 que suum constitit, cepit Regina
 Cœli loqui Sor. Joannæ dicens: Filia
 » cernis hic Sanctissimum meum Fi-
 » lium, qui huc advenit ad ineun-
 » dum tecum spiritale conjugium,
 Hæc ubi dicta audiit Ancilla D. pro-
 fundissimâ demissione humi sese ab-
 fecit, atque ita solo strata respondit.
 O Dominatrix Cœlorum, haud
 ego tanto sum favore digna. Non fit

istud, reponit Regina, eò quòd tibi
 aliqua insint merita, ita namque
 non magnam rem præstaret Filius
 meus, si te meritam ad tantam dig-
 nitatem attolleret. Animus ei est te
 cita tua promerita hoc tali benefi-
 cio efficere. Hæc dum profert supra-
 ma Orbis Regina, accepit dextram
 dignissimi Filii sui, ac humilis Sor.
 Joannæ, ambasque has manus unâ
 junxit, eademque fasciâ seu vinculo
 quodam circumvolvit, quod s. magni
 pretii gemmis in formam Crucis con-
 cinnatum erat; Sponsa verò pretio-
 sum valdè Rosarium è collo suspen-
 dit. Divinus porrò Sponsus favoris
 eximii donis Joannam suam magni-
 ficè excoluit. Quippe manum suam
 pectorie ejus admovit, corque ejus in-
 de exemit ac dixit; Sponsa mea ite-
 rum ego tibi cor è pectore educo in
 spiritalis hujusce connubii monimen-
 tum. Tum Sponsa sua ostendit quod-
 dam cor ardens ac undique flagrans
 & ait; Joanna mea nostine cor istud?
 Sponsa verò ejus sollicitè cor illud
 circumspexit, quod ei Sponsus mon-
 strabat & ait; Mi Domine, non vide-
 tur hoc illud cor esse, quod tua Ma-
 jestas è pectore mihi exemit, verum
 est, Sponsa mea, respondit D. Hoc
 est cor meum, & tu illud habere de-
 bes, quandoquidem ego tuum ge-
 ro. Intremuit enim verò ad singulare
 istud promissum Sponsa humilis,
 metuebatque ne fortè totum hic sit
 stygii veteratoris illusio. Dominus
 verò cogitationibus ejus continuò
 ivit obviam alteque suspirabundus
 exclamavit. O te filiam Adæ! Quo-
 usque tandem perseveraturus est
 hic tuus pavor? Quid times, ubi ti-
 mendum

Iterum Jo-
 anna spiri-
 tuale Con-
 jugium ce-
 lebrat.

„mendum non est? Quando mihi
 „tandem fides, tibi que persuadebis,
 „hæc omnia meos esse favores ac
 „gratias, quas ultro tibi confero?
 „Domine, respondet ejus Sponsa,
 „quandoquidem gratias istas ego
 „non mereor, non magnum sanè est,
 „si ita paveo. Ita est, inquit Dominus,
 „At nonne vides quid hi favores in
 „anima tua operentur? Ecquid expe-
 „ritis eam per hoc magis verecun-
 „dam humilem quæ reddi? Profectò
 „clarum hoc certumque est indi-
 „cium, eas à me gratias proficisci.
 „Has igitur tu profundâ humilitate
 „atque animo devoto excipe, agno-
 „scendo te tantos favores minime
 „promereri. Post hæc Sponsæ suæ
 Dominus manus porrexit, eam à ter-
 ra levavit, amantissimeque juxta se se-
 dere fecit; ac denique ubi Joannam
 suam singularibus demulsit blandi-
 tiis, maximâque significatione amo-
 ris amplexus fuit, cor ei suum tradi-
 dit, atque in sede pectoris ejus collo-
 cavit, talique pacto duo hi amantes
 corda sua mutuo permutavêre. Chri-
 stus D. retinuit cor Sponsæ suæ Jo-
 annæ, ac Sor. Joanna possedit cor
 Sponsi sui Christi D. His peractis ac-
 cesserunt Cœlestes Genii cum eximii
 candoris veste, eique dixêre, Soror
 „nostra, hæc tua est vestis nuptialis,
 „Vide sis ut toto vitæ tuæ tempore
 „indumentum istud studiosè conser-
 „ves; adverte quoque quòd in tam
 „nitida tamque puri candoris veste,
 „minuta quæque nigricans macula
 „luculentius sese proder. Convestitâ
 ad eum modum Sponsâ, ante pedes
 Sponsi sui provoluta, summa cum
 „humilitate ait ad eum: Aspice hic

nihil. Sponsa mea, respondet Domi-
 nus, cunctas res ego ex nihilo crea-
 vi, atque sic è tuo nihilo miseratio.
 nes meæ te sublevabunt. Hisce
 Christus D. Sanctissima item ejus
 Mater, illi benedictione impertitâ
 valescêre. Porro referre in tabulas
 ac subsignare pacta hujus spiritualis
 Cœlestisque Connubii, in aham qu-
 que diem consensu distulêre.

Quid verò nunc nobis de hæc
 Sponsa Christi, quæ corde Divini
 Sponsi sui vivit, sentiendum? Cor
 ex doctrina Philosophi (*Arist. l. 3. de
 part. animal.*) est principium vitæ.
 Cor facit aut monstrat primigenium
 spiritum vitalem cum omnibus suis
 operationibus. Cor est primum vi-
 vens & ultimum moriens. Quam er-
 go putamus hanc puram innocen-
 temque Creaturam vixisse vitam,
 quando illi principium vivendi cor
 erat DEI ac Domini sui? Ipsa de hoc
 aliquid nobis innuit sequentibus ver-
 bis. Cor suum ille mihi tradidit, vi-
 deoque istud longè aliud cor esse,
 ac erat meum prius. A mundi terræ-
 que rebus tantopere id alienum se-
 gregatumque est, veluti si in mun-
 do non degam. DEUS sit benedi-
 ctus, quòd hæc separatio indefi-
 nentia merita operetur, quodque
 amor DEI in me proficiat & au-
 gelcat, idque tantopere, ut ego non
 vivam, nisi tunc duntaxat, quando
 cum illo ago, aut cum iis mortali-
 bus, qui me ad pressiore cum Di-
 vina ipsius Majestate unionem ani-
 mant, incitant, & confirmant. Hoc
 illud est, cui anima mea est aggluti-
 nata; & si fas esset, me ab hoc corpo-
 re miseraque ossium compage solvi,

O o 3 magni

Christus
 D. cor Jo-
 anna gerit,
 summaque
 illi in pe-
 ctore collo-
 cat.

Qualis illa
 exinde eva-
 serit.

„ magni beneficii loco id haberem.
 „ Quò nimirum à cunctis omnino
 „ rebus liberæ solutæque esse liceret.
 „ Sum etiam in omnium calamitatum
 „ afflictionumque perpeſſionibus o-
 „ ptimè contenta, ita ut in hoc unica
 „ mea ſit quies & relevatio. E contra
 „ verò contriſtant me gratiæ quas à
 „ Domino percipio, quandoquidem
 „ eas minimè promeror.

Advenerat jam dies, quo ante di-
 lecta Nuptialis Cœleſtis conjunctio
 deberet ſcripto comprehendere ac u-
 trinque obſignari. Itaque dum Spon-
 ſa Chriſti in Oratione ſua intimè col-
 lecta eſſet, apertum eſt Cœlum, erat-
 que Cœleſtis Pater cum univerſa ſua
 Cœleſti aula quaſi paratus ad ſpe-
 ctandam quandam celeberrimam ſo-
 lennitatem. Poſt hæc dilecta DEI
 Sponſa conſpicit advenientem Spon-
 ſum ſuum, Gradiebat ſe ante eum S.
 Petrus Martyr Crucem præferens,
 quæ inſtar vexilli in altum ſubrecta
 erat. In Crucis apice viſebatur velut
 Corona Regia, in cujus medio duo
 clavi erant infixi. S. Martyr apud
 Sponſam Chriſti quietus conſtitit,
 Divinaque Majeſtas utrumque cla-
 vum à Crucerefixit, eoſque manu ſua
 „ dextrâ tenuit. Sponſa mea agebat
 „ Chriſtus, Maritalis conjunctio eſt
 „ inſeparabile vinculum unionis, quo
 „ vir ac mulier unum fiunt. Pari ra-
 „ tione ambo nos unum eſſe debe-
 „ mus, & quidem eo modo, ut nihil
 „ nos ſeparare queat. Unum noſtrum
 „ velle una voluntatis affectio, unum
 „ cor noſtrū eſſe debet. Dū hæc amo-

Chriſtus
ſuum atque
Joanna cor
clavis tran-

re ſaucius Sponſus dicit: ſuum Spon-
 ſæque ſuæ cor accipit, jamque dictis
 clavis utrumque uſque ad eò arctè

conclavat, ut unum è duobus fieret. *ſadign. ni.*
 Sanguine verò utriuſque amantium *que unum*
 cordis, verba ſequentia ſcripſit: *efficit.*
 Tumea es, & ego ſum tuus. Scri-
 pturam quoque iſtam æternus Pater
 ſummo gaudio atque complacentiâ
 comprobavit, ratam habuit bonum-
 que factum pronuntiavit. Admiran-
 dum in rei veritate præactum eſt
 connubiale vinculum: beneque ad-
 tendū, quòd Chriſtus cor ſuæ Sponſæ
 clavis Crucis ſuæ non ſine cauſa con-
 fixit. Siquidem, ut D. Bernard. ait *Quid ſis*
ſerm. 61. in Cant. Clavi Chriſti ſunt *clavi Chri-*
 clavis Divini Gazophylacii. Quia er- *ſti.*
 go amans Sponſus cor ſuum Spon-
 ſæ ſuæ tradidit, ſuos etiam cla-
 vos, id eſt clavis theſaurorum ſuo-
 rum ei tradere voluit.

Sic ubi Sponſus Cœleſtis cum
 Sponſa ſua Cœleſte Conjugium ſan-
 civit, illudque magnâ amoris ſignifi-
 catione ac benevoli affectûs exhibi-
 tione obſignavit & denique conclu-
 ſit, reſtabat adhuc ut debitum quod
 hinc utrinque enatum eſt Sponſæ ſuæ
 denunciaret. Adfuit ergo unâ die-
 rum ſequentium Chriſtus in Cella
 ejus, & dixit: Quid agis Joanna?
 Columba mea quid agis? Domine,
 „ reſpondit illa, hic eſt nihil. Domi-
 „ nus iterum: Dilecta mea inquit ni-
 „ hilum iſtud me in amorem rapit.
 „ Age poſthac res meæ tibi ceu veræ
 „ Sponſæ maximæ curæ ſint oportet.
 „ Ego quoque tanquam verus Spon-
 „ ſus res tuas curabo. Siquidem nunc
 „ certum tibi eſt ac perſpicuum, me
 „ tuum, teque meam eſſe. O verè
 „ magnum mirumque prodigium in-
 „ finitæ, inexhauſtæque DEI Beni-
 „ gnitatis! Dicit Joannæ Majeſtas
 „ ejus:

ejus. Ego sum tuus, atque ut talis res tuas curare debeo. Quid ad hæc dicturus esset Princeps Philosophorum Aristoteles, qui *lib. 8. Ethic. c. 6. & 7.* id pernegabat, putabatque omninò esse impossibile, ut inter DEUM atque homines amor ac amicitia oriri possit, quandoquidem fundamentum amicitiaæ atque amoris in paritate ac similitudine inter duos amantes consistit; DEUS porò nihil similitudinis paritatisque habet cum homine. Quid oro cogitaret, si nunc actu & experimento disceret, non solum veram amicitiam amoremque DEUM inter atque homines, sed etiam constantem omninò ac perpetuum oriri ac intercedere? Verùm quod mundi Sapientes naturali rationis lumine assequi & comprehendere non potuere, id Benignitas DEI in Sponsa sua Sor. Joanna à JESU MARIA perfecit. Ipsi sit æterna laus in Cælo & in terra. Amen.

CAPUT VIII.

Hortatur ac excitat Sponsus Cælestis Sponsam suam ad patiendum pro peccatis totius mundi; eisdemque exponit, quam graviter humana malitia Divinam ejus Bonitatem laceſſat.

Juxta tritum passimque in vulgus notum Aristotelis effatum (*lib. 9. Ethic.*) Amor amantem in amatum transmutat, tamque amabilem creat metamorphosim, ut amantis anima, magis ibi sit ubi amat, quàm ubi animat. Ex quo consequitur, quòd cum amati corpus in mœrore aut dolore

est, anima amantis adeò dolore fauciatur, ut sincerus amator omnia sit perpassurus tormenta, modò sibi amatus nullum sentiat dolorem ac penam. Quare cum Cælestis Sponsa perspecta esset Sponsæ suæ amoris in se magnitudo, ipseque cuperet Joannam suam ad patiendum pro mundi noxis ac sceleribus excitare, principio illi liquidò monstravit, quàm crudè graviterque is ab hominibus offendatur. Primum visa est Sor. Joannæ Regina Cælorum, non jam sole vestita, sed lugubri veste amicta, lacrymantibus oculis, dejecta immodicè ac tristis. Sor. Joanna dimidio sui ferè præ mortua fuit, ubi suam supremam Reginam tali schemate conspexit. Quid hoc rei est ô Regina, inquit Joanna, quæ tanta in modestia lætatur, que versatur Majestas tua, que lætitia est totius Cælestis Hierusalem Civitatis DEI? Ploras tu, quæ gaudium es & exultatio Cæli, Sanctorumque ac Electorum DEI jubilus? O Clementissima mortalium Regina, quoniam è malo tam tristis ac insolitus tui aspectus originem ducit? Filia mea, ait compassione plena Regina, ne mireris, quod talis me in forma intuearis. Si videres quæ ego video, æquè id ageres, quod ego ago. Video namque toto Orbe mortales velut effrenes beluas sine respectu atque reverentia, quam Divinæ Filii mei Majestati debent, eum laceſſere atque offendere. Hæretici eum persequuntur ut hostes aperti. Qui verò Ecclesiæ Catholicæ sunt incorporati, non verentur sub velo ac pallio amicitiaæ DEUM ac Salvatorem suum ve-

nunda-

„ nundare. Illi evertunt bello armo-
 „ rumque potentiâ materialia, hi in
 „ pace inquinant ac profanant viva
 „ ejus templa. Illi ad lumen, quod
 „ intuentur cœcutiunt, istos verò ex-
 „ cœcat fulgor lucis quæ illos irra-
 „ diat. Quis è Catholicis est, qui o-
 „ culos suos in Cœlum attollat? Quis
 „ recogitat, quòd DEUS eum intuea-
 „ tur? Quis bonitatem ejus amat, iram
 „ furoremque metuit? Quis admira-
 „ tur Sapienciam ejus, & providentiæ
 „ confidit? Cerno ego majori ex par-
 „ te inter Christi fideles scelera ipsâ
 „ consuetudine crescere, effrenem-
 „ que impudiciæ licentiam undique
 „ invalescere. Mendacia veritatem
 „ exhibitant. Prudens, providus, mo-
 „ destus cautusque homo fabula ri-
 „ susq; est vulgi. Humilitatē superbia
 „ velut vincam catenis premit. Im-
 „ probæ cupiditates regimē obtinent,
 „ ducunt seducuntque intellectum
 „ ac rationem suo errore, velut man-
 „ cipium & criminum ancillam. Vi-
 „ deo quòd nunc scelera condecens
 „ cujusdam urbanitatis loco, scanda-
 „ la verò decora ornamentaque re-
 „ putentur. Improbis homo lauda-
 „ tur auditque bonus, è contra virtu-
 „ te pæditus ut malus contemnitur.
 „ At omnium est pessimum, quòd
 „ istud quantumvis ingens malum,
 „ nullo consilio, nulla ope ac remedio
 „ emendari curatique queat. Nullam
 „ in peccatoribus emendationem
 „ pœnæ operantur. Experimenta ip-
 „ sa editaq; sub oculorum conspectu
 „ periculorum exempla, sapere illos
 „ non docent. In cunctis rebus surdi
 „ sunt, perinde ac ii qui ad nihili cata-
 „ stas accolunt, ubi nimirum is in-

„ genti fragore in mare se præcipitat,
 „ Annon sanguineis lacrymis deploro-
 „ randum quòd tantâ facilitate ac
 „ promptitudine, ceu per ludum in-
 „ finita DEI Bonitas à mundo con-
 „ temnatur, passimque offendatur?
 „ Hæc est, filia mea, tristitiæ meæ &
 „ lacrymarum causa. Ideoque sume
 „ animum teque excita ad patien-
 „ dum pro mundi sceleribus, quo
 „ DEI dolores tuis doloribus lenian-
 „ tur, quos illi innumera multiplicia-
 „ que hominum peccata accersunt.
 „ Hæc est voluntas Filii mei, eritque
 „ id illi summè acceptum. Tu dilecta
 „ ejus es Sponsa, age igitur, quod ger-
 „ manam veramque Sponsam ejus
 „ decet.

His dictis Regina Cœlorum vide-
 ri desiit, at verò cor Joannæ demet-
 sum erat in mari amaritudinis ac in-
 timi doloris. Ut porro Sponsa Chri-
 sti magis adhuc magisque accenderetur
 ad patiendum, Christus D. ipse
 peculiari quodam modo Joannæ lux
 exponere voluit omne id, quod SS.
 ejus Mater jam illi insinuaverat. Pa-
 lam illi fecit abominationem quam
 per id tempus hæretici in Gallia, Hol-
 landia Angliâque patrabant in Ca-
 tholicam Christi Ecclesiam, quod-
 que complures Catholici Principes
 fœdus cum eis inierint, suisque armis
 eisdem astiterint; sic ut hæretes jam
 nunc sub Catholicorum vexillorum
 umbra triumphent. Altè item infige-
 bat animo Sponsæ suæ ejus tempo-
 ris Regnorum Hispaniæ discrimen,
 eò quòd in iisdem Regnis gravissima
 crimina committerentur. Exponebat
 itidem non sine magno sensu doloris
 persecutionem, quam servi sui cogere-
 rentur

rentur subire ac perpeti. Postremo
 ceu in terribissimo speculo eidem visen-
 da exhibuit omnia mundi scelera &
 abominaciones, aitque ad eam voce
 perquam lamentabili & affectuosa.
 „ Vides hic filia, quo mecum pacto
 „ homines in mundo agant, ab infi-
 „ deli usque ad Christianum, ab He-
 „ terodoxo ad Catholicum, à Laico ac
 „ sæculari ad Clericum, à Clerico
 „ ad Religiosum. Sponsa mea, quid
 „ Sponso tuo fiet, si tu nullam ejus
 „ rationem habeas, nec mihi compa-
 „ tiaris, dolores meos non mitiges, te-
 „ que ad patiendum excites & accin-
 „ gas? Postrema hæc verba ignitæ in-
 „ star sagittæ cor Sponsæ illius ad eò po-
 „ tenter penetravere ac inflammavê-
 „ re, ut tota flagrantissimo zelo perci-
 „ ta, aliena peccata & malefacta puni-
 „ re & expiare in seipsa arderet. Tô-
 „ rum itaque suum corpus nudat, di-
 „ verberatque illud à planta pedis ad
 „ verticem capitis, tam dirè ac incle-
 „ menter, ut Christus ipse ultra eam
 „ progredi vetare debuerit dicens: Sa-
 „ tis est Sponsa mea, Vita tua porrò
 „ adhuc est necessaria. At verò brevi
 „ post Christo Servatori nostro dolores
 „ recrudere, ita ut necesse esset Joan-
 „ nam denuo ad tolerandum adhortari.
 „ Visendum se illi præbuit Sponsus
 „ cruentis undique, recenterque illatis
 „ vulneribus ad columnam ligatus, ve-
 „ luti jamjam viridi crudoque facinore
 „ flagris fuisset conscissus, indicavitque
 „ is Joannæ suæ ferreas catenas huma-
 „ norum criminum illi tam inhumanè
 „ vulnera hæc intulisse. Scindebatur
 „ spectaculo isto altissimis vulneribus
 „ cor Sponsæ ejus, quæ ubi in conspe-
 „ ctu Sponsi sui corpus nudasset, quam-

plurimos acresque sibi ictus infixit, dum pro
 non sine ubere sanguinis profluvio, peccatis ho-
 deinde in genua provolvitur, calidif-
 que perfusa lacrymis ait: Dilecte
 mi, oro ne posthac te mihi tali specie
 videndum præbeas. Non sum illi fe-
 rendo. Et quia Majestatem tuam
 delinire nequeo, rogo ut me de hoc
 mundo tollas. Siccine, ait ad hæc
 Christus, jam te pati piget? Morine
 vis? Domine, reponit Sponsa ejus,
 nullam ego præter tuam habeo vo-
 luntatem, volo quod ipse vis. Bene-
 est, ait Dominus, jam pro certo ha-
 be, mundo me finem positurum,
 si tu ei desis. Imò jam finem habuit
 set mundus, ni tui causa sustentare-
 tur, nisi que tu me continuisses. Er-
 go, ait Sponsa ejus, si hoc ita vis, ut
 ego scilicet pati debeam, ajo ego me
 pati velle usque ad mundi finem.

Ubi Christus D. vidit Sponsam
 suam ita scitibundam pro peccatis
 mundi pati, flagellationem suam ad
 columnam iterum magisque pathetice
 ac sensibilibiter illi repræsentare
 voluit. Apparuit ergo illi velut inter
 duo luminaria arctissimè ad colum-
 nam revinctus, eratque Dominus
 quâdam, nec multum clarâ nec ob-
 scurâ nube circumfusus. Vidit illum
 totum pallentem, mæstum plenum-
 que dolorum, contuebaturque super
 Sanctissimum ejus corpus aliquot
 flagrorum ictus vibrari ac coruscare,
 ejusque pulchritudinem in cruentam
 speciem versam. Non quidem cerne-
 bat à cujus manu illos ictus excipe-
 ret, verumtamen perspicuè videbat
 quòd flagellaretur, cujus ipsa etiam
 sanguine respergebatur. Hæc dum
 fiunt, Joanna præaltè immersa erat
 Pp con-

Christus
 iteratò Jo-
 anna appa-
 ret, eamque
 ad patien-

contemplationi summæ Majestatis Divinæ, quæ tantam pateretur ignominiam tantosque dolores, cum immensa charitate, quâ omnia ista tolerabat: è contra verò perpendebat, nullius fragilis vilissima hominum rejectamenta, quisquiliis fœcæmque orbis, pro quibus ista pateretur. Mirabatur item oppidò perfidam ingratitude[m] mortalium, qui sic Divinum immensi pretii sanguinem effunderent. Hæc omnia intimè penetrabant animam Sor. Joannæ tam vivaciter, tanto cum doloris acerrimi sensu, ut ipsa sit fassa, instar miraculi fuisse, quòd non præ dolore expiraret. Neque id mirandum, in consideratione, quòd homo ratione præditus, qui DEI Majestatem perpendere renuit, etiam dolores DEI sui ac Servatoris non sentiat. Qui verò impendiò recogitat corde, quàm supra omnem modum suavis, dulcis, amabilis, benignusque sit DEUS Creator ac Redemptor suus, huic tali est impossibile ut patientem Salvatorem suum absque gravi ac propè mortifero sensu doloris intueri queat. Demum posteaquam strepitus ille dirorum ictuum finem accepit, Sponsaque suum dilectum vidit tantâ mansuetudine mari sui pretiosi sanguinis immersum, parum abfuit quin ipsa in mari sui doloris & angoris submergeretur. Abjecit sese ad ejus Divinos pedes, amatissimisque perfusa lacrymis

„ ait: Mi DEUS, JESU mi, amor
 „ mi, ac unicum bonum meum, quis
 „ tam immaniter tecum egit? Quis
 „ audaciam sumere potuit ad tam
 „ Diabolicam maledictamque feritatem in te exercendam. Cui animus

esse potuit ad injiciendas Cœlesti corpori tuo impias manus? Ah mi DEUS, mi benignissime JESU, quàm carò tibi constat amor mortalium! Ubi igitur Joanna suavissima hæc verba est affata, vidit quòd Christus D. singulari amicitate se in sinu ejus reclinavit. Asseverat hoc Joanna ipsa dicens: Quòd veluti parvus tenerque pufio, cum fortè in platea cursitans læditur, ad Matrem refugit, lacrymantibusque ocellis, absque ullius verbi prolatione Materno cordi dolores suos expromit, & sicut Mater hanc affectuosam elinguemque eloquentiam probè intelligit, magnâque compassione suo in sinu filiolum solatur, eidemque blanditur, sic etiam egerit supremus Dominus JESUS Christus, nimirum cum cerneret quòd tam malè secum agerent mortales, ad Sponsam suam Joannem confugit, nulloque prolato verbo in sinu ejus recubuerit, eidemque dolores suos atque acerrimum eorundem sensum suspitiis ac gemitibus exposuit. Porro mutam istam affectuosamque dicendi vim apprimè Sponsa intellexit, suoque dilecto Sponso plenum commiseratione cor suum aperuit atque ad patiendum sese obtulit. Quinimo optasset tunc multas habere vitas, ut scilicet tali pacto dolores mortis multoties experiretur ac perferret.

Aliâ quadam vice cum Sponsa Christi per noctis conticinium in cella sua in Oratione collecta esset, subito ingentem exaudit tumultum, quasi Carnificum licitorumque turba, nudatis ensibus, insanâ festaque votiferatione quempiam capere

necique

Joanna vi-
 sa miseran-
 da Sponsi
 sui specie
 vix non ex-
 spirat.

Unde pro-
 veniat quòd
 homo tam
 parum Do-
 mini sui do-
 lores sentiat.

*Peccatores
Christum
persequen-
tur & vitam
privare ni-
lunt.*

necique dare gestientis. Attendebat ad hæc Joanna vehementi cum admiratione, videtque perquam venustum adolescentulum, cujus tota facies pulvere inspersa fuit, qui ægro interceptoque anhelitu fugâ se salvabat ab hominum cum persequentium catterva. Tandem is ad Joannam confugit, voceque suavi & affectuosa inquit; Ne turberis Joanna, ne terreatis, ego sum, ne timeas, ego sum, Jesus à Nazareth, fugio eos, qui me capere necq; mihi inferre moluntur. Suscipe me Sponsa mea, occulta me, tuere me, custodi ac serva me. Ad hæc verba DEI Dominique sui tota est conturbata & exterrita ejus humilis Sponsa, procidentemque ad pedes ejus Divinæ Majestatis ait: Quid loqueris immortalis Rex æternitatis? Quis te captivare ausit, qui es Judex vivorum & mortuorum? Qui dominari tibi mors queat, qui es vita æterna? Ah mi Domine jam intelligo, quid tua Majestas innueat, te mihi velit, indubiè illa ego sum, de qua ad me es prolocutus, & ad quam ea protulisti. Ego ingrata sum tua capitalis inimica, ego absque dubio sum illa, quæ te persequitur, tecumque tam malè agit. Malefacta mea sunt funes & vincula quæ te vinciunt, errata mea sunt lanceæ, quæ te transfigunt, scelera mea sunt trabes, quæ te crucifigunt. Nequaquam filia mea, Christus D. inquit, tu mihi aliud non es quàm unicum solatium, mea domus, habitatio locisque refugii. Idcirco nunc ad te confugio, veluti necem effugere cupiens. Inter omnes quas in hac vita habeo animas, tu mihi tutissimus es

portus. Sciendum porò tibi est, filia mea, quòd peccata mundi, quæ toties ob oculos tibi posui, indies incrementa sumant. Quidvis peccatum mortale tam grave in se ipso pondus continet, ut quantum in se est, ferè ad mortem usque me gravet, ea propter quasi refugium à peccatoribus ad te capio, tanquam hostibus, qui me vitâ exuere nituntur. Vix tantum in terris loci est super ubi pedes meos collocem; nisi, qui alioqui præ aliis mihi obstriciti sunt, mei maximi sunt hostes. Et quod pejus est, iis met donis quæ ad servandum mihi eis contuli, ad me offendendum utuntur. Non suis me illi oppugnant armis, sed meis propriis, ardentemque suam peccandi sitim, meo sanguine restinguere conantur. Quid putas, filia mea, quòd tam indignè in terris mecum agitur? Ubi fidelis Ancilla D. justas ejus querimonias audiit, ait ad eum: Domine, si hæc misera Creatura æquissimis gravaminibus tuis te aliquantisper relevare potest, en hic præsto sum ad pedes tuos, age ac dispone mecum ut lubet. O Sponsa mea, respondet illi Dominus, non minus ego ab eximio amore tuo solatium expectavi. Atque his intra cor suæ Joannæ se recepit, agebatque perinde ac si in penitissimos illius animæ recessus, majoris suæ securitatis gratia se recondere vellet. Illic suam cum ea miscens colloquia dicebat: Joanna mea, filia mea, Sponsa mea, Clypeus meus, tutamen meum, refugium meum, quando à peccatoribus de fatigor, tunc in te unica mihi est quies. Tu mihi es deliciarum

„domus, hortus voluptatum, in te
 „Cœlum habeo in terris. Exturge,
 „confortare, tolle super te mundi
 „piacula, tum ego à pressura, quam
 „ea mihi inferunt, relevabor;
 „dum nimirum video te tam volen-
 „tem ac lubentem pati; Tui dolo-
 „res & cruciatus balsamum sunt
 „meorum vulnerum. Tali ergo ra-
 „tione Sponsam suam ad patiendum
 „excitare voluit, uti & ante in Cantico
 „Cantico. c. 4. 8. Sanctam suam Spon-
 „sam singulari benevolentia & amica-
 „bilitate commonuit & quatuor vici-
 „bus excitavit, ut de salebroso ac præ-
 „alto vertice Montis Libani descende-
 „ret. In eam rem D. Greg. Nyssenus
 „infit *hom. 5. in Cant.* Non sat erat DEI
 „Sponsæ unâ solùm gratiâ ornari,
 „eamque semel tantùm commonefa-
 „cere, sed necesse erat frequentiori-
 „bus gratiis pluribusque corroborate
 „favoribus. Quippe cum in spiritali vi-
 „ta calamitates afflictionesque semper
 „crescant, necesse est etiam auxilia
 „gratiasque Divinas augeti.

*Crescenti-
 bus affli-
 ctionibus
 etiam gra-
 tia DEI
 crescant.*

CAPUT IX.

*Sor. Joanna pectus præ dolore, de gra-
 vibus mundi peccatis & offensis DEI
 sumptur, ubi etiam sanguis è corde il-
 lius emanat. Posteaquam Christus
 ei vulnus sanavit, peccatorum
 eam protetricem con-
 stituit.*

SUPREMA Cœlorum Regina MA-
 RIA, uti S. Brigitta *l. 1. c. 37.* re-
 velat, testatur, dum ad Crucem sui
 Divini Filii consistebat, & grandia
 mortalium crimina adversus Filium

suum patrata cordi sibi sumeret, ex
 eodem Materno corde in oculis de-
 rivatas, eruentas profudit lacrymas,
 Temeritas esset quempiam cum hæc
 Regina DEIque Parente componi.
 Haudquaquam tamen temeritas est
 excelsas ejus, excellentissimasque om-
 nium virtutes, quoad ejus fas est imi-
 tati. Prout & D. August. *serm. 47. de
 Sanctis* asseverat, nos, eo juvante,
 DEUM etiam ipsam, si velimus, imi-
 tati posse. De Joanna nostra, quæ fi-
 lia Reginæ Cœlorum fuit, sanè ex ve-
 ro dicere possumus, quòd illa Virgi-
 neam suam Matrem MARIAM
 prorsus eximiè sit imitata, & quidem
 per insolitum, & omnibus ferè sæcu-
 lis inauditum prodigium, quod se-
 quente modo contigit.

Dum aliquando casta innocen-
 que Christi Sponsa in Odeo seu Cho-
 ro, tempore nocturno more sibi re-
 cepto à sensibus alienata esset, altissi-
 mam illi DEUS in eo raptu Essentiæ
 suæ ac proprietatû cognitionem infu-
 dit, repræsentavit siquidem is Joan-
 næ Sponsæ suæ veluti in lucidissimo
 speculo immensam magnitudinem
 pulchritudinemque suæ Divinitatis.
 Porrò nota perspicuaque est veritas,
 quòd clariùs humanus intellectus
 amati boni cognoscit comprehendit-
 que præstantiam, eò etiam ex conse-
 quenti rapidiùs voluntatem in bo-
 num amatum ferri atque abripi. Dum
 igitur Sor. Joanna in tam excellenti
 lumine immensam Divinæ Majestatis
 Bonitatem contemplatur, totum cor
 illius Divini amoris igne exarsit. In-
 ter hæc vero gravissima quæque Or-
 bis flagitia Christus D. ob oculos ei
 statuit, videbatque Joanna, quam
 graviter

graviter Bonitas illius per eadem læ-
 datur. Quid ageret præstantissima
 hæc DEI amatrix? Dolor sanè animæ
 tanquam genuina proles ab amore
 nascitur, amboque inter se ita consen-
 tiunt, itaque simul crescunt & adole-
 scunt, ut juxta mensuram amoris a-
 mans de offensa & læsione amari do-
 leat. Ideoque ad mensuram sui amo-
 ris in DEUM modi nescit, qui cor
 ejus absumebat, Joanna Sponsa ejus
 abominabilia facinora offensaque
 Divinæ Majestatis adeo acerbè sensit,
 ut amans ardensque cor illius id pror-
 sus ferre non posset, eamque ob rem
 incensissimæ dilectionis impetu ac
 vehementiâ cordis venarum præci-
 puta, videlicet pulsatis ei dissiliit, at-
 que exinde pectus etiam hiatu noto-
 rio & actuali discessit, sic ut fons san-
 guinis tantâ redundantia inde pro-
 ruperit, ut indumenta ejus perinde à
 sanguine cordis ejus maduerint, ac si
 in purpureo cruoris amne versa
 fuissent. Omirum, inusitatum, & vix
 auditum prodigium! Nescio an aliâs
 tale aliquod in toto Orbe patratum
 sit, præterquam istud, quod usque
 adeo concolor ac consimile est illi,
 quod Christo Servatori nostro in O-
 livetano horto accidit. Illic siquidem
 Christus D. noster, opinione com-
 plurium SS. PP. apud Sylv. tom. 5. l. 8.
 c. 5. q. 5. inmensam magnitudinem,
 numerum, gravitatem, uti & fluxam
 omnium flagitiorum vanitatem,
 quamque altè Divina Majestas per ea
 faucietur, penitissimè in cor demisit,
 mea tuaque ac totius Orbis crimina
 tam gravem ei fatalemque omninè
 angustiam concivèrè, & cor ejus ar-
 dens nostri amore ita præserè, ut per

omnes prætèneri sui corporis poros à
 vertice capitis ad plantam usque pe-
 dis sudato sanguine maduerit. Ex ea-
 dem peccatorum causa etiam hic
 Sponsæ illius cor dissil it ac liquefa-
 ctum est, èque pectore ejus fons san-
 guinis foras profluxit.

Ab eo tam ubere sanguinis proflu-
 vio Sor. Joanna tota languida debilis-
 que effecta est. Ad hæc intentus et-
 iam amor vires ei sustulit, ita ut ab
 amoris vehementia superata, deliquio
 animi correpta sine sensu manserit.
 Porrò ubi Dominus in tali statu Joannam
 vidit, quantum ei Sponsæ suæ
 placeret zelus testatum reddere vo-
 luit. Etenim continuo ceu verus ar-
 dens amore Sponsus ei suâ ope subve-
 nit, suam Sanctissimam manum pe-
 ctori ejus simposuit, stetitque cruoris
 profluvium; hiatum item vulneris
 clausit ac integrè persanavit, simul-
 que ad eam amantissimè ait: Spon-
 sa mea, sanguis hic, quem nunc pro-
 fudisti, in mei sanguinis unione,
 quem in Passione mea effudi, tutela
 erit peccatorum. Hic illi in suis ne-
 cessitatibus invenient refugium. Id-
 circo quidquid tu filia mea, post-
 hac à me postulaveris, tibi largiar.
 Non est jam cur ista plores ac tanto-
 pere tristeris, quia enim tanto sensu
 doloris fers quod me peccatores
 adeo nefariè graviterq; offendunt,
 ideo Bonitas mea te nunc constituit
 peccatorum omnium protectricem.
 Hisce Christus D. disparuit, statim
 verò illi gloriosus D. Archi-Episcopus
 Ferdinandus de Azevedo appa-
 ruit, qui, ut sup. memoravimus, ejus
 in sæculo spiritalis Pater fuerat. Ne
 te afflixeris, filia mea, ait S. hic vir,

pp 3 quando-

Joanna cor-
 dis vena
 pectusque
 pro dolore
 concepto de
 offensa Dei
 rumpitur.

Christus D.
 Joanna di-
 ruptum pe-
 ctus
 Sponsam cordis
 sanat.

„ quandoquidem ingens DEI est mi-
 „ sericordia. Pauci sanè tali vulnere
 „ sauci, quale tu excepisti, in vita
 „ permanent. Rupta cordis vena nul-
 „ lius mortalium industriâ aut arte
 „ coalescere sanarique potest, nec san-
 „ guis sisti, nisi cùm DEUS miracu-
 „ lo id præstat. Divinæ voluntatis est
 „ te in vita servare, ut patiaris; atque
 „ ille, te mediatrice, in Ecclesia sua
 „ peccatoribus misericordiam exhi-
 „ beat. Bonum animum habere, patere
 „ magnanimiter pro Ecclesia Catho-
 „ lica, quia in hunc finem tibi DEUS
 „ vitam prorogavit.

Ex omnibus hisce patescit non so-
 lum amor hujus captæ DEI amore
 Sponsæ, verum etiam meritorum ejus
 dignitas ac præstantia. Si etenim illa
 aliis majora non essent, DEUS illam
 omnium peccatorum Proteatricem
 Mediaticamque minimè fecisset.
 DEUS quoque ab eo die, quo illi
 tam sublime munus imposuit, nun-
 quam eam incitare destitit pro mun-
 do orare & pati. Afferit hoc Joanna
 ipsa in vita sua n. 8. propriis hisce ver-
 „ bis suis: Christus D. N. mihi præ-
 „ cepit, ut Ecclesiæ Catholicæ neces-
 „ sitates istorumque Regnorum su-
 „ per me accipiam, quod ipsum mihi
 „ etiam Præsides Ducesque animæ
 „ præcipiunt. At verò malus Genius
 „ nunquã non suũ hic ludũ intermis-
 „ cer. Pessimè ille fert præfata opera à
 „ me fieri, minaturq; dicens: mortẽ se
 „ mihi illaturum, etiam ultra obgan-
 „ niens, sciendum esse mihi, à DEO
 „ me derelictam, quòdque Majestati
 „ ejus minimè placeat quod ago, &
 „ quòd meus Conscientiæ director,
 „ aliquo qui me instituunt, decipiant.

*Quantum
 hosti mali-
 gno displi-
 cuerit quod
 Joanna a-
 geret & pa-
 teretur pro
 necessitati-
 bus homi-
 num.*

Ad hæc per multas mihi infert pla-
 gas. Quoniam verò ego aliter à Do-
 mino edoceor, susurrata ejus con-
 temno & exsufflo, quippe quæ inte-
 rius amabilem quandam vocem
 percipio, quæ admonet dicitque:
 Obtempera sis, qui præcipiunt tibi,
 ut pro Ecclesia Catholica & pro
 Regno isto exores. Hæc namque
 est voluntas mea, hoc munus quòd
 imposui tibi postulat, placet mihi
 ut me ores: tui siquidem gratiã fi-
 nem mundo nondum imposui, ora
 & ne desistas, hoc mihi placitum est.
 In te mea est habitatio, & in anima
 tua delectatio, cumque delassor &
 fatigor Orbis criminibus, hæc mea
 est deliciarum domus, & hortus
 meæ voluptatis. Illic vivo, illic Pa-
 radysum Cælumque habeo in ter-
 ris. Egrè sanè fero, quòd hæc taliã
 scribere cogar, quia verò id Obe-
 dientia mihi præcepit, scribo nudè
 ut in se sunt. Cùm enim ea succin-
 gere atque compendio describere
 conata fuisset, prædurè à Domi-
 no verbis castigata fui, dicebatque
 me thesauris suis abuti velle.

Juxta indefinites ejusmodi com-
 monitiones peculiaribus etiam in
 eundem finem Cælestium deliciarum
 oblectamentis, favoribus & gratiis
 Joanna excitabatur, uti & suavis,
 fortibus, vigentibusque alloquiis,
 Post susceptam aliquando S. Syna-
 xin Dominus ad eam sequentibus
 ait. Sponsa mea, quære me à pran-
 dio à carcere usq; ad Golgothæum
 seu Calvariæ montem: illic me de-
 prehendes Cruci acclavatum, ple-
 num agone mortuali & angustiis.
 Eo quippe tempore, quo mortales
 passim

Dum vo- passim cibus immodicis effusisque
luptatibus sermocinationibus sese recreant,
indulget animus mihi est te angustiâ & dolo-
mundus, u- ribus pascere. Ibi loquar ad te verba
bi Christus vitæ, ibi te docebo quo pacto tibi
pie anima patiendum, quomodo inimicis tuis
quarendus. parcendum ac pro eisdem sit oran-
 dum, ut etiam persecutores tuos
 amare tibi que malefacientibus be-
 nignè velle ac facere debeas. Docere
 te item volo modum orandi alia-
 que animæ tuæ profutura. Hunc in
 modum inter nos ambo tempus il-
 lud expendemus. O si tu nôsses lati-
 tudinem illam, illas deficias, quas apud
 me habeo, tale mihi gaudium volu-
 ptatemque indulgere proculdubio
 satageres. Scire debes tria me habe-
 re domicilia, primum est in Cælo,
 alterum in Sanctissimo Sacramen-
 to, tertium verò in anima tua. Vide
 sis anima mea quantum mihi de-
 beas. Solve mihi debitum patiendò
 & exorando pro cunctis hominibus.
 Nam etsi illi me offendant, placet
 mihi tamen ut patiaris, ac interven-
 tu tuo me pro eis roges. Et quan-
 quam tibi videatur, te non audire,
 propior nihilominus tunc tibi sum,
 atque idèd instantius orandus. Ne-
 que dixeris Orationem tuam cas-
 sam & sine fructu esse; nam hoc tua
 non refert. Satis est, quòd hanc vo-
 luntatem meam esse noris.

Alià quapiam vice dum vim amo-
 ris dilecti Sponsi sui ferre non vale-
 ret, videretque eam ita nefariè ab
 hominibus offendi, ardens eam cepit
 desiderium mortis, rogabatque eum,
 velit tandem se de mundo tollere,
 quando quidem is tam graviter ac va-
 riè à peccatoribus læditur, atque il-

lam eò collibeat dedicere, ubi sua
 Majestas debite à Spiritus Angelicis
 adoratur, eique condecens obse-
 quium servitutis exhibetur. At verò
 Dominus apparuit dicens: Filia,
 æquum est, ut Crucem istam juxta
 placitum meum portes. Hæc enim
 est voluntas mea. In hoc complacere
 bis mihi si pro cunctis mortalibus
 preces fundas, pauci siquidem repe-
 riuntur, qui me adorant in veritate.
 Et quoniam ad hoc ego te elegi, id-
 eo non desistas id præstare. Eo sine
 demonstro tibi omnium hominum
 necessitates & pressuras. Sanctissi-
 mam Matrem meam habeo Inter-
 ventricem pro hominibus in Cæ-
 lis, te verò in terris, ut nimirum me
 roges, concilias avertasque ab ira
 ad quam me peccata mortalium
 provocant. Quare aliud agendum
 non est, quàm laborandum & pa-
 tiendum. Cum enim nullam ego in
 hoc Orbe vitæ quietem habue-
 rim, sic & tu modicum quietis ha-
 bere debes. Quies tua esse debet
 laborare ac pati pro cunctis mundi
 necessitatibus. Eas ego tibi non o-
 stendo, neque quantum peccatis
 lædar, nisi in certo modo, partim
 ac sensim, alioqui quia me amas,
 ut facis, impossibile tibi esset in vita
 persistere, si universæ mundi neces-
 sitates simul ac semel tibi contuen-
 dæ exhiberentur. Tu quidem dicis
 ad nihil te utilem esse, imò mundum
 dum tu in eo degis pessumire, eò
 quòd omnis ejus perditionis causa
 existas. Apparet quidem ita id tibi
 videri, haud tamen tua interest id
 nosse ac intellectu penetrare, sed pa-
 ti atque agere quod ego tibi injun-
 go ac præcipio. *Alite*

Hæc prædulcibus affectuumque plenissimis verbis Sacer Sponsus cor Sponsæ suæ velut aureis totidem spiculis sagittavit. At verò aliâ quadam vice Joannam totam quantam desiderio patiendi succendit. Dum nimirum aliquando illa coram Crucifixo plorans consistit, videt Dominum undique vehementer consauciatum, in quolibet autem vulnere seipsam intuebatur perinde atque in lucidissimo quodam speculo. Pari modo videbat, quòd è Christi vulneribus in pectus suum radii procederent, solis radii longè lucidiores ac pulchriores, qui animam ejus penetrabant, sic ut eâ ratione non illustraretur solum, Divinoque amore succenderetur, sed sor ejus etiam tanquam ingenti incendio, patiendi desiderio deflagraret, ita ut omne id quod antehac perpessa fuerat, imò adversa omnia, ærumnæ doloresque qui unquam ab ullo tolerari possint, ei nihil essent. Moriebatur morte vitali, ut moreretur, eratque ei omnium gravissima crux & martyrium, quòd pro Ecclesia Catholica, Regno ac Orbe universo non omnes inferni pœnas ac dolores peferre posset.

Admirandum Joannam pro hominibus patiendi desiderium.

Dum igitur Joanna tam ardenti tamque vehementi zelo & patiendi cupiditate æstuaret, videbatur Sponso Cœlesti, quòd jam nunc Crucem ei suam concedere possit. Eam in rem destinat Gloriosum S. Stephanum Proto-Martyrem suam, qui etiam Sponsæ Christi apparuit cum erecta in altum Cruce, atque ad eam. Cuiusmodi hanc tibi mittere Dominus totum, tã deinceps vitã ferendam, Suscipio illam, respondit ei Joanna prompto

volentiq; corde ac animo, eandemque, ô Glorioso Martyr, pro magna reputo gratia. Caro quidem ea tibi constabit, iterum inquit D. Stephanus, sed forti esto animo, ad omnia magnanimitatem ac robur tibi conferet DEUS. Suscepit amatrix Joannæ Crucem, multisque eam consalutavit elogiis, atque sic ardorem suum singularemque Crucis testabatur amorem. Ab ea die Sponsa Christi præter modum acerbos cruciatus martyriumque sustinuit, qua de re exinde acturi sumus. Ad hæc ceu Protectrix peccatorum, scelera mundi non solum deplorabat amarissimè, verùm & pro eisdem, uti Gloriosa Virgo MARIA, per sæpe sanguineas lacrymas profudit.

CAPUT X.

Sor. Joanna pro totius Orbis peccatis enormes à Tartareis spiritibus pœnas, dolores ac martyria sustinet.

Tota invicti nostri Regis Ducisque vita perpetuum fuit certamen, atque ut D. Paulus loquitur ad Hebr. c. 4. v. 15. tentatus per omnia ad similitudinè nostram, sed absq; peccato. Cumque Pater æternus eum voce de Cœlo delapsa Filium suum declarasset, protinus à spiritu est ductus in desertum, ut tentaretur impugneturque à Diabolo. Auth. Oper. Imperf. in Myth. singularem eum aliis Ecclesiæ Doctores reflectionem facit ad ejus tentationis tempus, & quærit, quo tempore Christus certamen illud cum stygiis hostibus iniecit?

&

& responderet, cum in Jordane Cœli patuere, cum Spiritus S. in Columbæ specie super Divinum ejus verticem descendit, cum æternus Pater, eum non semel aperto Cœlo dilectum Filium suum nominavit ac declaravit, cum Sanctissima Trinitas monstravit testataque est, eum esse Salvatorem mundi, hoc ille tempore adversus Orcum pugnam hanc singularem duellumque inivit, Omnes mysterii hujus circumstantiæ apprimè instituto nostro conveniunt. *L. 2.* hujus historiæ *Cap. 7.* attingimus quemadmodum tota vita nostræ Christi Sponsæ perpetuum nunquamque intermissum certamen fuerit, ibidemque recensuimus ærumnas pœnas ac martyria, quæ tempore illo in sæculari vitæ genere à Dæmonibus fuit perpessa. Verùm levia illa fuere omnia in comparatione modernorum, quæ in Cœnobitico vitæ instituto sustinuit. Hoc in electo vitæ statu quo eam Dominus dilectam suam Sponsam declaravit, dum illa Catholicæ Ecclesiæ necessitates humeris suis imposuit, atque omnium toto Orbe peccatorum protectrix fuit, tunc cruentissimum Joannæ cum Dæmonibus bellum ac certamen exarsit. Possibile quidem non erit ut omnes ac singulas ejus Victorias erecta que trophæa recensamus, aliquot tamen duntaxat memorabimus, ut per hæc in cæterorum cognitionem veniri queat.

In Urbis Burgensis Monasterio S. Claræ strictus est Canon ac Regula mediâ nocte ad Matutinum semper comparendi. Conferebat eò sese magnâ diligentia singulis noctibus Sor. Joanna. Finito verò Nocturno

Officio cæteris Sanctimonialibus quietem stratumque reperentibus, manebat illa pervigil ad præcutam ferream quandam Crucem, quò nimirum usitata sibi exercitia cum illa perageret. Imponebat ergo Crucem hanc Sor. Joanna humeris suis, atque ita ambulando peragrabat per Claustrum iter Crucis, seseque pro mundi malefactoris immolabat. Non potuit stygius hostis ferre istud exercitii genus. Nullum non movit ille lapidem ut quoquo modo id impediret. Nunquam infringebat Ancillæ D. colaphos, plagasque inferebat, aliàs eam per humum raptabat, totâ vi ædium impingens angulis. Paulò post fustibus eam dirè cædebat, ita ut Joanna nunc terræ allisa corrueret, nunc iterum exurgeret. Enervabatur quidem hisce corpus illius ac viribus destituebatur, at generosus invictusque animus semper immorus in hac dolorosa exercitatione persistebat.

Accesserit ad consuetas istas Martyrii pœnas & aliæ. Semel quippe eam è sublimi per fenestram in solum Dæmon egit præcipitem, & illa in hortum decidit. Quoniam verò casus ille tam altus fuerat, ipsaque gravi suâ Cruce onusta deorsum ceciderat, mansit bona Joanna sensibus cunctis destituta, ossium quoque ejus compages suis emota sedibus, ruraque illi contracta erant; nec ullus aderat mortalium, qui opem illi ferre posset. Ubi ergo Tartarei spiritus eam ita atrociter sauciam destitutamque videre, exhibebant atque irridebant eam dicentes: quid nunc agis? Cur nullius opem flagitas? Ubi nunc sunt amicæ tuæ? Sed quidnam hoc est? Quidnam

Dæmones Joannam cum sua Cruce in hortum præcipitantes eique fracta ac saucia illudunt.

nam agant Confortores & Sodales tuæ? Dormiunt omnes, nulla earum tui meminit, nemo est, qui compatiatur tibi, & quidem haud abs re. Nam uti tecum ipsa inclementer agis, nec frugis ullius aut usus es, ita cunctas etiam habes ludibrio. Et quia spirituales tui Præsides Pharisæis non sunt absimiles, ita etiam tanquam veri Pharisæi agunt, imponuntque humeris tuis onus importabile, suo autem digito illud tangere nolunt. O stulta! Cur non id facis quod ipsi faciunt & non quod dicunt? Quid pœnæ istæ tibi profunt, quæ brevissimam tibi adiment? An non ingens est hæc temeritas? Ergo redi tandem semel ad teipsam & crede nos bene tibi consulere. O vos spiritus mendaces! respondet eis magnanima Christi ancilla. Ne vos in cassum fatigaveritis. Jam novi vos veneno fartæ alpides, qui tali palpo ac fallaci adulatorioque futurtio morsum infigere, toxicumque gestitis infundere. Omnia his, quæ adducitis agam contraria, & sic rectè cuncta habebunt. Ad hæc dicta Principes tenebrarum ab aspectu ejus fugâ se subduxere. Interim adveniunt Sacræ Virgines, suamque Sor. Joannam requirunt. Ubi verò illa tam immaniter læsa & collisa in horto reperta est, retulerunt eam ad Cellam suam, ubi multis diebus acerbos eruciatus pertulit, donec eam Dominus pristinae valetudini reddidit, ut iterum Sponsa sua pati posset.

Plurimas ejusmodi generis plagas Sor. Joanna sustinuit, & quidem nunquam non in re causaque gloriæ plenissima, nimirum pro necessitatibus Ecclesiæ Sanctæ Catholicæ nec

non salute animarum. Relatum ad eam quandoque fuit de malo statu quarundam personarum, quæ flagitiosa vitæ consuetudine toti Civitati maximo erant scandalo. Advertebat Ancilla D. istorum hominum discrimen. Eapropter velut zelo ardens Protectrix peccatorum, eadem nocte post Matutinum inter 3. quartamque horam matutinam ante affectuosam Iconem Ecce homo referentem, in Choro superiore positam, se contulit, ibique in genua provoluta, pro scandalosis illis peccatoribus ad sequentem oravit modum. DEUS meus, hic ad pedes tuos ego adsternor ut exorem te. Velit oro, Majestas tua, brachium, quod super hos peccatores extensum est, retrahere. Memento ô Rex omnia potens, omnipotentiam tuam potissimum in misericordia tua relucere, cunctorumque operum tuorum maximum, tibi quæ proprium esse lapsos erigere, perinde ac eximio cuiquam artifici gloriosius est, cum è simplici vilique materia pulchrum pellucidumque vitrum efformat, quam cum postea pulcherrimum opus manuum suarum farenti animo terræ affligit atque comminuit; Tu ô summe Plastes & Artifex hominem de pulvere terræ formasti, ac postmodum pretioso tuo sanguine refermasti, hæc sunt opera manuum tuarum, ne igitur propria tua manu facta abjicias. Sed tu, ô Domine, mihi dices: convertantur ad me & ego convertar ad eos. Ad hoc ego repono, Domine, perspectum tibi esse, hominem se convertere ad te

Joanna pro peccatoribus effudit oratio.

Quibus illa generose obstitit & insurgam dat.

non posse, si non tu antè suaviter ad eum te convertas. Potest quidem ille ex se ex bono homine malus fieri, at sine te à malitia sua converti ad te nequit. Poterit forsitan cœcus peccator malitiam suam cognoscere eamque detestari, si non eum gratia tua illustret, excitet, animeit. Quamnam aliam ob rem humeros tuos perditâ ove onerâsti, nisi quod sine tuo impulsu te sequi nequeat? Per multas ambages ac devia circumvagata decerravit, atque ad eò delapsa est, ut ne passum unum ultra progredi valeret, idcirco necesse erat, ut misericula hæc pecus abs te quæreretur, super humeros imponeretur, & ad ovile reportaretur. Age igitur Domine, Peccatores isti erraverunt ut oves, quæ perierant, velis tu Divine Pastor eas requirere, neque à benedicta manu tua secedere unquam patiaris. Audiit stygius hostis fervidas preces istas multa cum impatientia & stomacho. Cum verò ultra illas ferre non posset, violenter Joannam attipuit, eamque altè in aëra sustulit, ac rursus in terram capite obverso demisit. Casus iste adeò fuit horribilis, ut proculdubio inde fuisset mortua, nisi DEUS ei miraculosè opitulatus fuisset, longo tamen dierum intervallo enormibus capitis cruciatibus afflicta permansit. Aliâ item vice circiter horam 3. matutinam in eodem Choro apparuere Joannæ maligni spiritus, minacibusque ei verbis dixere: Desiste ab eo quod in te recepisti, exorare scilicet pro Ecclesia Catholica & Regnis istis, alioquin te multas in partes discerpemus. Nihil horum pensi

habebat fortissima Christi Sponsa, quin & subridere cœpit. At verò hoc derisu Avernales Genii rabiecanum instar perciti, nodosis fustibus Ancillam Christi atrociter contuderunt, dixeruntque: Nihil tibi rationis inest, perinde ac bestia, neq; ullâ te ratione duci doceriq; poteris, aut quid bonum sit malumve cognoscis, meritò proinde ab omnibus bestia loco haberis, hinc itaque te ut bestiam crudis fustium nodis bolisque pacimus, ac sudibus excipimus. Joanna porò reponit: Verum omninò est me bestiam esse, ut dicitis, sum tamen Creatura DEI pretioso ejus redempta sanguine: Equidem ex me ipsa sum nullius pretii, multum tamen valeo magnis multisque laboribus ac doloribus, quibus ille me tam caro emit. Quare immeritò à vobis ita tractor. Itane immeritò? Præstolare duntaxat modicum, brevi id videbis. Interim aliquantisper quæti absconditque mansere quoadusque Joanna Choro egressa Cellam suam repeteret: Dumque illa per minores gradus, qui à supernis ad ædium inferiora ducunt, descendere cœpit, magna vi Sponsam Christi corripuerunt, eamque ut pilam deorsum per fenestram projecere. Delapsa est prono vertice Sor. Joanna, atque adeò graviter laxis al-

*Iterum Jo-
annam e
fenestra de-
orsum deji-
ciunt.*

*Dirè tra-
datur Jo-
anna à ma-
lignis spi-
ritibus.*

ram Joannam nemo exaudire posset. Itaque ubi Tartarei hostes Sponsam D. tam gravibus in doloribus gemebundam atq; ab omnibus derelictam videre; ajunt illi: Ubi nunc est Confessarius tuus, quod non te ereptum adveniat è manibus nostris? Quamto esset melius tibi, nostrum potiusquam illius consilium sequi. Dumque illi sic verbis factisque Joannam excruciant, apparuit cohors alia ad cujus lumen Infernales larvæ diffugere. Interrogavit Joanna lucidam istam catervam, quæ opitulatum ei advenerat, quanam essent? Responderunt illi se animas esse à Purgatorio. Quia namq; tu, inquit, Protectrix nostra es & singularis benefactrix, ideo præcepit nobis DEUS ut tibi assistamus. Descendebat per id tempus Sororum quæpiam ad recludendos inferiorum ædium Officinas, audit in horto gemitus ac suspiria famulæ D. occurrit festina ad ferendum ei auxilium, conabaturque Joannam à terra levare, sed non valebat, scilicet quod tam graviter læsa Joanna, toto corpore stipitis instar esset immobilis, nec ullâ ratione se juvare aut usquam commovere posset. Accersit ergo unam ex ancillis Cœnobii, tumque ambæ Joannam deferunt ad Cellam ejusdem, ac super tabulatium è subere reponunt, quod ei semper lecti usum vicemque præbuit. Caput ei adeò quassatum, tumefactum incensumque fuerat, ut Confodales ejus continuo Medicum accersiri curarint, timentes fore ut eis Sor. Joanna moriatur. Ut ergo eam Doctor Medicus tanto in discrimine positam vidit, causam tanti mali pandi sibi expetit, solusque apud eam

*Anima
Purgatorii
illi subve-
niunt ac
Dæmones
fugant.*

*Joannale-
ctus tabula
è subere.*

mansit. Postquam verò audiit qualiter deorsum præcipitata fuisset, quodque super cranium cecidisset, pro aperto habuit miraculo, eam non illiò extinctam fuisse, atque illi: Mater, DEUS quibus mihi remediis utendum, ut eam mirabilem horribile malum curem? Quid. bilitet sp-
nam nos mortales præter aut contra nat.
dispositionem DEI agere queamus? Manus DEI operata est istud, eadem ejus manus R. V. sanam reddere valet. Et ita etiam egit ipsius Majestas. Nam cum eodem vespere Medicus pronunciasset, humanis eam remediis curari non posse, illa postredie manè sana vegetaque fuit. DEUS erat is Medicus, qui dolores ejus ac vulnera unus curare posset. DEUS, inquit D. Chryostom, tom. 17. in Genes, est nostri amantissimus Pater, & Sapientissimus Medicus, complacet sibi cum nos ejus causa, atque ad salutem nostram vulneratos conspicit. Vix tamen intuetur vulnus, & continuo manum ei admovent illudque sanat.

Renovabantur sine intermissione istius Christi Sponsæ vulnera, dum perpendimus, quod ea ne ad momentum cessaret Infernum oppugnare, ideoque nec spiritus maligni desinebant capitalem suam inimicam aggredi, plagis vulneribusque afficere. Aliâ siquidem quadam vice dum in Choro versaretur inter 4. & 5. horam matutinam, DEUMque pro extirpatione hæresum exoraret, en tibi adest Tartareus Dæmon ac obarmatâ veluti ferro manu tam atroces ei alapas infringebat, ut eminus à Sacris Virginitibus istus illi exaudirentur, Joanna verò ab eorum vi in terram conciderit, suo in sanguine lota. Accurrit è ad strepi-

*Et omnes
ejus causa
dolent.*

*Itorum enim
dicitur ead
Dæmon*

strepitum illum Sanctimoniales, cum-
que Sororem suam ita mulctatam
concussam fauciatamque conspexil-
sent, à terra levare Joannam niteban-
tur, sed nequibant; quantascumque
enim adhiberent vires, fortior tamen
illis erat Dæmon. Donec tandem Jo-
annæ Tutelaris Angelus in auxilium
ei veniret, & postquam eam erexit
corpore, animos etiam ei ac pectoris
robur addidit. Remansit nihilominus
Ancilla Christi tam immaniter à cola-
phis illis fauciatam, ut per complures
dies in vultu ejus vibices doloresque
perseverarent, videbanturque illi præ
dolorum sævitie, ossa è capite ac vultu
sibi exsilire; sanctè etiam illa asseve-
rabat, tametsi frequentius hostis ma-
lignus alapas ei plagasque inflixerit,
nunquam tamè exinde tantos ac nunc
dolores percepisse. Plagæ istæ, verbe-
ra & tormenta ab Infernalibus inimi-
cis eidem illata propemodum indefi-
nientia perpetuaque fuere, & ferè tum
accidebant, quando illa cum Sacris
Virginibus in Choro Divinis intere-
rat officiis. Tum quippe cædebant il-
lam, atque ad pulpitum aut sedilia im-
pingebant. Imò nonnunquam Chri-
sti Sponsam ad lacunam que in subli-
me levabant atque iterum summâ vi
deorsum dejiciebant, neque id ullo
consilio auxiliove à Sororibus poterat
impedire. Nihil tum eis agendum su-
pererat, quàm ut miserabile illud spe-
ctaculum intuerentur, vim fremitum-
que perciperent, ac madentibus lacry-
marum imbre oculis, ingenti cum sen-
su doloris Sor. suam Joannam DEO
commendarent. Cum aliquando pri-
mâ noctis vigilia Orationi insiste-
ret, malitia mundi, quæ per id tempus

plurimum invaluerat, eidem vivacissi-
mè fuit repræsentata, ita ut præ aceri-
mo sensu doloris in amarissimas la-
crymas solveretur. Inter hæc apparuit
ei Gloriosissima Virgo MARIA &
ait: Filia mea Joanna cur ploras? O
Sanctissima Virgo, respondet illa,
lacrymarum multæ variæque mundi ma-
litiæ causa. Lacrymarum, quoniam
perspicio, quòd homines nefariâ
suâ temeritate Cælum irritant atque
ad iram provocant. Illacrymarum ob
peccata, quæ adversus Sanctissimum
Filium tuum propudiofissimè com-
mittuntur. Illacrymarum, quoniam li-
quidò intueor, quàm nos malè pre-
tioso ejus sanguine, quem pro nobis
fudit utamur. Bonum est hoc, Filia
mea, respondet Cælorum Regina, at
nunc induere tu ejus fortitudine ad
æternam animarum salutem tuâ ope
promovendam, Hunc in finem ani-
mum excita ad patiendum, cui non
longè post se offeret occasio. In
eo D. Claræ Cœnobii præscriptum
est regulæ, trinâ vice quot hebdoma-
dis disciplinam facere: dum ergo no-
ctu Ancilla D. communi flagellatio-
ni adesset, undique se acerbissimè di-
verberavit, ubertimque sanguinem
profudit, flagellationem illam inten-
tione animi ad æternam salutem ani-
marum fervido ac flagrante zelo di-
rigens. Ferre id non potuit Lucifer,
sed mox in eam ingens immisit malo-
rum Geniorum examen, qui Joannam
in solum proturbavere, ac super
eam perstreperes, famulam Christi
adeò premebant & suffocabant, ut
nullum ducere halitum valeret. Su-
pervenere actioni huic Sacræ Alce-
trix, stygiosque spiritus aquâ bene-

*Joanna
mundi ma-
litiæ acer-
bè deplorat.*

*Et ad pa-
tiendum
pro eâ à B.
V. anima-
tur.*

*As ejus
causa dixit
se cadit.*

*Dæmones
Joannam
ferè presfo-
cant.*

*Quod qui-
dem ferè
fuit indefi-
nens ac per-
petuum.*

dicta fugavere. Tum Charissimam suam Matrem Joannam è terra levatam sublevatamque humeris in Cellam deduxerunt, quippe quæ nec pedibus consistere, nedum gressum figere sola possit. Irruerunt in hoc itinere iteratò in eam Dæmones, nitebanturque eam per fenestram dejicere, sed in opus id non poterant deducere, ad quòd Sorores Joannam circumplexæ arctè tenerent, atque sine cessatione ad Cellam iter promoverent, tametsi non absque maxima vi & contentione. In Cellam ubi ventum est, petit Joana ut sola manere possit: at verò Consodales ejus nullo id pacto permittere volebant, dicebantque haudquaquam internecinus hostis odium suum in Reverentia Vestra explere, atq; in maximum malum nostrum vita eam private debet. Nulla enim vero copia illi ejus rei fiet, respondet Joana; nolite timere pejus multò esset, si nequam ille existimaret nos ejus causâ trepidare. Solam modò me finite, oportet ut hic tumidus ac superbi inflatus spiritus, magnam gratiæ Divinæ vim roburque sentiat, dum ego DEI gratiæ adjutorioque fido, & dum una tam abjecta nulliusque pretii Creatura, qualis ego sum, eidem se opponere audeat potestque. Fidelis est DEUS, inquit Apostolus 1. Cor. 10. v. 13. nec patitur nos tentari supra id, quod possumus, sed faciet etiam cum tentatione proventum, ut possimus sustinere.

Inexplicabilem hanc fidelitatem fidelissima ejus amica Sor. Joana imprimè est experta. Injunxerat ei Divina Majestas, ut pro exaltatione ac prosperitate S. Catholice Ecclesiæ oret,

uti & pro conservatione Regnorum istorum, quæ Bello, fame pesteque graviter puniebantur. Perseveravit Joana in hac imposta sibi prece assiduo. At verò maligni hostes eandem vi correptam vestimentis nudavere, & postquam Sponsam D. sic totaliter nudatam à calce usque ad caput perquam truculenter atque acerbè diverberassent & dilaniassent, ita ut totum ejus corpus unum esset vulnus, ignitâ eam lorica induerunt, quæ ignitis præacutisque hamis sive telorum mucronibus præferrata fuerat. In hoc terrifico cruciatu ac martyrio Ancilla Christi à Tartareis sicut immis consumebatur, ac totum etiam sanguinem deperdiderat. Inter hæc verò comparuere Joannæ quatuor illius Seraphini, dispuleruntque Orci tenebriones, Cacodæmones, exuerunt eam ignitâ illa infernali lorica, persanarunt ejus vulnera, exterserunt defluentem toto corpore sanguinem, sumpsere etiam incensum illum choracem eumque Domino monstrarunt, qui toti hujus tragædiæ actui spectator aderat. Filia mea, dicebat ei D. permagni ego facio passio- nem tuam, & arbitror eam valdè fructuosam fore. Domine, reponit ejus Ancilla, nullam ego utilitatem fructumque cerno in omnibus, quæ ago. Quid refert, ait Dominus, si tu id non cernas & cernam ego? Tibi competit ut patiaris, mihi ut id inspiciam, ponderem atque æstimem.

Quemadmodum ergo Sponsæ suæ patientiam æstimavit Charitus D. pariter etiam æstimavit eam Sanctissima ejus Mater Virgo MARIA. Asserit hoc

Eiusdem
contra illos
magnanimitas.

4. Seraphini ab experimento Joannam liberant.

Cujus ubi vultum Dominus monstravit assidue.

hoc ipsa DEI Sponsa ingenuis suis
simplicibusque verbis, quæ admodum
sunt suavia, & de verbo ad verbum so-
nant, ut sequitur. Diebus istis insti-
tete maligni spiritus, ne porto Do-
minu pergam exorare pro Ecclesia
Catholica, neq; illis qui in mortife-

*Vide quam
gravis De-
monibus sit
oratio pro
invicem.*

ro crimine versantur. Ego verò illis
respondi, ne frustra in adversum ni-
tantur, nam etsi ægrè id illi ferant,
me nihilominus id acturam.
Quando R. P. Lector Sanchez huc
advenit (is erat ejus conscientia
arbitrator, vir multum spiritualis, qui
Burgi in Conventu S. Francisci Guar-
dianus decessit, bonumque sanctita-
tis odorem post se reliquit) tum eju-
sant Dæmones & ajunt, carò tibi
Monachus iste constabit, imò ip-
sâ vitâ tua. Audi modò illum, audi
ô mitera, quæ non intelligis, quod
agis.

Aliâ vice circa horam 9. noctis
horrenda sæviebat tempestas, cepe-
peratque ubertim ningere. Eram
ego more mea in Cruce. Tartarei
verò spiritus me sunt adorti summo
cũ furore, atq; una cum Cruce pra-
cipitem dedere in terram, ubi mor-
tua similis jacui, donec DEI per-
missione, ad ingens lumen me ipsam
intuita sum, quod idem me eleva-
vit, sursumq; in Odeũ per aëra per-
duxit, ubi ego plurimum fatigata
viribusque destituta mansi, post mo-
dum id totum prædicto P. Lectori

*Item eã
ligatis pe-
dibus non
nibus ac
lingua ò se-
nestra de-
pauit.*

narravi. Post hoc verò affuere Dæ-
mones quodam Sabbati die, no-
cturno tempore, dum grando in-
gens nixque copiosa decideret, ego
vero ad Crucem essem, illie me hor-
tifico impetu sunt adorti, linguam
mihi vinxerunt, simulq; post tergũ

utriusque manus pollices itemque pe-
des colligarunt, ac demum ita liga-
tam per eandẽ fenestram dejecerunt
dixeruntq;: Vade nunc vetula & im-
proba anus & quærelas depone apud
miserum illum cucullatum Mendi-
cum Monachum, ille tibi assistet,
narra illi ac pande omnia, ne celave-
ris quidquã, quod tamen in magnũ
tuum malũ postea vertet. His dictis
tandiu me per stratam nivibus hu-
mum raptarunt, donec SS. Virgo
Maria advenit atque ad illos inquit:
Vos peccidi ac perduelles, finite fa-
mulam Filii mei in pace. Quid cogi-
tatis? Vestrum erit æternum suppli-
cium, illius verò æterna requies. Fa-
cessite actutum, abite in Tartari an-
tra, stygiosq; recessus. His profugere
illi, meq; deseruere, & ego videbam
quasi argenteam scalam pertingentẽ
usque ad Cœlos, quodque suprema
Orbis Regina per eam in Cœlum
conscenderet. Ut verò ego ad Cellã
redii, benedictionem suam mihi de-
dit: gerebat ea in capite omnẽ pre-
tium modum vincentem coronam, vo-
lebatque capiti meo eam imponere,
at ego illi dixi: Nequaquam: im-
pone illam ô Gloriosissima Regina il-
lius capiti, qui eam promeruit, ego
namque aliud non mereor, quã
prout mecum ista Orci confuges
agit. Postquam igitur lingua mihi
solvit vincula. Filia mea, inquit, ma-
ne in pace ac quiete. Si nunc patetis,
uberem postmodum recipies mer-
cedem. Ne dolorum tuorum causa
animum demiseris, nec desine, uti est
injunctũ tibi preces fundere; quip-
pe quæ per hoc Filio meo Ecclesia
que sancta ejus ingens præstas
obse-

*SS. Virgo
Joannam è
Dæmonum
liberat ma-
nibus.*

*Et ad pa-
tendum
perseve-
randumq;
in Oracione
pro Ecclesia
DEI hor-
tatur.*

obsequium. Dehinc videri desit, e-
go verò admodum fracta, enervis,
malèq; accepta remansit. Hæc pro-
pria sunt Ancilla Christi Joanna ver-
ba, & quidem illa suamet confessione,
tales tamque acerbas pœnas ac Mar-
tyria perferebat, corpulque ejus val-
dè viribus attritum elanguerat; at ve-
rò anima ejus DEI ac Sanctissimæ
Matris ejus visitatione adeò confor-
tabatur, ut indies magnanimitatis
fortitudinisque ingentia caperet in-
crementa, atque ad nova subeunda
certamina excitaretur.

CAPUT XI.

*Sor. Joanna horribilia cū spiritibus ma-
lignis ingreditur certamina, nobi-
lesque inde reportat Vi-
ctorias.*

PRincipes persecuti sunt me ait Re-
gius Propheta David *Psal.* 118. ego
verò lætabor super eloquia tua, sicut
qui invenit spolia multa. Non ait si-
cutis, qui magnas divitias, thesauros
aut fruges, sed sicut invenit is, qui in-
venit spolia multa, quæ nimirum di-
micando de armati hostis exuviis vi-
ctoriâ obtentâ referuntur. Fortes no-
stra generosaque Herois S. Joanna, ad
hunc quoq; modum alloqui DEUM
poterat, siquidem gaudium quod ea
in DEO salutari suo habuit, tale fuit,
quale illius est, qui invenit spolia mul-
ta: videlicet posteaquam Principes
tenebrarum Sponsam D. multiplici
prorsusque terribili impugnatione in-
festârunt & sunt persecuti, illaque ab
Orco præclarissimas retulit Victorias
ad modum Christi D, de quo Haba-

cuc Propheta ait, devicisse hostes
suos, dum infestos hastarum mucro-
nes perripit, seseque per eos pene-
travit.

Ubiigitur prætaçto modo Sor. Jo-
anna cum Ave. n. libus spiritibus acri-
ter fortiterque dimicavit, & nun-
quam non triumphavit, evēnit quan-
doque dum illa in Cella sua Orationi
esset intenta, DEUMque instantissi-
mè pro Ecclesia Catholica, pro Re-
gnis, cunctisque peccatoribus depre-
caretur, ut eam dæmones corripere-
rent, atque per aëra usque ad ingres-
sum obscuri cujusdam antri deferrent.

Hic illa est intuita damnatum quendam *Dæmoni-
tetrâ, abominabili ac horrida usque-
eas in vi-
sernum de-
portant.*
tetrâ, abominabili ac horrida usque-
quaque specie foras prorepentem.
Totum illius corpus pilis erat obfi-
tum, gradiebaturque quadrupes per-
inde ac bellua. Videbat quidem Jo-
anna, quòd in se furibundâ rabie in-
volare gestiret, sed pariter videbat
etiam, quòd eum quispiam retrahe-
ret ac pelletter, licet non videret, à
quonam ita fugaretur. Ab eo loco du-
xerunt spiritus infernales capitalem
suam inimicam Sor. Joannam super
incensum ac ferventem quendam
scopulum, ubi ex parte unius obscurum
terrique odoris erat incendium, ex
altera erat lacus nive glacieque oper-
tus. Istic circumdant Joannam Dæ-
mones, cumque congregati inter se
consultâssent dicebant: Quid nobis
agendum, quoniam hæc mulier mul-
ta signa facit? Ista est capitalis jurata-
que inimica nostra, quæ in singulas
horas precibus pœnisque suis innum-
eras nobis è faucibus animas rapit.
Si dimittimus eam sic, desolabitur ac
pessumibit regnum nostrum; siqui-
dem

dem illa, Divinae obsistit Justitiæ eaque impedit, & causa est quòd mundus non intereat. Quid ergo agemus? Ad hæc animi sententiarum vocationeque consensu conclamant omnes: jam nunc illam disperdemus & semel ei imponemus finem. Dum hæc proloquuntur, vestes Joannæ detrahunt eamque toto corpore nudam retectamque statuunt. Tum ingens veru, quod jam in hoc paraverant, eodemque illam perfodiunt, atque ubi Christi famulæ manus pedesque vinxissent, tam atrox terribileque in eam sævire tormentum capit, ut mens atque imaginatio ipsa exhorrescat. Primò siquidem assârunt Joannam in fœtido illo ignis incendio, tum verò immiserunt Sponsam D. in lacum illum glacie ac nivibus plenum, sicut ejusmodi vicissitudine transitus ab uno extremo ad alterum, scilicet frigore intensissimo & exsultante in summo calore, Joannæ tormenta usque adeò enormia modique essent nescia, ut nullatenus explicari queat. Principes Dæmoniorum, qui imperium in eam colluviem tenuerant, sibilabant uti Serpentes, dicebantque ad eos, qui Joannam excruciabant, Mortiferas illi plagas doloresque inferte, neque commiseritis ut hæc vice viva è manibus nostris discedat. Hæc ubi truculenti Orci apparitores terroresque audiêre Joannam subdolâ commentitiâque commiseratione alloquebantur: O te miseram infelicemque Creaturam! quòd tam acerbos velis sustinere dolores, cum tamen bona in pace ac quiete tibi vivere liceat, quanam deceptoriam pertinacia sic te excœcavit, ut prorsus dementis in modum, nos pro tuis in-

ternecinis hortibus habeas, cum tamē nos amici tui esse vellemus? Nonne vides dum tuorum consultorum dictis obtemperas, qui tua tibi suadēt exercitia, quòd te ipsam propriis manibus interimas, talique pacto in nostras manus devenias? Quid tibi proderit, si universum lucretis mundum, tibi verò ipsi vitam adimas atque in anima tua tale detrimentum patiaris? Plusne tu eris quàm alii? Sine illos pro se sollicitos esse, tu verò te ipsam cura. Quare nunc pollicere nobis, te deinceps pro peccatoribus non exoraturam, nec postulaturam ut bellum ac pestilentia desinant, & nos te in pace sinemus degere, nec ultra persequemur, quin è contra in omnibus gratificabimur & satisfaciemus. Quidnam respondes ad hæc? Quid respondeam, ait in victa hæc matrona, cum sit mihi perspicuum, omnes vos hostes esse DEI & hominum? Respondeo itaq; quòd ego opera vestra non expaveã, nec pensi habeam quidquid mihi offeritis. Non cupio ut vos me ametis, sed nec ego vos amabo unquã. Quin imò volo ut à me aversione habeatis, prout & ego vos averfari volo. Proinde agite mecū & peragite quæ Deus ac Dominus meus, vobis concesserit. Ad responsa hæc ululabant superbiâ tumidi spiritus, efferabanturque perinde ac feræ bellæ, irâque ac furore rabidi dicebant: Etiamne improba hæc vetula nos ita contemnet, ita habebit ludibrio, ita affliget? Agite, aggerite cruciatum unum super alteru. Cruciate ait ad eos Joannæ; nihil ego id curo quòd corpus meum excarnificetis, quippe cui abundè perspectu est, DEUM neutiquam permissurum,

R r at

Et novo ac prorsus infernalis generosorum mentis afficiunt.

Subdole eadem committuntur.

Nec tamen evincunt nec cesset orare pro populo DEI.

ut animam meam attingatis. Quod animam attinet, reponunt illi, videbimus de hoc in suprema tuæ mortis hora, nunc verò te incendemus, conteremus & dissipabimus. Jam nunc diluendum tibi est debitum, tu scelesti venifica, tu perversa muliercula. Hicce prolati ultimos in ea urenda & crucianda exeruere conatus. At vero furoris eorum infernalis ignis plus consumebat eos, quàm Joannam acerbis dolores. Tandem subito illic comparet Sor. Joannæ tutelaris Genius, cum aliis Cœlestibus spiritibus, coactique sunt Tartarei hostes fugâ sibi cum ingenti dedecore consulere. Angelus porrò Custos creditam sibi oviculam Sor. Joannam eduxit ex incendio & cruciatibus, stititq; ante Divinam Majestatem. Dominus verò brachiis suis Joannam excepit eique singulari cum significatione benevolentia dicit: Filia mea dilecta, mag-

„ nam ego voluptatem cepi spectan-

„ do insignem tuam fortitudinem. E-

„ tige te ac excita, novoq; ac genero-

„ los capesse animos. Per multa namq;

„ tibi adhuc supersunt toleranda, sed

„ nè paveas: nunquam non ego tibi

„ præsens adsum; meo semper auxilio

„ fulcieris. Atque his sua Majestas Sanctissimam suam ei benedictionem impertit, & ab aspectu se subduxit.

Tali igitur pacto invincibilis Virago Joanna ex hoc acerrimo conflictu regressa, summè corroborata protectione atq; auxilio, quod ei Altissimus affaturum promiserat, remansit, nihilique duxit furibundos ex adverso Tartareorum hostium conatus; quin fervidissimo zelo, instantiâ quâ poterat orabat pro cunctis mundi pecca-

toribus. Deprecabatur Dominum pro eorum conversione calidis persusa lacrymis, omnesque ejus preces ac pœnitentiæ actus ad hunc scopum collineabant. Quadam vice dum præflagranti desiderio promovenda peccatorum conversionis Christi Sponsa ferè mentis esset imposita, neque sciret quid diceret, Dominum sequentibus alloquitur. **MIDEUS, ò DEUS** cordis mei! Tu fecisti me Protectricem omnium peccatorum. Age ergo & tolle omnia peccata de mundo, disponeq; omnia & ordina, ut Majestas tua ultra non offendatur. Vadem ego me pro illis offero, atq; etiam obliquo, confidens in auxilio tuo & confortatione, pro cunctis peccatoribus pati omnia, quæ tuæ SS. collibuerint voluntati. Maligni spiritus qui hanc audivere Orationem, suâque furibundâ rabie plus quàm æterno inferorum igne succensierant, intentos ac pervigiles habere oculos in occasionem, quâ conceptum sui furoris ignem refrigerarent. Cum ergo Joanna fortè aliquò iret, ingenti ad venerunt numero, Sponsamq; D. stygio furore arripere ac unus hanc aliâ parte allisam impingere; violento item impulsu per aëra huc illuc ventilabant perinde ac pila ludi soler. Ad extremum Joannam ceu globum tormentarium vi ac furore Tartareo versus quandam fenestram excussere. Joanna quidem tum ad alteram transversam fenestram sese tenuit, at verò venenati Dæmones tam atrociter illic eam cædebant, ut bona Joanna deorsum super solum decidere debuerit. tantamque vim sanguinis cum aliis humoribus excreaverit, ut ei vesica

Angeli S.
Dæmones
fugant &
Joannam
liberant.

Quam
Christus
collaudat
& corroborat.

Admiratus
Joannam
zelus &
ga peccato-
res chari-
tas.

Joannam
Dæmones
in pilam
inde jacta-

Tandem
iterum
ferebat
precipue-

Fellis

fellis unâ cum visceribus disrupta esse videretur. Porrò quò immaniùs furibundi Dæmones famulam Christi cruciabant, eò etiam ampliùs crescebat stygia illorum rabies. Unde Joannam in aëra sublimè sustulerunt, pedibus sursum versis, capite verò deorsum pendente, pars eorum per unum pedem huc eam violenter trahabant, pars verò pede altero illuc, & quidem tantâ vi ac immanitate, ut Sponsa Christi per medium corporis in mali Punici modum dirupta fuerit, ac velut mortua solo strata jacuerit. Ab hoc trunculètissimo inauditoq; martyrii ac tormentorum genere, destituta fuit Ancilla D. sentu ac mente, imò & ipso anhelitu, jamq; cum supremis mortis angustiis luctari coeperat, cum elatâ voce exclamat. O mi JESU! „Ego morior? JESUS JESUS! O „SS. Virgo ac Mater MARIA adesto „mihî in hac hora? Exaudierat fortè miserandas istas voces Monasterii ejus Ancilla. Festinatò illuc accurrit, atque ubi terram sanguine madentem, ac desuper famulam D. strata, oculis emortuis, labiis atrescentibus ac lividis, vultu pallido & everto similem cadaveri conspexit, inclamare alias cepit, totumque Conventum eò excitavit. Accurri ère illicò Sacræ Virgines, ad ferendum ei auxilium; at ubi amantissimam suam Matrem Sor. Joannam mortuam vel certè cum morte luctantem viderunt, præ dolore intimo erant simul omnes semimortuæ, levant ergo eam & in suis deportant brachiis in Cellam, lectulum apparent, & in eo collocant. Triduo toto Christi Sponsa loquendi usu privata mansit, sed nec videre vel audire quid-

quam potuit, nec aliud vitæ signum præterquam quod spiraret edidit. Exactò triduo rediit illa quidem ad se, at amen trimestri integro graves ultramodum dolores sustinebat, ita ut sese nullatenus erigere valeret, totumque illius corpus esset instar stipitis immobile, quòd sanè tanto in malo mirandum non est. Non sufficiebat tamen id malis Dæmonibus; verùm et si Joanna à capite ad calcem sauciata esset, convenerunt ad lectulum ejus, quòd Christi Sponsam iterum excruciant; alii ergo ductabant trahabantque illius nalum, alii labia ei intorquebant, pars colaphos impingebant, universi verò ludibrio eam habebant subsannabantq; dicentes: Tu anus fatua, tu improba muliercula, nostine etiam quid mortiferum crimen sit? Vis tu pro cunctis Orbis peccatoribus vadem te præbere? Invenietur fatuitas tua, dum totius mundi peccatis te onerasti. Ubi nam cogitas debitum hoc dissolvere? An hic? Nequaquam, sed & hic & in inferno simul pendendū tibi erit. Sustine modò, sustine tantisper, erit cum in manus nostras devenies. Igitur uti hæc antè Tartarei spiritus prædixere, ita etiam factis rebusque præstare, & quidem hoc unum est tam admirandum ac tremendum opus, ut revera una è maximis probationibus censerî debeat, quibus peculiarem servorum suorum fidem in hac vita unquam expertus est DEUS. Veritas ista perspicuè patebit per explicationem rei, quæ ad modum sequentem eventit. Ubi maligni spiritus videre, quid in se

Rr 2 famula

Diuq; immobilis decubuit, nihilo tamen minus à Dæmonibus variè vexabatur.

Ac mediâ sicut malo granatum vumpunt.

Unde ille propemodū vitâ destituta mansit.

*Dæmones
Joannam
excrucian-
dam expe-
riant.*

famula Christi Joanna receperit, & ad quid se obstrinxerit, ajunt ad Divinam Majestatem: Domine, inconsiderata ista mulier, obtulit se ad satisfaciendum pro omnibus peccatoribus. Ignorat enim verò illa pœnas ac tormenta, quæ grave peccati pondus promeretur. Quò verò id discat, trade illam ô DEUS, in manus nostras, nos efficiemus, ut illa in pœnis ac torturis tale peccati jugum pondusque intelligat, & fateri cogatur. At verò Dominus. In tales, inquit, ego manus Ancillam meam tradere nolo, sed ipse ego meam manu illam mortificabo & experiat. O Domine, iterum inquit Dæmones, Tua quidem manus est multum potens, nihilominus tamen est ea etiam erga suos amicos benigna & clemens. Si tu hanc mulierem, in qua tantam habes complacentiam ac satisfactionem, tanto favore ac benevolentia non prosequeris, nos profectò efficeremus, ut illa te ad iram concitatura atque offensura esset. Agite, inquit DEUS, ut crassum spissumque errorem vestrum, qui à malitia vestra procedit, cognoscere queatis, trado eam in manus vestras, excruciate illam pro libidine, verum tamen cavete, ne mihi animam ejus lædatis. Postquam D. DEUS talem facultatem malis Geniis indulxit, sancti tutelares ejus ac Patroni nova hæc nuncia famulae Christi detulere. Conterrita quidem initio exinde fuit Sor. Joanna, at ubi mox totum collegit animum, vid. tque eam esse voluntatem DEI, totam suam in DEI bonitate fiduciam defixit, seque animo prorsus excelso paravit ad sustinendas infernales pœnas ac tormenta. Facultas hæc pote-

*Christus D.
dat facultatem
excrucianda Jo-
anna Dæmonibus.*

tasque concessa in Joannam dæmonibus, annis aliquot duravit. Sed quid non putas, Tartarei isti tyranni lupique in mirissimam hanc ovculam ausi fuere, cum inter suos virulentos dentes ac præacutos ungues innocentem hanc Virginem habuerunt? Quis ea expendat, taceo edicat, describatve omnia? Cogiteret quid Tartarei sint hostes, eorumque internecinum in universos mortales odium, tunc perfacile colligeret, quid hæc Protectrice peccatorum sit ab illis actum. Poterat tamen ex variis etiam, qui in Joanna anima vertebantur effectibus, aliquid eorum agnoscere. Erat aliquando Ancilla Christi adeò ignea & ardens, velut si medio flammam elibano versaretur, aliã vice erat tota perinde algida ac gelata, ac si esset lacui glaciato immersa. Nunc erat clauda, mox cæca, aut alio aliquo defectu laborans, In summa, in toto illius corpore à vertice ad calcem usque nihil erat sani. Tota etiam ejus facies erat mirabiliter inversa & deformata, trãstis denique illius & calamitosa constitutio nulli non commiserationem extorquebat, erantque similiter gemitus ejus ac suspiria usque adeò profunda & miseranda, ut ex solo eorum auditu cuius cor propemodum distiliret. Sciscitabatur ex ea quandoque Confessarius illius dicens: Mater, pœnæ istæ quas pateris, forsitan sunt instar pœnarum Purgatorii? Pater, respondit Joanna, meo judicio sunt adhuc graviores. Quid amplius dici queat? Solebat Christi Sponsa dicere, quòd pœnæ omnes, quæ quæ hic in mundo tolerari à quoquam possunt, respectu pœnarum Purgatorii perinde se habeat,

*Quam illi
miris modis
torquent.*

*Quam illi
ejus delicta
fuerint.*

atq;

Ad quos accessit ma- xima à Deo hereditio. atq; si pictæ duntaxat essent. Accedit hinc ingens, quâ illa per id tempus ex- periebatur, DEI derelictio, peculiariû videlicet gratiarum, quibus Majestas Divina in ejusmodi tribulationibus adesse consuevit, defectus, ita ut omni ex parte dolores illius essent acerbissi- mi. Querebatur Christus Servator noster in duro Crucis stipite de sui derelictione à Cœlesti Patre suo, idq; ipsum etiam per os Davidicum de a- marissima sua passione cecinit, dolori- bus inferni se circumdatum. Cum ere- nim tenerrimum ejus corpus in tam inmanibus horrendisque versaretur cruciatibus, & eodem pariter tempo- re anima ejus derelicta fuerit, natura verò humana tunc omni auxilio DEI- que ope destituta tam atrociter tor- quebatur, erant pœnæ illæ, non uti a- liæ mundi pœnæ, sed acerbiores ipsis Purgatorii pœnis, ita ut rectè ac me- ritò dictæ sint dolores inferni. Dolo- res istos magno pariter animo tulit ge- nerosa Herois Viatrixq; Sor. Joanna. Speciatim sentit cum duos sævos im- manesque Dæmones suam ingredi Cellam conspexit, qui trucidibus eam intuiti oculis dixerunt. Nunc quando te DEUS dereliquit, nunc quando nemo est, qui tibi auxilietur, nunc quando nos tam securè in manibus te habemus, nunc ergo expetiri vult- mus, quantum tu possis & quantum ipsi valeamus. Hic jam tu sustinebis, quod saxum ferre queat, nolq; te cum corpore atque anima in infernum de- feremus. Intremuit enim vero ad so- lum diabolicorum verborum auditû Virgo humilis, inque corde ipsius præ- vehementi angustia insanè tumentes lævientelq; insurrexere amaritudinis

fluctus. Ut verò suos coniecit oculos in imaginem Christi, uti & aliam SS. in DEI Matris ejus, tempestas hæc evanuit. Percussamque geminorum istorum Cœli luminarium fulgore timidi ac vesordes stygii Cerberi fugam inire. Unus porro illorum dum fugit, in- quit, gratias age illi, qui te protexit, alioquin hæc vice tecum egissemus ut es merita.

Erant jam tunc dolores ac pœnæ istius Ancillæ Christi tam variæ atque intolerabiles, ut ipsis Cœlestibus Di- vis talis perpessio nimia præterq; mo- dum videretur. Vidit quandoque in Choro inter orandum Joanna, quod S. sua Mater Clara ante Divinam Ma- jestatem in genua provoluta diceret. Domine, Majestas tua velit, oro, cõ- placere sibi, ne maligni spiritus post- hæc istam filiam meam tam atrociter diserucient. Sit jam tibi satis, ô Do- mine, quod hæc ænis tanta pertule- rit. Spiritus quidem nunquam non est promptus, caro autem infirma, deficientq; vires ejus. Clara, respon- dit, humana vita est brevis, & in bre- vi vitæ spatio nõ multum promereri potest, si non multum laboretur. In temporanea hac vita nullû est quie- tis & otii Sponsis meis tempus. In- patiando pro Sponso suo debet esse illarum requies. Hoc Domini acce- pro responso convertit se D. Clara ad filiam suam Joannam & ait: Filia mea nunc tua corona paratur, reliquum vitæ tuæ nihil erit aliud nisi labor & dolor, quoniam in eo beneplacitum est DEO. O doctrinæ præstantiam! Oprandum sanè foret, ut hæc Divini Præceptoris nostri institutio cuncto- rum, potissimè tamen Sacratarum

*Sed fugax-
virtute.*

*Vvere pia-
rum men-
tum quid
esse debeat.*

*Dira illi
duo Dæ-
mones mi-
nantur.*

Rr 3 DEO

DEO Virginum cordicus altissimè
imprimeretur, quandoquidem illæ
velut DEO desponsæ ei sint ampliùs
obstrictæ.

CAPUT XII.

*Qualiter maligni Spiritus Sor. Joannam
diversis tentationibus infestavit, & ex
adverso Joannæ stygios Genios cruciavit,
adegeritque ad laudandum DEUM,
ac Virginitatem ejus benedicta
Matris confitendam.*

IN mundi exordio Dominus ad Tar-
tareum serpentem dixit. Inimicitias
ponam inter te & mulierem: tu insi-
diaberis calcaneo illius; at illa conte-
ret caput tuum, Gen. 3. v. 15. Divinum
istud eloquium aprillimè Sor. nostræ
Joannæ convenit in matura confide-
ratione continui incessantique confi-
ctus ac certaminis, quod Adversarius
noster Serpens infernalis cum hac ani-
mola Heroide Joanna gessit. Intueri
nobis perspicuè licet, quòd jam dicta
Divina comminctio examulsum ac
propriè impleatur, dum penes acerti-
mos congressus luctasque quas cum
hac invicta Viragine malignus hostis
subiit, multis variisque illam tentatio-
nibus, præterquam contra pudibitiã,
infestavit, tametsi is semper suis pro-
priis itretitus laqueis, captus, explosus
exhibitusque pudore & ignominia
affectus discesserit. Primò quidem
prætextu necessitatis Sponsæ Christi
sobrietatem & abstinentiam multi-
modis impugnavit. Novit is peropti-
mè naturali & indefinente ferè neces-
sitate, quam nos mortales patimur,
aut nobis imaginamur, uti, atque per

id ceu aprillimum animi nostri ca-
strum oppugnare. Laborabat Sor. Jo-
anna crebrò continuã & perseveran-
te febris, è cujus æstu ingens ei nasce-
batur sitis. Dum aliquando solito ma-
gis è febris langueretur, intravère
Cellam ejus duæ speciei externâ spe-
ctabiles personæ, attulerant illæ am-
phoram aquæ plenam, limpidissimæ
& christallinæ claritatis, nimirum
quantùm exterius videri noscique po-
terat. Alloquuntur illa Joannam ac di-
cunt: Accipe, ô famula DEI, hunc po-
rum, tuamque restingue sitim. Huc
nos ablegati sumus ut refocillamen-
tum istud tibi deferamus. Turbata op-
pidò dum hæc audit videtq; prudens
ac circumspecta Virgo fuit, & non
cupio ego bibere inquit; aqua si qui-
dem hæc falsa nimium est & amara.
Quid ais? respondent illi, liba modo
gustaque & gustu ipso experiere præ-
dulcem illam esse. Jam dixi, & dico me
id facere nolle iterumque inquit Joan-
na, fons mihi est, quo sitim meam
relevem ac restingam, videlicet vul-
nus lateris Christi Redemptoris mei.
Atque his disparuère adversarii, qui
haustulū gustulumq; ei propinate ni-
tebantur. Ut verò viderunt ad fontem
vitæ Joannam hætere, cum eisdem u-
na etiam spes eorum dilapsa evanuit.

Neq; tamen adhuedum ei herbam
portigere, remq; perditam fateri vo-
lebant; verùm conabantur Joannam,
uti olim Evam supplantare, itaque à
potu ad cibum devenère. Erat Christi
Sponsæ abstinentia tam severa, ut non
abs re dicere possimus, vitam ejus mi-
raculosè sustentatam fuisse. Potissi-
mum tamen diebus S. Communionis
omniò nullo vesceretur, eã scilicet

*Sitibundæ
febris Joan-
na aquam
offerunt
Dæmones,
at illarum
fontem, fons
ille offer-
dit.*

*Variis et-
iam præter
continuas
luctas, ten-
tationibus
Joannam
infestant
Dæmones.*

*Carnis ver-
vecina ap-
petitum ei
excitant.*

et piæ mentis persuasione, nihil gustare debere os illud, quod panem Cœli manducavit. Aliquando cum S. Synaxi refecta fuisset, cupido illam & immodica subit orexis assæ vervecinæ carnis edendæ. Utebatur in hac tentatione Dæmon prætextu gravis necessitatis, dum nimirum Joanna tantam sentiret debilitatem, velut tota deficiens jamjam casura & occalura esset. At verò facillè famula D. agnovit tentationem istam à Dæmonis astu provenire, dum nimirum susceptam Sacram buccellam suo in pectore adhuc dum tam integram ac recentem conspicit, velut si eodem suscepta momento fuisset, quodque color nativus Cœlestem panem non consumperit, sed neque in minimo alterârit. Simul ac igitur id Joanna cognovit, sequentibus verbis corpus suum est allocuta, Tu bestia, cur non cognoscis res, ut in te sunt, sed cupis, & fallaci perversoque ordine ac modo eas intellectui proponis, velut si utiles, suaves pulchræque sint? Quoniam verò sat mihi perspectum est, quod omne quod tibi arridet, facillè in fraudem inducere me posset, idcirco ego cupiditati voluptatique tuæ morem non geram, sed juxta necessitatem duntaxat te sustentabo; atque his in horum descendit, collegitque pugillam absinthii, ori illud ingessit capique mandere ac dicere, ede ede bene ut bestia, nam hoc edulium proprium tuum est sustentaculum. Adstant maligni spiritus, & furibundâ rabie hæc eam agentem contemplabantur, quodque astutiâ & fraude non poterant vi efficere conabantur. Quatuor ergo illorum Joannam ad-

oriuntur, duo manus retro post tergum ei tenebant, alii duo illi os vidu-
dixerunt, introque aliquantum assæ
carnis ingesserunt. Obstipârat quidē
dentium saxe os Joanna carnem-
que eamprehendere noluit; mali autem
Dæmones furibundo suo more
suis unguibus, dentes ei ab invicem
separârunt, atque intra eos carnem ei
intruserunt, dicentes: totam huc afferte
carnem, edere illa eam debet etiam
invita. Ubi ergo magnam vim
potentiamque Joanna vidit, inclamat
Sanctissimam Virginem ac DEI Parentem,
& ait: O MARIA! O DEI Mater &
misericordiæ, esto mihi propitia. Ad
invocationem Sor. Joannæ advenit
Regina Cœli opitulatum filia suæ,
comitata S. Mater Clara, S. Catharina
Senensi, ac D. Matre Teresia. Tumque
Gloriosissima Virgo Maria, tanquam
Regina, Tartareos spiritus Imperatoriâ
severâque voce allocuta, ait: Quid hic
agitis vos maledicti à DEO spiritus? Unde
vobis tantum audaciæ, ut cum dilecta &
electa filii mei tali pacto procedatis?
Exeste hinc, apagite protinus atque
in Orcum facessite, eò namque per-
tinetis. Ululabant Dæmones fugamque
continud ceperunt. Post hæc SS. Virgo
Joannam est complexa, eique benedicens
ait: Exige te animo, filia mea, quando
quidem volupe est filio meo tuum cum
damnatis spiritibus certamen intueri. Ita
propterea. Hujus rei causâ asseverare
possumus, quod per DEI voluntatem præ-
dicti conflictus non semel duntaxat, sed
sæpius fuerint initi, prout, considerando
cruentissimum certamen quod patiens
Job gessit cum Dæmone,
(super

(super quem virum probum totum ferè Cælum incubuerat) D. Chrylost. *hom. 1. ad pop. Ant.* Divinam interrogat Majestatem, quam diu tandem infinita ejus Bonitas inducet in animum istum amicum suum in tam multiplici, tamque sæpe repetita calamitate ac ærumna contemplari? Et deinde ad interrogationem suam ipsemet respondet, quòd magnanimi cujuspiam viri certamen, dum is nimirum certando cum diabolo triumphat, pergratum sit Divinis oculis spectaculum, quodque sua Majestas illud ita amet, ut non unâ solum vice, sed frequentius etiam delectet eum ejusmodi congressum duellumque intueri. Et hoc illud est, quod prædicto modo SS. Virgo Maria filix suæ Joannæ indicavit, ut nimirum sumeret animos excitaretque se ad pugnandum cum Tartareis hostibus: quandoquidem Divinus ejus Filius tantâ voluptate teneretur spectando ejus fortitudinē, cum certamine vincit ac triumphat, sicut eum delectet non semel tantum, sed quàm frequentissimè tale certamen ac triumphum spectare.

Tali ratione, variâ multiplicique imò incessanter fervente pugna, Divinæ Majestati sæpenumero spiritus maligni gratum præbuere spectaculum. Et quia copiam nacti fuere infernales inimici Sponsam Christi infestandi, id eo vix uno finito certamine, mox alterum oriebatur. Ubi vero animadvertentur capitalem, juratamque suam adversariam malis vinci non posse, aliis utendum sibi armis existimavere. Cogitabant ergo fraudibus ac dolis famulam D. adoriri, ac per pigmentata & byssina verba palpis ac

vulpinationibus circumventire. Erat quandoque Sponsa Christi aliquot ante Natalem ejus diebus, in ejusdem Mysterii, usitato sibi more, altissima contemplatione profundè immerisa, & extra se abrepta, & prout in ejusmodi contemplationibus usuvenire solebat, Divini amoris flamma Joannam adeò succendit, tantopereque flamma hæc (dum recogitat DEUM venisse ut mundum igne sui amoris succenderet) in Sponsa ejus exarsit & invaluit, ut deflagaret & confluere-
tur astu desiderii, quò scilicet totus mundus pariter amore Divino ardere posset, tumque vehementi sui spiritus impulsu velut æstro percita, ad cuncta Moniales, quæ in ejus venere conspectum ajebat. Quid agimus nos, Sorores meæ, quid agimus? JE. SUS! Quam nos frigidæ sumus! imò quantum gelu obriguimus! O si quælibet nostrum conflaret! O si univèrsæ Divini amoris igne absumamur! O verè prædulce incendium! Sic semper gliscens, semper increascens amoris incendium usque adeò in ejus corde invaluit, ut denique pleno in Sponsam Domini potiretur imperio & quidem tam impotenter, ut quandoque noctu dum post Matutinum in Choro contemplationi vulneris lateris vacaret, (in quo castissima hæc columba nidum habuit, in foramine videlicet Divinæ petrae) amatrix Sponsa in hac Divini amoris fornace ardere cœperit, simulq; intimo cordis flagrantis desiderio, ut omnia mortalium corda, ad tuaves amabilesq; ejus incendii flamas incalescere possent, sic ut Divino Sponso suo diceret. Mi Deus ac Domine, quòd quidem vulnus istud tui lateris, hæc

porta

*Spectaculum
DEO gratissimum
certamen
cum hostibus
anima,
ac de his triumphus.*

*Amore
DEI
certa
na alia
Conforti
ad evadend
incitat.*

„ porta vitæ, hic ad Regium cordis
 „ tui Palatium ingressus est apertus,
 „ ubi omnis plenitudo Divinitatis
 „ tuæ inhabitat; nemo igitur à tan-
 „ to honore à tanta salute excludatur.
 „ Sine huc cunctos introire morta-
 „ les, huc tu illos admittes actui par-
 „ ticipes effice. Omnes huc advo-
 „ ca, nam alioquin aqua, quæ com-
 „ munis non est omnibus, tamen si
 „ de Cælo veniat, parum fertilem
 „ annum facit. Tu Sol es mundi,
 „ estque hoc tuæ lucis beneficium
 „ pro universis mortalibus. Age er-
 „ go, voca illos, & si tibi placet, ego
 „ ipsa Præconis obibo vicem; tua
 „ vox ero: Huc ego illos magnis
 „ clamoribus accersam. Hisce pro-
 „ latis guardenti fervore Spiritus vo-
 „ cem suam levavit & dixit. „ Vos
 „ sancti, qui in gratia DEI estis huc
 „ adeste, quandoquidem porta est
 „ patens; intrate in requiem sancti-
 „ tatis vestræ. Vos peccatores, qui
 „ pœnas variis reatibus vestris de-
 „ bitas formidatis, venite, adeste,
 „ intrate ad postulandam sceleribus
 „ veniam, & vobis porta hæc patet.
 „ Vos infideles, qui sedetis in tene-
 „ bris & umbra mortis, venite, in-
 „ troite ad vitam, quia fores apertas
 „ habetis. In hunc igitur modum
 „ ubi Sor. Joanna totum invitasset
 „ mundum, apparuere illi dæmones
 „ leni valde voce dicentes. Joanna
 „ consequeris denique omnia quæ ti-
 „ bi placent, jam nunc nos victi suc-
 „ cumbimus. Multas hoc nomine
 „ DEO gratias debes. At verò &
 „ DEUS è contra multum tibi debet,
 „ dum in gratiam tui quotidie nobis

Ioanna o-
 mnes mor-
 tales vocat
 ad porta
 lateris
 Christi an-
 gressum.

Demones
 que es ob id
 dolose blã-
 diuntur.

tantum animarum numerum eripit.
 Omnes hujus Monasterii Sacrae
 Virgines sermonum tuorum igni-
 bus accenduntur, magisque nunc
 Divini amoris flammis ardent at-
 que deflagrant. Cognoscere satis
 poterat sagax prudensque Joanna
 quorsum vasti laverniones talibus
 intoxicatis, auro licet oblitis telis
 collinearent. Ut vero astuta vulpes
 propriis caderentur vincerentur-
 que armis, ad eos inquit: „ Quid-
 „ nam vos dicitis? Sanè putabam
 „ ego me nihil boni agere. Semper
 „ ego ejus eram opinionis, quod
 „ cuncta opera mea, omnes actus
 „ mei, omnia verba mea, plus scan-
 „ dalo quàm ædificationi bonoque
 „ fervirent exemplo. Si tamen ita est,
 „ uti dicitis, agamus insimul omnes
 „ gratias cui eas debemus, nimirum
 „ DEO ac Domino nostro. Agite, „
 „ in solum vos prosterne, & me- „
 „ cum dicite: Domine, tua est glo- „
 „ ria, tua est potentia, tua Majestas, „
 „ omnia tua sunt, quæ nos Creatu- „
 „ ra tua bona habemus. Non nobis „
 „ Domine, non nobis, sed SS. tuo „
 „ Nomini, sit gratiarum actio, laus „
 „ & gloria. Nihil loquimini? Non „
 „ laudatis mecum DEUM? „ Quid
 „ oro ad torquendos dæmones excog-
 „ gitari queat acutiùs astutiusque? Sic
 „ eis Sor. Joanna os obstruxit, elin-
 „ guesq; ac mutos reddidit. Et quam-
 „ vis Tartaræ vulpes supra modum
 „ versutæ sint, nunquam tamen cogi-
 „ târant, quod mulier una in maxi-
 „ mum suum dedecus ac detrimen-
 „ tum ita ex tempore, non pramedita-
 „ tata tam sanctam fraudem adinve-
 „ nire

Ioanna co-
 git demo-
 nes ad lau-
 dandum
 DEUM,
 sed iis ra-
 centibus.

nire posset. Ut verò sponsa D. vidit quod DEUM dæmones secum laudare nollent ait porrò. „ Haud enim verò decet, ut ab illoto impuroque ore vestro laudes DEI profuant; qua propter venite mecum, venite ducam ego ora vestra ad proprium competentem, que sibi locum. Duxit itaque Joanna dæmones ad communes Cœnobii latrinas, inque immundo illo loco eos alligavit, aitque illis: iste est proprius vester locus, hic vos usque in crastinum ad hoc idem tempus manebitis, & diutius etiam si voluero; Dominus enim adhuc omnia potestatem auctoritatemque mihi suam contulit. Ita ergo Sor. Joanna alligatos detinuit in prædicto loco immundos spiritus usque in crastinum, quo ei Confessor ejusdem præcepit ut solvat eos ac dimittat, qua sanè in re evidenter apparet potens DEI manus, quam DEUS famulæ suæ commodavit. „ Habesne tu brachium, ait Majestas ipsius ad patientem *Job. cap. 40. ut DEUS?* Nunquid extrahes Leviathan hamo & fune ligabis linguam ejus? Nunquid illudes ei sicut avi? Nequaquam, fortitudo talis viro tali data non est. Hic autem videmus mulierem istam id in Leviathan patrâsse, quod vir, qualis Job erat, efficere non potuit. O potentia DEI! Tu sola per infinita euscemodi vasa superbos spiritus ligare eisdemque potes illudere. Uulabant præ nimio furore dæmones, dum conspiciunt redactas ab una muliere in nihilum tam altutè

Ducit eos ad latrinas ibidemque eos usque in crastinum alligat.

confarcinatas fraudes suas, quodque illos Joanna non vi solum aperta, sed & quod sentiebant magis, piâ sanctâque astutiâ & fraude superâisset. Agnoscebant itaque liquidò miseri diaboli per ejusmodi varias ac subtiles delusiones explosi, in suis propriis fraudibus ac sutelis nullos se oculos habuisse. Nihilò secias tamen nitebantur Joannæ persuadere, ut à severis pœnitentiæ operibus desistat, atque ut ea de re Christi sponsa eò meliùs edoceret, sub discretionis pallio usi sunt sequentibus argumentis. Ecquid conspicis, ajebant illi, te nunc senem annisque protractam, ac vires tuas perennes esse? Quòd equidem in florente tua ætate corpus tuum adeò durè acerbeque tractaveris, rectè id actum. At verò nunc quando corpus tuum sic emaciatum, fractum ac imbecillum est, sanè plusquam æquum rectæque rationi consentaneum est, ut ei aliquantum quietis indulgeas. Nullumne tu discrimen inter senium ac juventutem facies? An non vides grandem omninò esse dementiam, cum quis in debili effœtaque senectute, id præstare vult, quod in vigente atque robusta ætate egit? Quantò tu ageres melius, si post tam duram omnique possibilitate peractam pœnitentiam, jam nunc aliquid imbecillitati tuæ concedas conniveasque, & à pœnitendo desistas: quòd sic nimirum vitam proroges diutius, atque ita etiam DEO servias productiùs. Solebat eodem tempore Sor. Joanna suo Confessori dice-

Dolosa de monum erga sor. mat. comp. passio.

ec.

re: „Pater, res profectò mira in-
 „usitataque est, quòd & diaboli
 „amorem commiserationemque
 „hominibus exhibeant. Quis un-
 „quam tale quid cogitavit aut vidit?
 „Dum aliquando Joanna ante
 „Christum Cruci affixum noctur-
 „no stare tempore, dolosi vafri-
 „que spiritus in jam dicta fictæ
 „palliatæque commiserationis ma-
 „teria, pugnam exorsi fuere acer-
 „rimam, at verò Joanna, quæ
 „admodum expedita erat ad ob-
 „viandum illis, sequentibus eos
 „verbis alloquitur: Si vos tanto-
 „pere commiseratione nostri tan-
 „gimini, æquum profectò & dig-
 „num est, ut majorem illi exhi-
 „beatis, qui majorem magis pro-
 „meruit. Adeste ergo & videte,
 „ut hic Cruci affixus Dominus,
 „tam atrociter sit vulneratus tam-
 „que malè ac indignè habitus.
 „Compatimini illi: hic vos ope-
 „ram optimè collocabitis. Ubi er-
 „go Dæmones conspexere suismet
 „se tendiculis laqueisque indutos,
 „horrendum rugire ac ejulare cæ-
 „perunt. Et quia cernebant bonam
 „Joannæ voluntatem nec fraude
 „nec apertâ vi superari ab se posse,
 „aliam exorsi telam, impugandum
 „sponsæ Christi intellectum sibi
 „sumpserunt, diversa ac variâ con-
 „tra S. Fidem nostram argumenta
 „contexendo. Dum quandoque
 „Joanna in Dominica quadam cum
 „aliis sacris Virginibus Primam con-
 „cinit, ponè ad latus ejus diaboli
 „sefe applicuere, cumque symbo-
 „lum Div. Athanasii caneretur, fa-

mulæ DEI dixerunt: Mentiris tu-
 „faga, tu venefica seductrix, men-
 „tiris omnia quæ dicis, & vos quæ
 „hic canitis, mentimini omnes.
 „Vos, reponit Joanna, si estis, qui
 „mentimini, utpote spiritus men-
 „daees: nos verò veritatem pro-
 „ferimus. Tumque blasphemus spi-
 „ritus Joannam tentârunt, indu-
 „cere eam tentantes ut DEUM
 „blasphemaret. Detestabilis hæc im-
 „pugnatio visa est Joannæ ipsâ
 „morte acerbior. Quoniam verò
 „ejus causa vehementer tristaba-
 „tur angebaturque molestiam suam
 „ac dolorem Confessario indica-
 „vit. Ille verò eidem præcepit ut
 „malignos hostes ad se vocet eos
 „liget, secumque laudare DEUM
 „compellat. Fecit ut iussa fuerat
 „Ancilla DEI. Præcipit in DEI no-
 „mine ut ad se veniant, tumque il-
 „lis pedes vincit & ait: Adeste vos
 „malitiosi spiritus, hic omninò
 „laudandus vobis est ac benedi-
 „cendus DEUS. Igitur mecum e-
 „dicite: „Laudo, magnifico & glo-
 „rifico DEUM omnipotentem.
 „Laudo magnifico & glorifico ejus
 „Divinum esse omnesque ejusdem
 „proprietas. Laudo, magnifico
 „ac glorifico ipsius Incarnationem,
 „Passionem, mortem ac sanctissi-
 „mum ejus Nomen. Laudo, mag-
 „nifico & glorifico purissimam e-
 „jus Matrem, ac Virginem Ma-
 „riam, quæ sine macula nævoque
 „culpæ originalis est concepta.
 „Quid? aiebant dæmones, hocine
 „nobis dicendum est? Hoc nos non
 „faciemus. Non? respondet Joan-
 „na;

Quos illa
 insigniter
 dolis suis
 irretit.

Itemque
 spiritu
 blasphem-
 ia, sed in
 suum ma-
 lum.

Eos ipsa
 namque li-
 gat ac DE-
 UM diser-
 tis verbis
 laudare
 cogit.

In materia
 fidei Joan-
 nam da-
 mones im-
 pugnant.

na; igitur certi estote vos hic alligatos captivosque eousque detinendos, donec id præstetis. Tum ululare rugireque superbi spiritus. O quod maledicta una anus, clamabant illi, una improba muliercula, tali nos pudore ac dedecore afficiat! Prò qualis est infernus iste, nos hic captivos teneri! Exsolve nos tu maledicta vetula, faciemus quod jubes. Non sic impii, Joanna inquit, hinc ego vos non solvam, nisi prius DEUM Sanctissimamque ejus laudetis Parentem. Sine modò nos in pace, rursus regerunt dæmones, ac dimitte liberos, jam enim id intus mente proferimus, quod tu dicis. Non ita fieri debet, iterum ad illos Joanna, necesse est, ut clarè, expresse, elatâque voce pronuncietis, quod ego dico. Ad extremum tandem adegit Joanna dæmones, clarâ elatâque voce Majestatem Divinam ac SS. ejus Matrem laudare, omniaque profani verba, quæ illis ipsa præibat. Denique eâ rationis effectum est, ut ex ore hostium suorum DEUS laudem perciperet.

Amoenissimus ejuscemodi scenæ ludus cum Spiritibus nequam, in alia quadam soleenni celebritate est exhibitus, videlicet festivitate Immaculatæ Conceptionis Gloriosissimæ Virg. MARIÆ, dum Joanna Matutinis laudibus tota cum congregatione sacrarum Virginum interesset. Accesserant eam tunc dæmones dixeruntque: tu mentiris, iterumque mentiris, & vos quotquot adestis stultæ, simul cunctæ mentimini omne id quod hic asseri-

tis & confitemini. Vos infames Apostata spiritus, reponit generosa Christi sponsa, vos ita estis qui mentimini, utpote patres mendacii, nullum vos verbum profertis, quod cum veritate constet. Conceptam esse supremam Virginum MARIAM in gratia experteque maculæ puritate, tam liquida perspicuaque est veritas quam Solis jubar; proque hac veritate nos omnes cupimus omnitem venarum sanguinem effundere, atque, si necesse foret, vitam nostram in assertionem ac propugnationem hujus veritatis millenis vicibus ponere. Jam nobis abundè perspectum est, quantum vos sublime istud mysterium aversemini, siquidem sanctissimæ hæc victrixque Virago jam tunc vobis nobili triumpho caput contrivit, & ceu vilia abjectaque mancipia catenarum vinculis constrinxit. Mentiris tu, clamabant illi, mentiris; inventum hoc ab Agreda venit, cui nos, quantum erit possibile adversabimur, ne cum hac sua opinione perumpat. Sed quid vos, ajebat famula D. vestra in adversum contentione efficietis? Quas vires habetis vos contemptibiles naucique Creatura? Quis est ut DEUS? ipsius Majestas opinionem hanc quæ majori suæ Matris honoriservit firmabit & constabilet. Tali à responso Tartarei spiritus cum ingenti furore exarsissent, projectam Sor. Joannam in Chori medium caperant verberibus plagisque afficere, sic ut nec sacre Virgines eam tueri possent.

Sed

*Iterum Jo-
anna con-
tra demo-
nes propu-
gnat im-
maculatâ
Deiparæ
Conceptio-
nem.*

Sed momento conspiciunt assurgere Joannam, & invictos demones animo compellare: „O vos ambrosiosae, ajebat, vos inflata feræ bel-luæ, nihil equidem ego miror, Re-ginæ Cæli vos obstrepere ac ad-versari, qui nefaria perduellione, adversus Regem vestrum confur-rexistis, crimenque læsa Majesta-tis Divinæ perpetrastis, ac verò cuncta in maximum vestrum ce-dent malum. Huc vos adeste pro-tinus, impia vestra genua curvate, & confitemini illibatam Reginæ nostræ DEIque Genitricis MA-RIÆ puritatem. Hæc ubi protu-lit Joanna, apparuerunt illi Gloriosi Patriarchæ Dominicus & Francis-cus, grandique cum Majestate man-darunt demonibus, ut Ancillæ DEI jussis pareant, cumque ea profe-rant: Benedicta sit atque laudata immaculata Conceptio amantissi-mæ Dominae nostræ Virginis MA-RIÆ. Itaque coacti sunt morem gerere, licet contra suam volunta-tem, ambo verò sancti alligarunt eos ad unum Chori sedile, cum hoc mandato, ut toti trium horarum Officio Matutinali intersint. Toto illo tempore ignem ore oculisque vomebant, frementes horrendaque ululantes ajebant: Non, non, non. Tanto cum plausu ac honore viera hæc Monialis, cum illa Virguncula de Agreda, ludum istum nequa-quam finiet. Porro Virguncula illa de Agreda vocabatur ab illis Reve-renda Mater Maria de JESU. Pos-sent quidem de hac Ancilla DEI, ac historię sanctissimæ ejus Matris mi-rabili Auatrice multa dici, ego verò

gloriam ejus venerabor silentio, quippe ejus propria scripta, quæ omnem eloquentiæ humanæ vim superant, sat superque celebra-tem, claritatemque præstantissimæ Matris palam faciant. Quòd verò Burgensem Provinciam nostram DEUS tam eximie illustrarit tacen-dum non est. Siquidem præteritis innumeris utriusque sexus qui in Cœnobitica vita notæ sanctitatis odore fragrantés vixerunt atque decesserunt, tria tamen uno tem-pore in hac Provincia luxere simul sidera, quæ suo radiorum Solis æ-mulo fulgore mundum illustrarunt, atque igneo Zelo suo unâ infernum exusserunt & consumpserunt. Vi-delicet in Conventu D. Claræ in Tudela de Navarra Reverenda Ma-ter Sor. Hieronyma ab Ascensione, in Discalceatarum Cœnobio Con-ceptionis in Agreda, Venerabilis Mater Maria de JESU, & in nostro Conventu D. Claræ in Burgos no-stra R. Mater Sor. Joanna à JESU. MARIA.

Præter hos, nunc & præcedente Capite recensitos nobiles trium- phos, innumeros alios magnanima Virgo nostra Sor. Joanna reporta-vit, ideoque solebat de stygiis hosti-bus Confessario suo dicere. Pater, malè quidem illi me excipiunt, mag-nasque mihi creant molestias, ac verò ego è contra iis insigniter re-fundo agoque quicquid eis novi esse contrarium. Poterat id etiam facillè agnosci ex timore famulæ Christi quem Demones habebant, ita ut Joanna multoties Tartareos hostes provocaret, illi verò in Sor. Joanna præsen-

*Dæmones
Joannam
timent e-
jusque præ-
sentiam
non ferunt*

*Dæmones
coguntur
immacula-
tam DEI
Matris
conceptio-
nem consi-
teri, quam
quidam
homines
impugnât.*

*Coguntur
item eadem
sors Matru-
nalis Offi-
cio ad stat-
lum alliga-
ri inesse.*

CAPIT XIII.

Christus D. monstrat Sor. Joannæ pœnas inferni ac Purgatorii, ut ad patendum pro peccatoribus tanto acrius animetur.

præsentia tremerent. O quàm ignavi timidi que sunt illi, qui Omnipotentie DEI non fidunt, viamque virtutis extimescunt. Hi non absimiles videntur exploratoribus terræ promissionis, qui Num. c. 21. reversi, animo pavido ac degenere dixerunt, fieri non posse ut hæc terra expugnetur, quam instar gigantum proceri homines incolerent. Prò vecordes ignavosque mortales! Tale vobis tamque peculiare adest de Cælo auxilium, tanta quoque cum in Ægypto tum in solitudine patrari à Deo vidistis miracula, & jam quàm grandes quamque longi sint hostes vestri metiri vultis? Objici hoc idem universis Christi nomen professis potest, qui verbis factisque monstrant se virtutem, solitudinem, Divinum servitium exhorrescere, quoniam videlicet aliquantum molestiarum, tentationum, afflictionum dolorumque in DEI servitio veraque Christiana vita sentire perferreque coguntur. O vos vecordes Christianos! Postquam Servator noster Christus, tam excellens ac Venerabilissimum vobis reliquit Sacramentum, totque nobis favoribus & auxiliis præsto est, nunc ulnâ hostes vestros metiri vultis? Pudorem reverâ ruboremque incutit omnibus nobis hæc tenera Virgo, quæ de tot tamque potentibus adversariis gloriosos egit triumphos.

Duabus potissimum rationibus rebellis nostra voluntas excitari moverique potest ad odium peccati & satisfactionem pro eodem. Primò Duo mali quòd suprema Divina Majestas, quibus à quam super omnia ex toto corde peccando totisque viribus nostris diligere tenemur per peccatum lædatur. 2. retrahitur. Quòd peccatum nobis proximisque nostris summè damnosum noxiumque sit, dum scilicet illud peccatorum æternis gehennæ ignibus ac pœnis, aut minimum temporali Purgatorii pœnæ addicit ac damnat. Posteaquam Christus D. primam rationem, nempe quàm graviter, sceleribus mortalium offendatur, sponsæ suæ Sori Joannæ à JESU MARIA variis singularibusque modis patefecit, alteram etiam subinde rationem, nimirum quàm noxium hominibus esset peccatum eidem manifestare voluit. Et quidem tali modo ut sponsa ejus corporeis oculis atrocitatem pœnarum, quas peccatores in inferno pendere perpetique coguntur conspiceret. Quòd verò Sor. Joannæ inferni purgatoriique pœnas viderit, enarrat ipsa suis propriis sequentibus verbis. "Dominus, inquit illa in sua vita, permisit ut infernum inspicerem. Quadam vice Angelus meus Custos me ad eam undique tristem

Joanna dicitur ab Angelis in infernum.

31 tristem & calamitosam habitatio-
 32 nem deduxit. Duxit ille me ad
 33 perangustum quendam ac tene-
 34 brosum tramitem atque in eo me
 35 solam dereliquit. Ibam ego per
 36 eum callem sola, expers omnis fo-
 37 latii, eò quòd Angelus illic me de-
 38 stituisse & abscessisset. Processis-
 39 ram aliquantum, devenique ad in-
 40 gressum horreni cujusdam maris
 41 aut paludis, in qua multi damna-
 42 torum immani in frigore ac fœ-
 43 tore morabantur, sed hi ante o-
 44 culos meos evanêre. Ex hac ob-
 45 scœna tetrumque virorem præfe-
 46 rente aqua profiliebant multæ
 47 reptiles venenatæ bestiæ, quæ sese
 48 damnatis affigebant, pendebant
 49 quibusdam è naribus, aliis ab oeu-
 50 lis, ab auribus aliis, aliquibus à la-
 51 biis, eosque inenarrabili modo
 52 cruciabant. Ut porro ñ me con-
 53 spexerunt, dicebant. Quorsum tu
 54 vadis? O te miseram! Hic te nos
 55 in partes dilacerabimus. Maledi-
 56 cebant mihi omnes atque dice-
 57 bant. Maledicta sit dies, quâ nata
 58 es, & lac quod fuxisti. Non tibi
 59 nunc cedit ut tu putas, veni mo-
 60 dò huc veni. Constiti ad hæc tre-
 61 mebunda, atque in memetipfa
 62 conquerebar, de Angelo meo Tu-
 63 telari, quòd me is in tam horribi-
 64 lium pœnarum & angustia loco
 65 solam reliquisset. Tendeatur per
 66 eam paludem pons perquam acer,
 67 eratque is tam arctus & strictus
 68 quàm est acies ensis. Subent ut per
 69 eum transeam, dumque per acu-
 70 tum illum pontem incedo jam ad
 71 hanc jam ad illam partem tabasco,
 72 dum verò sic utubo, sic hac illac

31 pendeo, video subter pontem il-
 32 lum horribiles angues, qui ora im-
 33 ma vesque suos deduxere rictus ad
 34 me gluticendam, ut primùm deor-
 35 sum essem delapsa. Porro dum ad
 36 alteram propendeo partem, in-
 37 gentem scorpionum vim copiam-
 38 que conspexi, qui me suis pungere
 39 ac fauciare aculeis gestiebant. Me-
 40 dium pontis ubi emensa fui, vidi
 41 ad caput illius 4. Stygios ingentes
 42 Cerberos, geminosque Leones,
 43 & alios totidem canes atque Leo-
 44 nes in exitu ejus, ita ut præ utrius-
 45 que partis timore, nec progredi
 46 auderem nec retrocedere. Et quia
 47 pons illæ, ut dictum est, adeò acu-
 48 tus & strictus erat, jamjam in eo
 49 eram, ut præceps delaberer. Auge-
 50 batur pavor meus ex ea, quòd sub-
 51 ter pontem spectarem tantam rep-
 52 tilium bestiarum multitudinem,
 53 rictu hiante sperantium quòd me
 54 deglutient, & quòd adhuc ultra
 55 viderem duos horrendos damo-
 56 nes nonnunquam in paludem in-
 57 gredi, ferreas manibus clavas fe-
 58 rentes quibus miseros damnatos
 59 vi maximâ cædebant, eosque ex
 60 aqua extrahebant, & super terram
 61 extensos, in minutum pulverem
 62 clavis illis contundebant, sed illi
 63 mox iterum in novas plagas resur-
 64 gebant. Denique placuit DEO ut
 65 pontem illum transirem ab eoque
 66 loco abscederem.

Progressa nihilominus confe-
 31 stum fui ulterius, vidique lacum
 32 quendam igneum cujus flamma
 33 valde densa & obscura erat. Innu-
 34 mera illic versabatur ex omni sta-
 35 tu & conditione damnatorum
 36 mul-

Quam
 horrida sit
 ejus facies.

Quam it-
 lic quam-
 que hor-
 renda sine
 pœne.

„multitudo virorum ac mulierum.
 „Omnes hi blasphemabant male-
 „dicentes Divinæ Majestati, suæque
 „sanctissime Matri, Reginæ nostræ
 „Virgini MARIÆ. Qui porrò ego
 „hæc acceperim senserimque, im-
 „possibile mihi est ut explicem aut
 „enarrem. Quando etiam ego au-
 „res magis obturare conabar, ne
 „horribiles illas exaudire voces co-
 „gerer, tantò eas expressius paten-
 „tiusque percipiebam, neque ulla
 „id ratione valui prohibere. Quàm
 „horribilis autem sit paludis illius
 „ignis, dici exprimique omninò ne-
 „quit. Varia illic ac multiplicia mi-
 „seris damnatis inferebantur tor-
 „menta & pœnæ. Alios affabant
 „dæmones ingentesque subter eos
 „statuebant sartagine, in quas
 „congregabatur quicquid à corpo-
 „ribus eorum decidebat, misceba-
 „tur deinde id liquoris defluvium
 „liquenti plumbo, quò nimirum
 „respergendis rursus miseris homi-
 „nibus inserviret. Sic igitur illi ure-
 „bantur, exurebantur, consume-
 „bantur quidem, at protinus ite-
 „rum ad priorem redibant statum,
 „cæperuntque rursus à dæmonibus
 „torqueri & excruciar. Erigebant
 „aliis pedes in altum capite deor-
 „sum pendulo, sicque eos consu-
 „mebant ingenti flammæ in-
 „cendio, gerebant penes hoc infu-
 „per gravissima pondera ab auri-
 „bus, naribus ac dentibus penden-
 „tia, quæ tota eorum corpora in
 „partes disrumpebant. Alios habe-
 „bant in ignitis lectis extensos, per-
 „fumantes eos sulphure aliisque pe-
 „stilentibus odoramentis. Cinge-

„bant alios horrendi efferatique
 „angues qui morsibus eos dilania-
 „bant, & viscera depascebantur.
 „Tortores verò & Carnifices, qui
 „justiciam DEI exequabantur, di-
 „verberabant eos incessanter igni-
 „tis ferreis virgis, & quidem plagis
 „tam atrocibus, ut eorum exinde
 „corpus cis hiaret. Erant mihi qui-
 „dam ex hisce miserabilibus dam-
 „natis in mundo cogniti meque &
 „ipsi nôrant. Hi furebant immani-
 „ter præ libidine me in partes dila-
 „cerandi. Maledixere mihi dicentes.
 „Abi modò tu infelix, tu maledicta,
 „satis est quòd hic patimur, non
 „egemus ut advenias ad nos tor-
 „quendum.

DEO notum est, quòd si me
 Obedientia non compelleret, nescio
 quid aliud agere mallet, quàm
 hæc scribere. Vidi ego in eorum
 barbarum ac tribulationis loco di-
 versas personas, quarum etiam
 peccatorum criminumque data
 mihi est cognitio, ob quæ damna-
 tæ sunt. Erant hic seculares qui-
 dam homines, quòd Ecclesias pro-
 fanaverint. Bene hoc observare
 velint ii, qui adhuc vitæ usura fru-
 untur. Indigna quippe res est vide-
 re quàm impudenter in Ecclesiis
 homines versentur, suamque ope-
 rentur damnationem, & quidem
 loco tali, quò peccatorum suorum
 veniam consequi à DEO debe-
 rent. Alii quòd Usurarii fuissent.
 Nescio quid hoc rei sit, videbantur
 mihi tamen eos pendentes è collo
 bursas gestasse. Istud attendant di-
 vites, qui sanguinem exsugunt
 pauperibus. Erant illic complures

Cæno-

Ob qua
crimina
damnan-
tur quidam

„ Cœnobium Præfecti, quod ma-
 „ lè bona Ecclesiæ insumpserunt,
 „ profanisque usibus detrivissent,
 „ domos inde suas exædificassent,
 „ pauperibus verò bona ad eos per-
 „ tinentia non dedissent. Erant si-
 „ militer illic è Clero ac Religioso
 „ statu multi homines, alii quidem
 „ quod mali fuissent Confessarii
 „ suosque filios Confessionis ad ve-
 „ ritatis normam imperterritè non
 „ correxerint, sed humano respectu
 „ ducti, suis in sceleribus eos perse-
 „ verare civerint. Alii quòd non
 „ fuissent boni Ecclesiastæ & Divini
 „ verbi Præcones, dum nimirum a-
 „ liud non egerunt, quàm quòd Au-
 „ ditoribus palpum obtruserint,
 „ suamque inanissimam gloriam &
 „ honorem aucupati fuerint. Erant
 „ quoque illic multæ Moniales,
 „ quædam ob vitiosam reprehensi-
 „ bilemque pietatem, aliæ quòd pe-
 „ culium habuissent, atque irreligio-
 „ sè vixissent, aliæ quòd impudenter
 „ in Choro garrulitati vacassent,
 „ tamque parum Divinis Officiis
 „ intentæ fuissent, veluti si præsentem
 „ illic non adfuissent. Aliæ item ob
 „ vanitatem & incompósitos mo-
 „ res, quòd peius quàm inconside-
 „ ratissimi solutissimique sæculares
 „ vixissent. Aliæ quoque sum ibi in-
 „ tuita, quæ probè sunt notanda.
 „ Videor mihi plùs quàm delira ef-
 „ se, quòd loqui atque inter homi-
 „ nes degere queam postquam hic
 „ talia conspexi. Ab eo loco duxe-
 „ runt me per angustam quandam
 „ viâ quæ tam acutis mucronatisq;
 „ silicibus constrata fuit, veluti sunt
 „ ensium acies exacutæ. Locus hic

adeò tenebrosus obscurusque
 fuit, ut pœna & afflictio, quam te-
 nebræ istæ causarunt, nullo ser-
 mone possit explicari. Cruciaban-
 tur hic mortales innumeri gravio-
 resque sustinebant pœnas quàm
 alii. Nihil illic audiebatur aliud
 præter lamenta, fletus, stridorem
 dentium, ejulatum & in DEUM
 execrationes ac maledicta. Collo-
 cârunt me istic in sella quædam
 quasi è salicum virgultis tontexta,
 & super quædam acumina, quæ
 mihi ad cor usque penetrare vide-
 bantur, quod sanè tormenti genus
 omnem atrocitatis modum supe-
 rabat. Ast ubi ego, non sicut alii
 eum maledictis incessentes, in ejus
 Majestatis gratia mansi, pro quo
 sit benedictus in sæcula, lauda-
 bam, benedicebamque Majesta-
 tem illius, in medijs hisce pœnis,
 quæ tam immanes erant, ut dici
 omnino nequeat. Detinuerunt me
 ibi sat diu; ut verò perspexerunt,
 me ad blasphemiam aliquam juxta
 votum suum permoveri haudqua-
 quam posse, inde me post illatos
 horrendos cruciatus ejecerunt.

Ducta quoque fui in meditul-
 lium purgatorii. Sunt istic æquè
 horribilia tormenta cruciatusque
 terrifici ac alibi, cum hoc tamen
 discrimine, quòd locus hic sit lo-
 cus pacis & non blasphemix, quo-
 niam hic DEUS non maledicitur,
 sed è contra magis benedicitur &
 laudatur. Quòd verò potissimè
 sentiunt, est, quòd illic detinean-
 tur, & conspectu DEI frui neque-
 ant. Caterum pœnæ ac tormenta
 sunt, ut eaq; fuere narrata. O si

T t quis

*Tenebra
exteriores
Inferni
quàm hor-
renda.*

*Ioanna in
medijs In-
ferorum
pœnis DE-
UM lau-
dat.*

*Ducitur
etiam in
Purgato-
rium.*

„quis mortalium quosdam com-
 „monefacere posset, qui peccata
 „quædam, tam parvi pendunt, a-
 „juntque cum admonentur officii,
 „DEUM ita scrupulosum, ut nos
 „putamus non esse. O quam male
 „nōrunt quemadmodum in altera
 „vita agitur! Omnia opera nostra
 „illuc tam tenui texuntur stamine, ut
 „mirum profus eis videretur, si da-
 „retur intueri quid rerum ibi geri-
 „tur, quam severè unum liberalio-
 „ris joci verbum illic plectatur. Op-
 „tarem sanè ut eis copiam faceret
 „DEUS quidpiam vel minimum
 „cognoscendi vel oculis usurpandi,
 „quod in Purgatorio geritur: nam
 „quo pacto se res in Inferno habeat
 „ego nescio, an cui id liceret inspi-
 „cere! Etenim si cuiquam daretur
 „id intueri, vel nulla bona piâque
 „mente prædicus esset, vel exinde
 „mortem oppeteret. Sed dicitur
 „mihi, quod sicut id mihi non eve-
 „nit, ita & illis ut mihi pariter even-
 „turum. Rectè habet responsum. E-
 „go namq; casum, quæ nulla ex re
 „emendor, siquidem tam sum inuti-
 „lis, ut mihi persuadeam, pejorem
 „nullam DEUM creaturam condi-
 „disse, quam sum ipsa. Benedictus sis
 „DEUS meus, mitis Agnelle, tuta-
 „men & salus animæ meæ. Non ego
 „perscripsi universa quæ in locis il-
 „lis, videlicet Inferno & Purgatorio
 „conspexi. Nam si enarrem singula,
 „nullum finem habitura est narra-
 „tio. Omne etiam quod dici potest,
 „nihil est in comparatione rei utri-
 „usque. Postremò inde sui extracta,
 „& egressa videbar mihi ad ejuſpiã
 „Aulæ ingressum devenisse. Illic re-

peri Angelum meum Tutelarem, &
 conquestaque sum illi, quod in tali
 loco me solam destituisset. Excepit
 me is peramanter, manuque pre-
 henſam in Regium eximiã magni-
 tudine Palatii deduxit, quod om-
 nem elegantie modum usque adeo
 exsuperabat, ut nullis verbis de-
 scribi sat queat, ubi ego vidi atque
 andivi, quæ non decet faminã lo-
 qui. O infelicè profus miseramq;
 animam, quæ aspectu ejus est pri-
 vata! Ne sinat hoc DEUS, ut cui-
 quam mortalium (sit ille quisquis
 velit) id infortunii eveniat. Hucusq;
 Ancilla D. Quæ nobis ob oculos po-
 nit flammam de qua Lactantius ait,
 quod nō minus habeat lucis ad illu-
 minandū vivos, quã ignis ad eos, qui
 in peccatis mortui sunt, exurendum.

Aliis quoque diversis vicibus Do-
 minus pœnas Inferni ac Purgatorii
 Sponse suæ monstravit. Cumque
 Confessarius ejus ex ea quæreret, an
 sibi perspectum sit, in quem id Maje-
 stas Divina finem faciat? Respondit
 Joanna: Etiam Pater, Dominus
 mihi pœnas istas ostendit ad me a-
 nimandum, ut ejus amore libenter
 patiar, atque ut omne quod ejus
 gratia sustineo, parvi aestimem, &
 cum intueor quæ supplicia in In-
 ferno Purgatorioque tolerantur,
 me ad patiendum excitent pro be-
 nedictis animabus, ac totius terra-
 rum Orbis peccatoribus, pro hisce
 quidem ne in æternos Gehennæ
 ignes devolvantur; pro illis vero ut
 ab horrendis atrocibusque tamen
 temporaneis cruciatibus liberentur.
 Medium illud, quo usus est Do-
 minus in citandæ famulæ suæ ad pa-
 tien-

CAPUT XIV.

Peculiaribus favoribus ac gratis D. DEUS famula sua Ioanna gratum se exhibet, pro multiplici ejus perpessione: eamque per hoc excitat ad patiendum & exorandum ultra pro peccatoribus.

OLim DEUS populum suum per os Moysis Deut. 7. v. 6. allocutus ita inquit: Elegit te Dominus DEUS tuus, ut sis ei populus peculiaris, ex omnibus populis, qui sunt super terram, eò quòd dilexerit vos Dominus. Et D. Petrus ait: Vos estis genus electum, Regale Sacerdotium, gens sancta & populus acquisitionis. Nusquam DEUS tam amabiliter suaviterque populum suum alloqui iussit. Ita est, inquit Anselmus Laudunensis. Quia namque DEUS legem certaque præcepta populo suo tradere voluit, quæ citra molestiam, laborem doloremque impleri haud possent, blandis hisce suavibusque verbis eorum sibi devincire voluntates eisque animos addere voluit. Prorsus idem ipsum usurpavit Divina Majestas circa sponsam suam. Patiebatur illa per id tempus dolores incredibili copia, quippe quæ partim ex cruenta sui diverberatione, partim vario ac multiplici pœnitentiæ genere toto corpore vulneribus esset obsita. Porro è vulneribus tetrum nascebatur carcinoma, tantoque contagio putrescebant
Aspice hæc statutam omnia

Tt 2

tiendum sanè ad finem istum præcunctis aliis est plurimum efficax. Rex Bogaris, ut memorat Baronius vidit olim pictum in linteo, quod ei D. Methodius monstrabat infernum, eoque aspectu permotus est tantopere, ut Regnum suum desereret, seque in vastam horridamque solitudinem reciperet. Poterat hoc pictus operari infernus, quid nonaget verus? Porro quid ille quantumque possit discere licet ab illo Monacho Drithelmo dicto, qui ubi loca inferorum inspexisset, flagris corpus dilaniabat, nudam cutem asiduè terens ilicio, nudum se in lacu gelu adstrictos immergebat, nonnunquam per ardentis transibat chibanos; & si quando interrogaretur, quid tam immania horribiliaque tormenta & cruciatus perferre queat? Respondebat: Majora vidi. Et quid sunt hæc ad illa? Idem prorsus Venerabili Matri nostræ, Sor. Joannæ evenit, postquam namque incredibiles Inferni ac Purgatorii cruciatus inspexit, horribiles de se sponsa Christi exigebat pœnas. Cum ergo ejus Consores sciscitarentur, quomodo possibile esset, in tanta effecti corporis debilitate, ac senio tam acrem agere pœnitentiam? Respondebat illis. Ah Sorores meæ! putatis hæc multum esse? Sanè haud putaretis, si profundè in animum demitteretis, quæ tolerantur, non jam dico in Inferno, sed vel solo Purgatorio.

**

Quid operetur in-fernus ac pœna Purgatorii.

Si quam plurimi descendant in Infernum vi-ventes! non descenderent mo-rientes.

*ante oculos
patientem
Joannam
cadaveris
magis quã
hominis
formã.*

omnia ejus vulnera, ut mera essent vermium domicilia, iidemque Joannam totam undique eroderent, perinde ac si Sceleton cadaverque esset. Cicatrices etiam, quas ab impressis antè prælatisque manibus, pedibus ac latere vulneribus retinuerat, erant ei nunc acerbiores, majoreque sensu doloris sævientes, quàm antehac ipsamet vulnera, & etiam spinea fuerat coronatio. Ad hæc à Tartareis spiritibus affiduo Joanna excruciabatur, ita ut prorsus doloribus Inferni esset circumdata. Ubi jam est mortalium quiscquam, tam forti tam invicto præditus animo, ut isthæc omnia perferre queat? Ferebat tamen Christi famula omnes has pœnas ac molestias, quantumlibet ad eò debilis ægra fractaque in tantum deficeret, ut ejus caro tota consumpta videretur, totumque corpus solis ossibus ac pelle constaret. Posset quis dicere, ossa tamen ejus nullos perferre dolores; imò hæc maximos omnium patiebantur. Sciscitabatur quandoque Joannam ejus Conscientiæ arbiter, dicens: Mater, quoniam se res habet in patiendo? Pater, respondit illa singulari mansuetudine ac modestiã, Nihil omnino habeo in toto corpore, quod non gravibus ultra modum doloribus sit oblitum. Multoties ossa mihi ipsa franguntur, suisque compagibus emoveantur; DEO tamen ac Domino sint grates, quod plus quàm omnia tormenta sentiam, cum vita dolores mihi simul deficere. O verè patientem, constantem infractum-

*Ossa ei etiam
franguntur, ipsa
tamen
dolet sibi
dolores cum
vita deficere.*

que animum! Nihilominus cum Benignissimus DEUS cerneret ad tam acerbos dolores perferendos humanas vires nimis tenues imbecillesque esse, sine peculiari gratia & auxilio Divino; enormes illas ac multiplices perpersiones quas eo tempore charissima sponsa ejus tolerabat, gratas acceptasque sibi esse testari constituit, & quidem ostensione gratiæ ac favoris omnium amicissimi. Quanquam mihi incertum est, an Divina ejus complacencia gratique animi testificatio, quam pro fideli servitio sponsæ suæ demonstravit, gratiarum summa fuerit. Licet videamus militem maximè favoris loco ducere, cum à Duce fortia sua facta grato agnoscuntur animo.

Dum aliquando ambo nostri mutuò desponsi amantes, more suo simul colloquia miscant, dicit Sor. Joanna Divino sponso suo: „Mi Rex, mi DEUS, mi Domine, admiror equidem, ac rubore suffundor, dum contemplor quã ratione Divina tua Majestas mecum agit, cum tua suprema Majestas sit quæ sit, & ego è contra sim tam vilis creatura. Jam planè agnosco, quòd quò quis est Divinior, eò sit & gratior humanior atque affabilior. Concederet sanè ut grata essem; tunc aliqua saltem ex parte possem forsitan amoris tuo vicem reddere. Amat amans cum se amari sentit. Quo pacto autem tua Majestas inducit in animum, meam execrabilem ingratitude, tam excellenti amore remunerari, cum,

*Christus
Joannam
quorū se-
raphino
plurīs fa-
cit.*

cum, ut dixi, tam ingrata imme-
morque sim beneficiorum. O
sponse animæ meæ! O si essem ego
ardens Seraphinus, quò puro vi-
cissim amore, amor, quem mihi
exhibes, atque gratia quibus me
cumulas, rependi possent! Quid?
Respondet illi Dominus. Velles
tu Seraphin esse? Joanna mea,
plus tu mihi es, quàm Seraphinus.
Adverte sis. Quis pro me Sera-
phinorum id egit, quod tu egisti?
Tu perpessa es & etiamnum pate-
ris intolerabiles cruciatus, tu à te-
neris annis inter afflictiones edu-
cata adolevisti, tu mundi volup-
tates sprevisisti, teque Cruci meæ
cordialiter maritali, tu vestigia
passionis meæ sectata es, tu me
semper intime dilexisti & adhuc
dum amas præcellenti amore, tu
omnia opera tua ad honorem
meum dirigis, plusque quàm ip-
sam mortem sentis offensas meas,
tu meæ gratia desiderasti pauper
ac inops effici, despectuique ha-
beri. Quis jam è Seraphicis est
spiritibus, qui mei gratia tot ac
tanta egit tulitque? Tu Joanna
mea pro me omnia ista, & multò
adhuc plura fecisti. Tu sublevas
me in pressuris meis, solaris me in
doloribus meis, comes mihi es
dum alii à me discedunt, seque-
ris me cum alii me deserunt, amas
me dum alii oderunt, atque aver-
santur, et me placas cum alii of-
fendunt. Tu mihi delictum es ac
requies, quando peccatores crux
mihi sunt & afflictio. Denique
plus tibi obstringor debeoque

quàm cuiquam Seraphinorum, ideoque magis ego te diligo quàm
illum Seraphinorum. O amator
DEUS! Prò quantum deperis Do-
mine nos mortales! Plus tibi de-
beo præ Seraphinorum ullo, inquit
Majestas tua ad mulierculam u-
nam? Ita profus, ait mellifluus
Bernardus ep. 42. quandoquidem
quod pœnas molestiasque attinet,
non potuerunt Angeli tam præcel-
lentem demonstrare amorem, quàm
homines fecerunt.

*Homo pa-
tiens pro
DEO ma-
gis amatur
ab eo quàm
Seraphi-
norum
quisquam.*

In die Divæ & Gloriosæ Annæ
Matris sanctissimæ Virginis ac DEI
Parentis MARIE, cum Ancilla
D. manè in Choro versaretur, suo-
que more Sacrum audire vellet, vi-
dit quod Christus D. ex uno Aræ
principis latere sese prepararet, ad
celebrandam sponsæ suæ Missam,
quòdque ornatu Episcopali sacris
vestibus indutus esset, itemque
multas Angelorum Chiliades, mag-
noque numero Sanctos ad servien-
dum adesse præsentis. Erant or-
namenta illa supra modum pretio-
sa, aureis floribus magnificè inter-
texta, plurimisque gemmis ac la-
pidibus pretiosis distincta, quo-
rum gratissimus fulgor stellarum
lucem longè vincebat. Sumpto er-
go Episcopaliū indumentorum
apparatu, orsum est sacrum Mis-
sæ Officium. Angeli porrò facie-
bant inter Missæ solennia dulcissi-
mam ac profus Cœlestem musi-
cam, sic ut cor sponsæ totaliter in-
undaretur, potentiaque animæ e-
jus altissimâ ecclasi in sublime abri-
peren-

perentur. Cum ad Offertorium esset ventum, summus Pontifex Christus sese convertit, tumque accedebant Angeli una cum aliis Sanctis alter post alterum, Dominus vero uni cuius benedictam suam dexteram osculandam præbuit, ac juxta etiam sanctissimam suam benedictionem impertit. Inter hæc sponsa Joanna tota altissime immersa atque abrepta erat in aspectu Cœlestis illius spectaculi, cupiebatque impense proficiscentis è benedictione Cœlesti gratia honorisque fieri particeps. Ut igitur Christus fidelis sponsæ suæ desiderio velificaret, in pulcherrima nitidissimaque supraque Solis jubar refulgente nube ab altari movens, sensim magna cum Majestate Cœlestique pompa in Angelorum Sanctorumque suorum comitatu ad Sponsam suam accedebat, dum interim gratissima Cœlestis personaret symphonia. Ut venientem ad se Sor. Joanna conspexit Dominum, libenter se subduxisset, jamque se aliquantum retraxerat; at verò Dominus fiebat ei propior, unde gemini Patres Divi Dominicus & Franciscus, eam perstare jubent, ajuntque „Filia, „ne recesseris, sed summa demissione gratiam DEI excipe. Ad hæc mandata continuo stetit gradum Joanna, ut olim Sol ad Josue præceptum, summamque cum reverentia in genua se demisit Ancilla Domini. Ubi igitur eo situ se locavit, advenit Christus, suavissimeque intra ejus brachia illapsus, ait: „Filia mea Joanna cur retrocedis

meque fugis? Sciendum sanè tibi est, te à me tantopere amari, ut, si necesse foret, iterum pro te morerer. Et quantumvis id per magnum sit, esset tamen amori meo modicum & exile, dum conspicio te incessanter tanta patientia pro me pati, ut summam ego inde voluptatem percipiam. Hæc effatus videri Christus desit. Sponsa verò ejus Joanna remansit, parte quidem unâ confusa raboreque suffusa, alterâ verò præ nimia liquidissimæ dulcedinis exundantia gemini emanabant ex oculis rivuli, ardebatque tanto cor ejus patiendi desiderio, ut extra Crucem nullam reperiret quietem, nullum sinè dolore anhelitum duceret, sinè morte denique vivere non posset.

Ardens iste & exaltans desiderii patiendi ignis continuatâ Christi sufflatione identidem magis magisque gliscebatur, & adeò quidem, ut quò plus ad patiendum suppeteret, eò ampliores Divino sponso suo referret gratias. Alio quodam tempore apparuit Sponsæ suæ Dominus in specie cujuspiam eximia oris venustate Adolescentis cum Cruce super humeros. Quid porrò hic eveniret recenset ipsamet sequentibus verbis vitæ suæ „Filia mea, sponsa mea, ab hoc tempore constituo te hæredem thesaurorum meæ Crucis. Cumque amantissimè mihi blanditus, meque complexus fuisset ultra ait: Diebus hisce rem mihi cum primis gratam præstitisti. Tu satagis magnumque adhibes coratum, ut mihi gaudium

ac voluptatem crees. Sciendum tibi est, quod eo opere quod abs te diebus istis perfectum est, aeterno Patri meo tanto opere complacueris, ut is citra ullam tergiversationem sit facturus, quodeunque in meo nomine ab eo postulaveris. Petemodò audacter, quoniam totus is promptus est impartiri tibi quicquid libuerit. His ita perceptis accessi cum fiducia ad pedes inexhaustæ illius Bonitatis, licet non absque rubore, eò quòd illum offenderim, peccandoque lassiverim. Dum itaque veniam oro meis omniumque peccatorum sceleribus, audiui eum mihi dicentem. Jam ego tibi indulsi. Nusquam ego tibi deero, quandoquidem tam serivò suscepisti negotium pro peccatoribus atque Ecclesia mea patiendi & exorandi. Denuò tibi commendo Ecclesiam, ut ejus commiseratione tangaris, quippe quæ nunc gravi scelerum pondere premitur. Et post hæc præ vehementi dolore cordis intrinsecus profundum è pectore duxit suspirium, suâque benedictione communiit, atque summa in tristitia dereliquit. Dominus sit benedictus! Talem nos inferimus ei dolorem ac pressuram, talique pacto irritant peccata nostra innatam ipsius mansuetudinem. O juste ac misericors Domine, quot edidisti gemitus ac suspiria super multa ingratitudine ac malitia mea! Hactenus locuta est Altissimi Sponsa, nobisque declaravit discretis, patheticis, ingenuisque verbis gratias, quas pro

multipliei perpeffione à DEO est consecuta.

Pari modo alia vice illi evenit, prout suis ipsamet sequentibus verbis in vita sua enarrat num. 188. Præterlapsis diebus, dum Christum Crucifixum intueor, totosque amnes sacri ejus sanguinis profluentes deorsum ruere cerno, sanctissimos pedes ejus complexa capios oculos meorum rigare lachrymis. Videbatur mihi, uti & reverà est, quòd scelera mea Majestatem suam in ea Cruce ramdire maleque tractarint, & concusciaverint, ajoque illi, Mi DEUS ac Domine, hinc ego non consurgam donec mea mihi & omnibus peccatoribus malefacta & crimina dimittas, quamvis nemo eorum te sic ut ego offenderit: Siquidem omnes Orbis calamitates inde profluunt, quòd ego misera creatura in terris degam. Sine, ô Domine, cuncta me solvere, gladiumque ac severitatem Divinæ Justitiæ tuæ super me venire, nam pro univèrsis ego solvere volo, quandoquidem id ita promereor. Hæc ubi dixi, audiui Christum illa mihi verba dicentē. Surge dilectam, tu enim es malagma & balsamum sanandis vulneribus meis, tibi omnes peccatores debent gratias, quòd cum iis omnibus finem non faciam; tu quippe vindicem Justitiæ meæ gladium cohibes, dum pro multis satisfacis, per sæpeque jam satisfacisti, plurimumque sustinisti oblatione tui, dum nimirum pro cunctis satisfacere cupis. Væ diei illi, quo te amplius non habebam.

DEUS illi
denuò
commen-
dar Eccle-
siam & ob
ejus pecca-
torum gemitus.

Capit To-
anna pro
omnium
peccatis
Divina Ju-
stitiæ satisfacere.

*Christus D.
in Ioanna
quiescit.*

„habebunt, tunc primò te agnos-
cent, nam tu nunc renuis nosci.
„Posthæc brachia sua solvit à Cru-
ce dicens: Expande brachia cum
„alis cordis tui, illic quippe me lo-
care volo & in te quiescere, demi-
„sitque sese intra brachia mea, suos
„verò pedes super cor meum, velut
„scabellum suppedaneum reposuit.
„Tali formâ reperio Dominum
„intra me à sex diebus in ea corpo-
ris parte. Hic videmus DEUM in
terris cum ista sponsa sua egisse, pro-
ut in Cœlis agit cum Seraphinis. Il-
lic quiescit ille super alas spirituum
istorum, & hic requiescit super alas
cordis dilectæ hujus sponsæ suæ Sor.
Joannæ.

Alio quodam tempore, cum Di-
vina Majestatis virtutem atque effica-
ciam orationum suarum ei demon-
strasset, potentiùs adhuc dilectam,
sponsam suam ad patiendum, nec
non pro totius mundi peccatoribus
itemque animabus in Purgatorio
deprecandum animare ac inflam-
mare voluit. Enarrat hoc pariter
Sor. Joannæ in vita sua num. 147. se-
quentibus. „Christus D. mihi præ-
cepit, ait illa, uti Majestatem suam
„assiduè deprecet pro necessitati-
bus Regni & criminibus, quæ ad-
versus Majestatem suam Divinam
„perpetrantur, quæ multorum sunt
malorum causa. Representavit
„is mihi mala illa in semetipso tan-
quam tersissimo Chrystallino spe-
culo, ubi vult ut omnia illa liqui-
dò intuear unâ cum delictis meis.
„Cumque ego ei dicerem: Domi-
ne, cur mihi hæc monstras, cum
„ego ea avertere emendareque ne-

*Eidem pec-
cata homi-
num re-
presentat
& quam-
obrem.*

queam? Respondit mihi, in hoc
valebis cognoscere quòd ego te
diligam, quandoquidem ista tibi
arcana credo. Posses quidem illa
etiam alteri cuiquam concedere,
volo autem ut tu id impetres, &
hac de causa ego tibi tamdiu vi-
tam prorogavi. Jam nonnunquam
res in eo fuere, ut animus mihi
fuerit cum omnibus finem facere;
cum verò tu me oras, ut ultorem
Justitiæ meæ gladium contineam,
tunc contineo, non attentis sce-
leribus ac flagitiis, quæ adversus
me patrantur. Nuper tu id facile
notare poteras, cum videres me
Angelos meos quaquaversum di-
misse, ut universum Orbem
terrarum plagâ pestilentie ple-
terent, tum siquidem illi con-
tinuè plagas pœnasque, eo ete-
nim tempore, quo tu me depre-
cabaris, ut veniam peccatoribus
cunctis tribuam, cumque illis pati-
entiam habeam Angelis præcepi,
ut postulatis tuis conformiter a-
gant. Multas quoque animas, quæ
ad finem usque mundi ad expiato-
rios Purgatorii rogos damnatæ e-
rant, ad preces tuas inde eduxi.
Omnes hi favores ac gratiæ faci-
unt, ut mihi plurimùm sis obstri-
cta. Quod ego tui causa sum per-
pessus, neque unquam de eo que-
stus, omne id mihi per exiguum ac
tenue visum est; eramque para-
tus, si necesse fuisset, adhuc plura
atrocioraque pati. Quoniam ve-
rò tu sine me quod sustines non
perfers, (sine meo siquidem au-
xilio impossibile tibi esset vel mini-
mum pati,) proinde expergiscere
teque

*Christus
Ioannæ
perit qui
cum ego
preces et
toleranti-
passim.*

*Lib
vita
gen
D.
scrip*

„teque anima , ac ostende posthac,
 „quàm ardenti corde me deperias.
 „Sataque quoque magis magisque
 „pro utilitate commodoque proxi-
 „mi tui pati. Tali ratione Sponsus
 Cœlestis animabat atque incitabat ad
 patiendum & precandum Sponsam
 suam Joannam. Sed enim verò haud
 immeritò quis miretur, si consideret,
 cùm nos naturali propensione tam
 prompti facilesque simus ad gratiam
 donaque Divina postulanda, at ex
 opposito doloribus tantopere adver-
 semur, Venerabilem tamen hanc Vir-
 ginem ad patiendum tam fuisse faci-
 le, ad prius verò difficulter permove-

*Eadem ad
 patiendum
 semper
 prompta, ad
 favores &
 gratias Dei
 petendas &
 acceptan-
 das difficilis
 & quare?*

*Librum
 cuius le-
 gendum dat
 D. & sibi
 scriptos ex-*

nes si pro quibus illa Dominum de-
 precari consuevit ei libro vitæ inscri-
 pti essent. Promisit quoque Dominus
 ei, omnes hosce salutem consequu-
 turos. Porroque etiam ait; Spon-
 sa mea quid à me petes, quod ego tibi
 non concedam? Ab ea die verecunda
 illa plus a quo pusillanimitas ejus ab-
 secessit, ita ut posthac animosè atque
 audacter, necessitates proximorum
 DEO expromeret, ac pro iis deprec-
 retur, prout sequentia Capita mon-
 strabunt.

*libet omnes
 pro quibus
 eum roga-
 verat.*

CAPUT XV.

*Sor. Joannæ DEUM rogat ut ad fide-
 lium animarum utilitatem denuo velis
 multas Cruces, numismata & Rosaria
 benedicere: enarraturque multiplex
 virtus, quam DEUS eidem
 induit.*

A Nimæ illæ quæ DEO piâ familia-
 ritate utuntur, sat scient, satque
 experimento didicere, quòd quantò
 crebriùs intimiusq; cum ipsiusq; Ma-
 jestate agunt, tantò majora etiam
 Divinus amor in eis capiat incremen-
 ta, & quantò DEI amor augetur ma-
 gis, tantò etiam necessitudinem illam
 fidentiore evadere magis, nimirum
 quia quò major est Charitas, eo etiam
 timor foras pellitur, licet alioquin
 Divina Majestas meritò timeatur.
 Patuit illud in præcipuo hominum
 amatore. Dum aliquando Christus in
 S. Petri navicula versaretur, expavit
 Apostolus magnoque timore exterrit-
 us ait: Exi à me, quia homo peccator
 sum, Domine. *Luc. 5.* Apparuit post-
 hæc D. discipulis suis in littore maris
 Vu post

*Frequentior
 cum Chri-
 sto consue-
 tudo fidu-
 ciam &
 amorem
 auget.*

post Resurrectionem suam, *Joan.* 21. Ut primum D. Petrus cognovit quod Dominus esset, nullus eum retinuit timor, neque expectare potuit, dum remigando navigio appelleret, sed in mare sese conjecit & eò natavit, quod scilicet citius ad dilectum Dominum suum pertingeret. Ita me DEUS! Chare mi Apostole, antehac tu tam eras in Christi presentia pavidus, nunc verò tam audax es, & summo desiderio ad ejus presentiam anhelas! Sed enim verò antehac S. Petrus ita erat timidus eò quod tunc cum Christo nondum multum egerat, postmodum verò dilatavit se Charitas, per mutuum frequens commercium, atque sic is amor immodicum Divinæ Majestatis timorem foras expulit. Simili ferè modo evenit Apostolicæ nostræ Virgini. Fuerat illa sat longo tempore coram Divina Majestate admodum pavida & modesta ad postulandum aliquid ab ea. Posteaquam verò diutius cum ea conversata fuisset & fiducialius, ceu dilecta Sponsa, cum Divino Sponso suo egisset, tunc pavor ille pudorque amore aucto magis magisque exturbabatur, ita ut etiam nunc cum eo colloqueretur, eumque oraret, velut si par sibi ille esset. Dicebat nonnunquam: Domine, hoc animum mei placitum necesse est impleas. Age manam mihi da obsidem, pollicereque te id ita facturum, Renuis? Ego quoque amica tua esse nolo, nec manum tibi porrigo; sed ab eo ad Patrem tuum æternum teque deletero. Aliàs verò etiam solita erat dicere: Estne Majestati tuæ animus facere quod ego peto? O Domine, quidnam ad hæc respondes? Itane

id fieri nequit? Quinam? Non vis? Bene habet. Et ego cum tua Majestas mihi quidpiam præceperit, idem respondebo, quod nimirum non possim, aut non velim. Quis ad hæc non obstupescat, mireturque magnam DEI Benignitatem, cui volupe est ut Creaturæ suæ eum tali pacto cogant, eiq; insultare præsumant? Postmodum verò ubi Sor. Joanna ad sedidit, cogitavit; qualiter Divinæ Majestati fuisset locuta, multum erat sollicita & anxiosa, dicebatque Confessorio suo: Pater, grande scelus ego ad exomologesin afferò. Quidnam illud rei est Mater, dicebat Confessor: audax nimium ac impudens ego sum femina; ago cum DEO perinde ac si mihi esset similis. At profectò, Pater, tali casu aliter omnino facere non possum.

Porro Dominus exinde summam capiebat oblectationem, quando Joannam suam ita servidam, seriam, & ferè immurmurante videbat, & quia hic Spontæ suæ petendi modus Majestati ejus apprimè placebat, transmittibat nonnunquam postulata ejus, quasi minus advertens, differebatque Joannam exaudire. Tandem tamen dicebat: Ita mea Sponsa, ita: hoc mihi placet, summeq; delector tuâ erga me confidentiâ, quod pro certo habeas nihil me tibi negaturum omnibus, quæ à me postulas. Ne ultra molestiam tibi feceris. Nolo ut quietuleris ac obmurmures. Age manum da mihi, en hic meam etiam habes cum verbo ac promissione omnia faciendi, quæ à me petis. Sic ergo capiebat. Sor. Joanna animum obtales molutos ratolq; favores Divini Sponsi sui ad petendum, quippe cui

latis

latis jam constaret, quantam ipsius Majestas complacentiam haberet in ejus postulat. Jam *lib. 3. c. 6.* istius historię mentionem fecimus, qualiter illa in suo læculari statu Dominum rogaverit, ut vellet diversas Cruces, imagines, numismata, ac Rosaria SS. suā benedictione ac singulari virtute & efficacia ad utilitatem spiritualemque fidelium animarum profectum donare, in Religioso nunciatu majore etiā zelo charitatisq; ardore quā antea pro eisdem institit. In fine liquidem Charitas consuevit esse fortior, ac non paulò quā principio ardentior: Uti & Aristoteles Philosophus *l. 4. Eth. c. 25.* asseverat lapidem, qui in terram, tanquam naturale suę quietis centrum cadit; longè velocius impetuosisque cadere in fine lapsus quā in principio. Eodem profus modo se res habet cum amore, de quo D. Augustinus ait: esse illum naturale pondus, quod nos trahit impellitque ad id quod amamus. Sic ergo etiam in hac DEI famula velocior fuit in fine annorum Charitas, quā in principio. Ideoq; etiam Joana dictis Crucibus, iconibus, numismatibus, ac Rosariis majorem Divinæ benedictionis affluentiam exoravit & obtinuit. De hac Divina benedictione, variaque illius ac multiplici virtute & efficacia præsentis Capite tractare constituimus. Ut verò id ad veritatis amissim agatur, animus est ante omnia irrefragabilibus argumentis veritatem hanc constabilire.

Principio cum communi Theologorum nostrorum doctrina teneo & dico: Sanctitatem suam summum Pontificem, tanquam Christi Vicariū posse hic in terris largiri indulgentiā

illis hominibus, qui aliqua Rosaria, numismata, Cruces, imagines, aut similes alias res pias gestant, quodque ad hoc sua Sanctitas legitimā neque minus piā sanctaq; sit potestate prædita, gravibus omninò de causis, quas pariter Theologi nostri afferunt. Secundo teneo cum solida beneque fundata opinione, quod nimirum Christus D. nullam Indulgentiā, absq; Apostolica sede largiatur. Patet hoc perspicue in singulari illa, & ab universa Eccles. Catholica tantū æstimata, tantū venerata Indulgentia Portiunculæ dicta, quam quidē Christus Servat. noster S. Francisco largitus est, cum hoc tamē mandato, ut pro ejus Indulgentiæ confirmatione apud suā Majestatis Vicariū videlicet Romanū Pontificē insistat.

Ex hoc sequitur primò, quòd de nullis Rosariis, Crucibus, sigillis ac numismatibus, quæ Christus D. benedixit, eaque benedictione multiplicè eis variamq; virtutem indidit dici queat effectum Indulgentiarum in se continere, quamdiu non constat Pontificē ceu Christi Vicarium, talem eis indulgentiam concessisse, aut eam confirmasse. Sequitur item ulterius, quòd Rosaria & reliqua pietatis monilia, quæ ad intercessionem nostræ Sor. Joannæ in Cælum sunt delata, nullam Indulgentiam contineant, quandoquidem nullo solido scripturæ alicujus testimonio constat, aliquem Pontificem talem eis Indulgentiam tribuisse. Eamobrem insignis effectus temeritas, in hac materia, quæ ad spirituales Pontificis jurisdictionem pertinet, rem incertam in vulgus spargere. Solùm igitur de hisce Rosariis, Iconibus, numismatis, Crucibusque dicendum

Vu 2 restat,

Motus in fine velocior, amor in fine ardentior.

Joanna instat iterum pro benedictione Rosariis, Crucibus, &c.

Quædam effectus Indulgentiarum in se non continent.

restat, Christum D. sequentes eis virtutes roborque efficaciam tribuisse.

Vis Efficacia Rosar. Crucis, imaginum &c. à Christo D. benedictorum.

Imprimis Majestas Divina donat illis omnes gratias, omnemque virtutem, quam largitus est Rosariis S. Virginis Joannæ à S. Cruce, atque Rosariis P. Roxas, & aliis aliàs servis atque Ancillis DEI, ac proinde habent vim atque virtutem adversus tempestates, turbines, procellas, fulmina, fulgura, incendia, & alios adversos casus & morbos. Continent pariter vim contra spiritus Tartareos, & omnigenus veneficiam, dæmonumque artes. Ad hæc inserta fuere Calici seu scyphi in quo Christus D. suprema in Cœna consecravit, ab eoque contactu tam præcipui Sacri pignoris, innumerarum virtutum & gratiarum participes evasere.

Secundò continent virtutem contrationes, scrupulos, ac potissimum sensuales oblectationes. Hanc virtutem adeptæ sunt ab attractu Christi Salvatoris nostri, eò quòd D. ejusdemque Sanctissima Mater, uti & D. Franciscus ac S. Clara, materiales illas coronas, numismata, imagines &c. in suis gesserit manibus, perque impensam illis ab se benedictionem, has aliasque varias vires communicarunt.

Tertiò quilibet Sacerdos, aut aliàs quivis hominum, cujuscunque sit ille conditionis, qui vel unicum granum ex Rosariis hæc habebit, huic largitur Christus D. singularem gratiam ac virtutem moribundis in extrema eorum necessitate assistendi, eosque ad bonum ac felicem à vita exitum disponendi. Sed verò nemo sibi persuadeat

velim, prædicta Rosaria vel granum seipsum eam continere virtutem, aut posse illa ejusmodi effectus producere naturali suâ virtute, tanquam præcipua & Physicè efficiens talis efficiens talis effectus causa, sed moralis duntaxat medii habere rationem. Sic profus sæpenumero certimus, quòd mediantibus quibusdam Christi D. Sanctissimæ Dominae nostræ, aliorumque Divorum signis ac imaginibus miracula parentur. Non equidem quasi hæc majorem in se virtutem habeant, quam aliæ imagines, sed quòd Christus D. præsentiam suam talia mirabilia efficiat, qui in talibus signis atque imaginibus vult singulari veneratione coli, atque sic non corporibus modò naturæ dona sanitatemve donet, verum & animabus supernaturales largiatur gratias. Ad hunc modum asserimus nos ad honorem Sponsæ suæ Joannæ à JESU MARIA iis omnibus, qui Rosaria aut aliquod eorum granum habent, DEUM peculiarem tribuere spiritum & fervorem, moribundos ad felicem exitum vitæque finem adjuvandi.

Quartò. Unusquisque qui è granis istis unum, aut integra habuerit Rosaria, & in agone suo SS. JESU vel MARIÆ nomen invocaverit, aut si ad illa efferenda ipse viribus caret, alius quispiam ejus loco id præstiterit, tum ejusmodi moribundum DEUS liberabit à tentationibus Diaboli, eumque ad obeundam feliciter mortem adjuvabit interventu S. Francisci & S. Claræ. Nemo tamen idèo debet opinari, quasi is, qui granum aut Rosarium habet, suæ sit salutis certus.

certus; sed sic intelligendum est, quod DEUS tali homini peculiari majorique gratiæ in ejus decessu sit ad futurum auxilio, ita ut si in bonum suum illo uti velit, exinde salutem suam tuto collocare queat. Omnes hoscæ effectus gratiasque indulsit etiam Christus D. omnibus Rosariis, quæ famula sua Joannæ gestatura esset, aut suis attræctatura manibus, quod sanè permagnum, singulare vixque auditum est privilegium, & eximia prærogatiuæ favor. Multis variisque experimentis cognita est vis ac efficacia prodigiosorum istorum Rosariorum in

rum, seridè asseverantes DEUM Optimum Indies in eorum Regionibus per eadem ingentia patrare miracula. Id si verum est, non ego tamen speratim id nobis eventurum fore, quod Civibus Hierosolimitanis, Joachimi Regis temporibus, dum scilicet S. Civitatem Nabuchodonosor Rex expugnavit, & capto Rege thesauros templi secum asportavit. O Sancte DEUS! exclamat hic Theodoretus. Quod una Urbs ac Rex capiatur, infortunatis belli casibus adscribi potest; Verùm quod ornamenta sacræque thesauri templi diripiuntur & auferantur, singularis procul dubidè est DEI permissio, quia scilicet tales thesauri à terræ incolis non sat in veneratione habebantur. Fit igitur, permitte DEO, ut peregrini alioq; solonati homines eos aliò transferant.

Multa patranur à Deo in diversis regionibus per eam inacta.

Hispania, Gallia, Germania, Polonia Flandria, atque India, Miracula varia, quæ in jam dictis regionibus patrata fuère testata sunt. Sopita nimirum incædia, ægri de quorum vita conelamatum fuerat momento sanitati redditi. Maligni spiritus ex obsessorum corporibus eliminati, profectipis, & quamplurima alia, quæ hic non memoro, quippe quæ aliqua quidem ex parte, non tamen ita expresse, planè, ac patenter, ut ego optarim adducuntur in processu, quem ad promovendam Sor. Joannæ Beatificationem, Archi-Episcopali auctoritate formavit Reverendissimus D. Antonius Keyno Archi-Episcopus quondam Hispalensis dum adhuc Burgensium Archi Antistitio potiretur.

Nihilominus tamen tutè ego benevolunt Lectorem certum reddere queo, quod cum Patres tam Provinciales, quam Guardiani, è Gallia, Italia, Germania, Polonia & Flandria, ad Generalem Conventum seu Capitulum advenissent, avidissimi fuerint consequendorum ejusmodi Rosario-

rum, seridè asseverantes DEUM Optimum Indies in eorum Regionibus per eadem ingentia patrare miracula. Id si verum est, non ego tamen speratim id nobis eventurum fore, quod Civibus Hierosolimitanis, Joachimi Regis temporibus, dum scilicet S. Civitatem Nabuchodonosor Rex expugnavit, & capto Rege thesauros templi secum asportavit. O Sancte DEUS! exclamat hic Theodoretus. Quod una Urbs ac Rex capiatur, infortunatis belli casibus adscribi potest; Verùm quod ornamenta sacræque thesauri templi diripiuntur & auferantur, singularis procul dubidè est DEI permissio, quia scilicet tales thesauri à terræ incolis non sat in veneratione habebantur. Fit igitur, permitte DEO, ut peregrini alioq; solonati homines eos aliò transferant.

CAPUT XVI.

Sor. Joannæ exorat pro animabus in Purgatorio: referunturque illarum innumera, quas illa ex eo pœnarum ergastulo liberavit.

S. Matthæus Evang. memorat cap. 27. Christum D. ac Servatorem nostrum in stipite S. Crucis pendentem à summis Sacerdotibus multisque aliis, appetitum blasphemias fuisse, alios è contra summam in eum gessisse commiserationem. Qui præteribant blasphemabant eum: Centurio verò cum iis, qui ipsi aderant viso terræ motu & quæ fiebant, timuerunt valdè atque dixerunt: verè Filius DEI erat iste. D. Ambrosius *supr. c. 10. Luca* ait: Diversas ejusmodi adven-

Unde fit
quod homo,
hominis a-
rumnis tam
parum aut
nihil mo-
veatur.

adversa (que affectiones nasci ex varia
consideratione malorum calamita-
tumque, quas proximi nostri patiun-
tur. Qui ergo immanes pœnas,
quas miseræ fidelium animæ in Pur-
gatorii ignibus perferunt, non per-
pendit, aut obiter veluti in transi-
tu eas considerat, nihil nuri est ta-
lem nullâ erga eas compassione mo-
veri. Dicere namque solemus: Quod
non intrat per oculos, id eos non
tangit, & quod non capit intellectus,
voluntatem eò movere nequit. Qui
verò pederentim, seriò ac maturè
pœnas Purgatorii expendit, hic pro-
fectò, tamen, ut loqui solemus, sa-
xeum pectore cor gereret, intumâ
compassione tangetur, istarumque
piarum animarum miserebitur. Be-
nedicta Virgo nostra Joanna pluri-
mum erat commiserativa, & in Pro-
ximum Charitati ex assè dedita, o-
culis item suismet uturpavit, sensu-
que ipso experta est acerbissimos
Purgatorii cruciatus, recogitabat-
que, quòd subjectæ illis suppliciis
animæ, DEI amicæ, in ejusdem ef-
sent gratia constitutæ. Quamobrem
inexplicabili tangebatur compassio-
ne ob earundem illo in carcere de-
tentionem, nihilque ad omnem di-
ligentiam faciebat reliqui, ut eas è
flammis piatorum eductas in liberta-
tem assereret, & ad æterna gaudia
perduceret. Molestiæ, dolores, pœ-
nitentiæ nostræ Sor. Joannæ eò uni-
cè collabant, ut pia ejusmodi o-
pera miseris illic pœnitentibus ani-
mabus ad committarum pœnarum
abolitionem cederent. Orabat sinè
intermissione, in eo ex cordis fundo
clamabat, postulabatque à dulcissi-

Joanna in
animas
Purgatorii
amor.

mo Sponso suo velit eas è cruciatibus
tormentisque illis eripere. Offerebat
insuper Patri æterno merita Unigeni-
ti Filii sui: adhæc omnibus Sodalitii
sui Religiosis Virginibus, imò singu-
lis etiam, quibuscum agebat hanc
devotionem summo studio commen-
dabat. Egimus præterito *Lib. 3. 8.*
ejus Capite, de pietate ac devotione,
quæ nostram Sor. Joannam primis à
cunabulis impulit ad subveniendum,
pro sua virili, fidelibus Purgatorii a-
nimabus, præsentì verò Capite ani-
mus est enarrare, quanto numero in
statu Religioso ex illa atra nimium
tetraque mortis umbra animas libe-
rârit, & ad gloriosum vitæ sempiter-
næ lumen perduxerit.

Hæretici quidam ausi sunt impiâ
temeritate oreque pariter impio evo-
mere, defunctorum in Christo ani-
mabus à fruentibus adhucdum usurâ
vitæ Christi fidelibus, omnino sub-
veniri non posse, eò quòd juxta erro-
neam eorum opinionem nulla com-
municatio sit, aut esse queat inter vi-
vos, & qui suum obiè e diem. Error-
rem istum refellit luculenter Doctor
Angelicus D. Thomas 3. p. 9. 71. art. 2.
in corp. demonstratque vinculum cha-
ritatis, quod in Ecclesia Catholica fi-
deles mutuo copulat nexu, per mor-
tem haudquaquam dissolvi aut rum-
pi, sed perpetuò vivos atque defun-
ctos arctè inter se nexos continere,
sic quòd, licet nulla inter eos poli-
tica intercedat communio ac usus,
maneat tamen spiritualis societas ne-
xusque Christianæ Charitatis. Catho-
licam hanc doctrinam factò ipso
probè experta est Ven. Virgo Sor. Jo-
anna à JESU MARIA, dum ni-
mirum

Quem em-
nibus etiam
infrillabat.

Vinculum
Christiana
Charitatis
mortuus
solvitur.

mirum nunquam non fideles animæ omnibus locis, veluti Solis atomi circa eam volitabant, quaquaversumque comitabantur. Referebat unaquæque Sponsæ Christi, quanto tempore, quotve annis ad rogos piacularis sit condemnata, uti & pœnas quæ à se tolerantur. Complectebantur nonnunquam Joannam, eamque suo igne adeò succendebant, ut totum illius corpus gravissimo cum sensu doloris arderet, ossaque ipsa consumerentur. Ea igitur de causa & potissimum ob experimentum horribilium Purgatorii pœnarum cruciatumque, tantò instantius orabat Jo-
*Nullam in Orbe ma-
 jor est ne-
 cessitas, pro*

anna pro animabus istis. Dum aliquando Christus Sponsæ suæ discrimen Regni hujus, multiplicium gravissimorum criminum causâ, ante oculos poneret, adeò anxie sollicita erat Ancilla Domini, in exorando pro necessitate Regni nostri, ut animarum in Purgatorio oblivisceretur. Evenit interea feriâ 6. Parasceves, dum cunctæ Parthenonis ejus Sorores Processionem celebrarent de Compassione DEI Matris, ut Antistita prius animas in Purgatorio Sororibus suis compendaret, porrò Jo-
Joanna in Cœlum abijt eleemosynas rogatura.

anna præceptum istud non perceperat, ideoque ex una Sororum sciscitatur, quidnam Reverendissima Abbatiſſa dixisset. Ut verò cognovit animas in Purgatorio fuisse ab ea Sororibus commendatas, Joanna respondit, alia graviores in præsentiarum nos premunt necessitates; benedictæ animæ sunt in tuto; veline tantisper expectare. Vix hæc Joanna protulerat, & illicò sentit ferream ignitam manum, quæ totum ejus brachium unâ cum manu ferè absumperat, ita ut

pœ doloris vehementia altè exclamaret, ardeo, comburor. Perseveravitque ea pœna sat longo tempore. Porrò tunc apprimè intellexit, justo DEI permisso id sibi evenisse, quò scilicet in Purgatorio tali experimento condisceret, nullam toto terrarum Orbe tam magnam esse necessitatem, quanta est animarum in Purgatorio.

Ad hæc incessanter ei Christus D. immensam acerbitatem atque diversitatem pœnarum quæ in Purgatorio sustinentur, patefaciebat, eamque ad patiendum deprecandumque pro fidelibus istis animabus extimulabat. Addfuit ei quandoque Angelus Custos, & manticam humero ejus injecit, perinde atque si mendica esset, deduxitque illam ad scalam quandam, quæ uti scala Jacob, à terra usque ad Cœlum pertingebat, dixitque illi; ascende scalam istam & pete eleemosynam. Protinus Joanna ad supremum usque gradum cita & alacris conscendit, atque illic speciosam supra omnem modum pretioque inestimabilem, sed clausam portam reperit. Pulsat ostiû, proceditq; Venerabilis, toto ore spectabilis, nec non honesto admodum vestitu vir quidam ad limen, alloquiturque Sor. Joannam dicens: Quæ nâ es tu? Quid hic ades? Domine, respondet Joanna, ego sum misera inopsque mendica, venioq; ut hic eleemosynam corrogem. Hæc ubi Venerandus ille accepit, fores aperit, & salve filia inquit, introgredere & progredere magna cum fiducia. DEUS bono fine piam tuam sanctamque mendicantem coronabit. Intravit Sor. Joanna, utque primùm se illo in loco vidit, mirari satis famula D. non potuit. Videbat S. hanc Civitatem Hieru-

qua orandus Deus, necessitate animarum in Purgatorio delentium.

Joanna in Cœlum abijt eleemosynas rogatura.

Hieru-

*Cœlestis
Hierosoly-
ma descri-
ptio.*

Hierusalem, quam etiam D. Evange-
lista Joannes vidit, nobilique eam de-
textit. Portas multas habebat Urbs
ista, omnes porrò radabant unioni-
bus ac multiplici lapide pretioso. Ha-
bebat quævis porta Ostiarium, tan-
quam fortem armatum virum, qui
eam custodiebat. Solum ejus lucebat
velut argentum politum, eratque a-
mœnis ultra modum floribus atque
arboribus confutum, quæ suâ pulchri-
tudine odorisque suavitate sensus om-
nes mirum in modum recreabant.
Plantæ gratissimi hujus atque elegan-
tissimi Paradysi irrigabantur pel-
lucente, Christallique nitorem referen-
te lymphâ, quæ de præclarissimis, pre-
tiosoque opere elaboratis fontibus
emanabat. Materia quidem ejus o-
peris permagni erat pretii, attamen
materiem arte superabat opus, longè
ob id pluris æstimatum. Per hujus
Cœlestis Hierosol. plateas undiq; mil-
leni ac milleni Aulici spectabantur, qui
mirâ quadam claritate præditi fuere,
Spectabat Sor. Joanna maximo cum
stupore & quasi mentis quodam ex-
cessu, magnitudinem ac venustatem
S. istius Civitatis, neque sese dignam
reputabat, quæ illic moraretur, ideo-
que deorsum per dictam scalam de-
scendere disponebat. At verò, qui eam
illuc introduxerat Ostiarius, sequen-
tibus Joannam castigavit verbis di-
cens: Quid agis filia? Pro eo quòd
progredi debueras, retrocedere vis?
Converta exinde illa ultra tendit,
postque modicum temporis videri
quendam supremæ Majestatis Do-
minum in excelsò elevatoque solio
confidentem; à throno ejus procede-
bat fluvius clarus admodum & rapi-

cus, cujus ChrySTALLINÆ undæ cir-
cumfluebant hanc Civitatem DEI,
cunctosque lætificabant. Proximè ad
supremæ Majestatis pedes erat Chri-
stus D. invenustissima specie, sic ut
Sanctorum exinde mentes totæ extra
se raperentur. Intuebatur ille Joan-
na n Sponsam suam blandissimè ait-
que ad eam: Sponsa mea cujusnam
rei gratia huc advenisti? Quid est,
quod hic quæris? Domine, respon-
det famula ejus, veni huc ad postu-
landam Eleemosynam. Bene habet,
ait Dominus, at qualemnam illam
petis? Joanna respondit, rogo ego
pro pace nostri Catholici Regni. Ro-
go item ut omnes Orbis peccatores
illuminare velis, & peculiariter oro,
ut nobili populo, qui suorum demeri-
torum causa in Purgatorii carceribus
tenetur, ignoscere velis, atque in Re-
gnum tuum introducere. Hisce audi-
tus Dominus oculos suos ad DEUM
Patrem suum convertit, Sacrosancta
tua eidem monstrat vulnèra, proque
illis deprecatur, pro quibus eum fa-
mula sua rogaverat. Dehinc ad Joan-
nam suam conversus ait. Quid face-
re decrevisti si ego petitioni tuæ ac-
quiescam? Domine reponit Sor. Jo-
anna, ego me præbeo atq; offero ad om-
nia, quæ tuæ Sanctissimæ Volunta-
ti collibuerint. Bene est, inquit D. ac-
cepto hanc tui oblationem, satis ad
pariendum es repertura. At verò ani-
mum gere fortem; nunquam non
ego tibi adero. Nec desine unquam
orare me, eo siquidem gratam cum-
primis rem mihi præstas. Nunc verò
præter eas, quas jam ante tibi donavi
animas, concedo ut 30000. è Purga-
torioque eximere. Pro hac Divina in-
dulgen-

*Cujusmodi
eleemosyna
fuerit quæ
in Cœlesti
anna par-
bat.*

*Concedit
illi ut
30000. a-
nimarum
eximere
Purgatio-
nem.*

dulgentia, agebat humilis Sponsa Divinæ suæ Majestati demississimas gratias. Dū itaque jam valescere abireque parat Joanna, vidit Cœlestes Aulicos innuere sibi signumque dare, ut apud eos maneat. Paribus respondet Joanna signis, tam ingentem gratiam se à Christo D. petere non audere, sed ut illi, ceu Divinæ Majestatis intimi ac singulares amici, velint id assumere, eamque sibi gratiam impetrare. At verò ipsius Majestas ad omnium eorum cogitata responsum sequens dedit. Non est opportunum aut expediens, ut nunc hic permaneat. Sinite modò eam terras repetere, ubi ad multorum adhuc dum mortalium salutem atque utilitatem est necessaria. Atque his Sor. Joannam benedictione sua Sanctissima muniens ait: Vade, filia in pacē. Idem quod Dominus suus egēre Sancti, amicissimeque eidem valedixere. Sic animo alacris & gaudio plena per eandem scalam Christi Sponsa se terris reddidit.

Omnibus illa incedebat lætitiis, non tantopere quidem ob felicitatem quæ illi obtigerat, quam ob bona nova libertatis venturæ, quæ benedictis animabus in Purgatorio offerrebat. Erat sagax prudentissimaque Virgo ejus mentis adesse nunc tempus acceptabile ac percommodum petendi. Cū igitur satis jam perspectum haberet, multipliciterque ac variè experta esset favorem benevolentiamque Domini, aliaque ex parte consideraret magnam DEI complacentiam in tolerantia sua precibusque quas pro Christi fidelibus in Purgatorio animabus fundebat omni studio in exercitium pietatis illius utrius-

que partis fidelis Christi Sponsa incubuit, quò nimirum nullo non die innumeras ex illis pœnalibus claustris & carceribus eripere posset. Percontatus est eam quodam tempore Conscientiæ illius Præses: Mater, quantus hisce diebus animarum numerus è Purgatorio est eductus? Respondit illa, Pater, certum quid ea in te equidem nescio, hoc tamen tutò dicere possum, dedisse mihi Dominum facultatem, centum eorum millia Purgatorio eximendi, atque ad has, alias bis totidem indulsit, quæ simul summam ter centum millium conficiunt. Porro hoc intelligendum est præter illas animas quæ aliàs sparsim partitimque sunt è Purgatorio eductæ extra hæc 300000. quarum sanè numerum edicere nequeo, sunt enim innumera. Et quia Joanna inter hæc alloquia gaudio & exultatione tora diffuebat, adhuc ulterius Confessorem suum fervidis zelumque spirantibus verbis alloquitur. Ne ex me posthac amplius quaeris, quot illæ sint animæ, nam illæ tot, tot, tantoque sunt numero, ut ego præ lætitia extra me tora fiam. Ut veritatem fateamur, minor profectò nostræ Sor. Joannæ lætitia esse non potuit; in consideratione, quòd ei concessum à DEO fuerit, pro tam copiosa & innumerabili multitudine animarum Purgatorii luendi ac satisfaciendi, easdemque ante tempus ex talibus horrendis suppliciis eripiendi, sic ut famula amatricque Christi ad tantam animarum turbam dicere potuerit: Ego causa sum cur maturius DEI conspectu frui sitis. Est hæc, iterum dico,

Xx

dico,

*Item iterum tremas quæ aliàs sparsim partitimque sunt è Purgatorio eductæ extra hæc 300000.**Ac denique innumeras.*

dico, materia tam exuberantis incomprehensibilis que lætitiæ, quæ omnem faciliè humanum captum excedat. Porro in hunc censum non veniunt animæ illæ, quæ tam peracrium multipliciumque Joannæ pœnarum intuitu, tum ferventium Orationum gratiâ, semper à domino libertate donabantur. Et quidem ad certos dies, peculiaribus eo in genere, DEUS eam prosequatur favoribus, quorum aliquot hic recensere constituimus.

*Mirabilis
quadam in
Purgatori-
um Proces-
sio.*

In die magnæ illius Indulgentiæ Portiuncula dictæ, præ omnibus aliis prærogativam illa habuit, cum S. Francisco ad Purgatorium descendendi. Erat illi dies hæc perquam solennis, eo siquidem die in Processionis modum D. Franciscum Angeli comitabantur. Præferibat manibus Pater Sanctus eximij decoris vexillum, quod unâ sui parte insignitum erat effigie Christi D. alterâ verò parte intaminata Conceptio purissimæ omnium Virginis MARIÆ expressa visebatur. Partem prædicti vexilli uno latere sustentabat subtilis doctor Scotus, peculiatis defensor immaculatæ puritatis amantissimæ dominæ nostræ MARIÆ. Alterum latus sustentabat nostra Sor. Joanna eò quod Sponsa Christi esset & dilecta filia ejus Sanctissimæ Matris. Hac igitur Angelicâ procedentium pompâ, cum suavissimo vocum concentu ad Purgatorii adita pervenere. D. Franciscus continuò inde extraxit animas illorum, qui speciali affectu eum venerabantur, proprioque illos evocabat nomine. Exhibant illæ ex ea tam immensum succensa fornace Purgato-

rii, depuratæ, atque à fœce omni auro purgatores, erantque etiam sanguine resperstæ, unde perquam fulgido luminis splendore coruscabant. Pars prodibat instar nivei candoris columbarum, pars velut admodum eleganti formâ adolescentes. Porro D. P. Seraphicus unamquamque illarum suo tradebat Angelo Turelari, ut ab eo triumphali plausu in cœlestem Solymam introducatur. Hæc bonâ occasione usa Sor. Joanna, virtute concessæ sibi ab Altissimo facultatis, innumeras eximebat animas, quæ prodibant signatæ frontes nostræ salutis signaculo, videlicet rubicundâ fulgidi cruoris cruce, quod nimirum signum illud erat, illaque fuere insignia, quæ non intimis duntaxat præcordiis, sed & deforis corpori suo altissimè impressa gerebat Sor. Joanna. Ad hæc descendebat etiam sponsa Christi quâvis feriâ sextâ, seu Veneris die per totum annum, cum invictissimo Martyre Laurentio in Purgatorium, plenâque cum potestate, sibi à DEO traditâ eripiebat piacularibus flammis animas, innumerales. Præ omnibus tamen aliis totius anni diebus festivior illi celebriorque erat dies omnium fidelium animarum. Aliquot diebus antè, plerumque illa undique animabus cincta ita stipabatur, ut ne ad momentum ei liceret requiescere, aut passum vel unum progredi. Quæsitit ex ea al quando hæc die Confessarius, Mater, dicens, quam multæ diebus hiscè te comitantur animæ? Quam multæ è Purgatorii flammis eruuntur? Respondet illa; multæ, Pater, multæ, multæ, DEUS me custodiat, iterum Confessor ait:

*Unde Jo-
anna quam
plurimas
ripit cum
D. Francis-
co animas,*

*Quod &
singulis per
annum si-
rius sexu
B. cum
D. Lau-
rentio agit.*

ait: itane tu nullum eis numerum no-
sti? An disertè nequis edicere, tot ac
tot sunt earum præterpropter? Pater,
Joanna respondet, id omnino est im-
possibile. Illæ quippe Cælos conscin-
dunt tam denso agmine quàm stami-
na sunt superfluum. Numquamne
Reverentia vestra vidit quemadmo-
dum stipentur in exanien apes, quam
densè ab se mutuo pendant, perin-
deque ut grana in vitium racemis se
premant? Age, ita prorsus in Cælum
sursum provolant tantâ copiâ, ut æ-
thera obumbrent. Porrò Joanna dum
illum animarum ascensum contem-
plat, tantum percipiebat internum
sui spiritus gaudium, tantis incedebat
lætitis, animique jubilo, ut totum ei
cor inundaretur. Intuebantur eam
summo cum stupore Consodales e-
jus, nam alioquin erat sponsa Christi
semper debilis, exhausta, pallida! at
verò is diebus videbant sorores ejus
quòd in ecstasi plena facie, tamque
venustis esset genis, veluti si eleganti-
bus essent floribus rosisque pictæ. Mi-
cabant pariter eâ claritate illius oculi,
ac si duo essent luminaria. In summa,
tam illa radianti erat repleta fulgore
ac pulchritudine, ut seraphinorum
quempiam referre magis, quam fœ-
minarum unam videretur.

Cum Ancilla Domini tempore
quodam hâc die in contemplatione
esset gloriæ ad quam istæ animæ nunc
proficiscuntur, dabatur signum con-
suetum ad sumendam refectionem.
ivit etiam Sor. Joanna deorsum, &
cum Conventu Virginum ad vescen-
dum confedit. Intuebantur san&imo-
niales Joannam totam extra se versa-
ri; audierunt item illam celerrimè al-

taque voce proferentem hæc verba.
„ Ite, Ite nunc illuc amicæ meæ, abite
„ ad fruendum DEO. Eja, estne etiam
„ talis pulchritudo! Talisne est gloria?
„ Paria loquebatur ad Angelos Cu-
„ stodes, qui animas illas deducebant,
„ O vos fidi comites, quam bellè du-
„ citis! Ite modò abite, atque in con-
„ spectu DEI eas statuite. Et repe-
„ bat iterum. Eja estne talis pulchritu-
do! Ohe! talenè est decus atque gloria?
ô beati labores ac molestiæ! Fortuna-
ti dolores ac pœnæ, quæ sic animas e-
maculant! Sorores porrò Joannam
in Cellam deduxère, nec tamen adhuc
ad se ab excessu rediit, sed singulari
celeritate gradiebatur, quin & præ
læticia exiliebat, iterumque congemi-
nabat. DEUS vobiscum sit, vobis-
cum sit DEUS amicæ meæ. Eja, talis-
ne est decor, estne talis gloria. Con-
cluserant quidem Joannam in Cella
sua Moniales, ante ostium tamen con-
stitère diligenter observantes per ri-
mas quid porrò eveniret. Viderunt
ergo quod Joanna in DEUM altè
sublata, cum divina Majestate sermo-
cinaretur ac diceret, „ Agedum, Do-
„ mine; sine, boni amici, sumus. Cur
„ non? Ergo nos amici non erimus?
„ Quis addubitet? Exeruit etiam ma-
„ num suam & ait: Eja, Domine, ma-
„ num da mihi tanquam amicus, &
„ dona mihi, ô DEUS meus ac vita
„ mea, adhuc totidem animas. Ve-
„ rùm id abnuebat Dominus. Unde
„ suam etiam retraxit manum spon-
„ silius, & ait: Nec ergo ego volo. No-
„ lo tibi meam dare manum. Neque
„ igitur amici permanebimus, quan-
do quidem tua Majestas facere largi-
rique non vult, quod ego ab ea peto.

*Mirabilis
quadam
Joanna es-
tasis & in
eadem di-
ta gesta,
prorsus ad-
miranda.*

Post modicam moram, eum jam iuxta ejus postulationem fecisset Dominus, repetebat iterum tota gaudio diffluens, sæpeditas voces. *Itē, itē*, cum bono DEO. *Ahi me!* Etiam, ne talis pulchritudo, talisne gloria! Sanctimoniales totæ admiratione defixæ stupefactæque erant, dum audirent quæ illic gerebantur. Ut verò lætissimum istud spectaculum finem accepit, sese mutuo respectantes, dicebant altera ad alteram. Quia vidimus mirabilia hodie. Enimverò ex innumeris animabus quas Sor. Joanna è Purgatorio extraxit, multas nominatim personas edicere possemus. Ne autem graves benevolo Lectori simus, placet hic præcipuorum duntaxat quorundam nomina recensere.

Nomina præcipuorum quorundam ab ea è Purgatorio liberatorum.

Urbanus Papa VIII.

Agmen eorum Urbanus eo nomine Octavus Pontifex ducit, Multo in honore, ut sup. vidimus, famulam Christi Pontifex iste habuit. Ut verò primùm is diem suum obiit, decessus ejus Sor. Joannæ revelatione innotuit, proindeque debitum, quo se ultro obstinxit, orsa est orationibus suis expungere. Apparuit illi quidem Pontifex; at verò tantis involutus pœnis, ut statum ejus animæ cognoscere non posset. Perseverabat nihilotenus pro illo magno fervore, copiosiusque cum lacrymis exorare, flagris etiam se deerberans, aliosque exercens pœnitentiæ actus, sed perseverabat etiã semper miserabilis adhuc illius status, nec opratum Joannæ lumen illucescere voluit: imò etiam cum post iteratam Pontificiæ animæ apparitionem de statu ejusdem inquireret, ipsi respondit.

Nullam se habere à DEO facultatem statum illi suum indicandi. Respondit illud gravi supra omnem modum cor Sor. Joannæ affectit tristiã, penetrabatque omnia ejus intima pœnæ istius gladius: unde majore precum instantia DEUM expugnare aggreditur. Dominus autem turdum le simulare, perindeque videri velle ac si postulata ejus parum pensi haberet. Quapropter cepit Joannæ consueta sancti sui amoris libertate uti, atque apud Dominum questibus agere. Ait ergo ad Majestatem ejus. *Mi Sponse Divine, quale est istud renuere & negare? Hicne illi tuus est amor? Nunquid non amata clavim possidet cordis amatoris tui? Quinam asseris me tibi esse in amoribus, cum tamen tua Majestas tam alienum aversumque se mihi exhibit? Ecceur præcipis ut te orem, si tribuere nolis quod tam æque abs te postulo? Quis tantas dilationes morasque sustinere queat? Age Domine, finem huic imponamus negotio. Fac statim quod à te peto, aut si non, ego te tunc deferam, & me ad æternum Patrem tuum conferam.*

Non potuit ultra tam amabilem Sponsæ suæ instantiæ Christus obstiteret. Ideoque apparet Sponsæ suæ & ait: *Nulla ultra facta est opus Sponsæ meæ, non committam ego ut conqueraris quod indulgere tibi nolum omnia, quæ à me peris. Animam Urbani Papæ VIII. Purgatorium tenet, dono eam tibi pro pœnitentiæ operibus, quæ præstitisti, pro lacrymis quas fudisti, pro doloribus quos sustinuisti, sicut & ob*

amoreis

Amica Joannæ expulsa in Christo ob negationem liberata anima perterrita.

Permittit tandem eam dono à Christo accipit.

„ amorem illum, quem ergate gero. Nemo, velim, hujusce revelationis causâ, cogitationibus transverſim se agi ſinat, quaſi ſpiritalis hic omnium Præſes ac Prælatuſ ex malitia gravi ſe crimine obſtrinxiffet, multumq; piacularibus excoquendum ignibus habuiſſet. Una inconfideratio aut rei neglectuſ, quam attendere iple alioſve ejus commonefacere debuerat, jam ad hoc ſufficit. Si quidem ſi forte abuſuſ quiſpiam aut error, in puncto gravis peccati, per ſocordiam aut incuriam Prælati ſilentio irrepit, tunc ei omnium inde exiſtentium malorum peccatorumque cauſa imputatur. Et quandoquidem ille omnium, qui ejus negligentia cauſa delinquant culpaſ ſe affinem fecit, ita & pœnæ particeps efficitur. Qua in re D. Chryſoſt. hom. 17. hanc concluſionem fecit. Quod nimirum in tali caſu, pœna quæ in aliis partita diviſaque eſt, in Præſide ac Prælato colligatur.

Per commiſſionem Prælatoruſ delinquentium pœna in ipſo tota colligitur.

Altera è præcipuis animabus, quas Ven. hæc Virgo Purgatorio extraxit, Regina Hæbellæ de Bourbon anima fuit. Sereniſſima iſta Regina florenti adhuc ætate vitâ exceſſit. Inexorabile lethum non ſine notabili acerbique totiuſ Regni ſenſu doloris, eximie pulchritudinis, juvenutiſque etiamnum floridaſ ſtamen univerſo Hiſpaniæ Regno ſalce ſua præcidit. Et quidem hæc Regina fuit longè digniſſima vitâ; ſed verò quemadmodum ſol eadem quâ oritur die occidit, ita plerumque in hac vita minimo durat tempore, quod lon-

gum promeruit. Revelatuſ pariter Sor. Joannæ fuerat præmatutuſ hujus Regi-næ deceſſuſ. Sciebat in Purgatorio verſari animam, nam etſi auri inſtar pura ſit anima, raro tamen utque adeò depurata ſcœciſque expert ex hac vita decedit, quin altera in vita ſit purganda, idque poſſiſſimum, quantum Potentium Orbis hujus animas attinet. Nam uti Cardinal. Bellarminus probè advertit, in qualibet materia peccata Principum, graviora ſunt ſubjectorum communique vulg delictis. Ancilla D. Sor. Joanna, ceu grata ſubjectaque famula, Divinam Majeſtatem pro Regi-næ ſuæ Majeſtate rogavit. Liberalitas ac munificentia eſt Proprietat DEI. Non ſolum quòd natura ejus ſit dare & communicare, verùm etiam quòd illa ad majorem ſupremæ ſuæ Majeſtatit gloriã honoremque cedat. Sinit nihilominuſ perſæpe preceſ eorum, qui à lua Majeſtate quidpiam poſtulant, veluti incurium aut inadvertentem ſe præterire, videlicet ut in rogando illi aſſiduè perſiſtant. Idem ipſum evenit etiam Sponſæ ejus cum Oratione ſua. Agebat ille perinde ac ſi non audiret. Perdurabat Joanna inorando & DEUS in diſſimulando. Flebat illa; at iſ oblectabatur ejus ſletibus. Poſtremò tandem lacrymiſ ejus precibuſque in ſuis Majeſtatit ceſſit. Non latuit concertatio DEI ſuæque ſpiritalit filiaſ Confeſſarium, ideoque ſemel eam percontatuſ, dic mihi Mater, inquit, quinam certamen ceſſit? Reſpondit Joanna, perbellè, Pater, ac

pacificè.

Peccata Principum in omni genere ſunt graviora peccatiſ vulgi.

DEUS cum Joannæ mira diſſimulatione colledit.

*sed tandem
cedit & Re-
gina ani-
mam ei do-
nat.*

*Tertia è
præcipuis a-
nima libera-
ta à Joana.*

pacifice. Pacem nunc ego ac Do-
nus mutuo composuimus, quando-
quidem jam ipsius Majestas Regiam
Isabellam mihi donavit. Nunc illa
regnat in Cælis, quæ in animis omni-
um subditorum hic in terris regna-
verat.

Tertia ejusmodi, quam è Purga-
torio liberavit, fuit anima Reveren-
dissimi DD. Ferdinandi de Azevedo
olim Burgenſium Archi-Episcopi ac
Præſidis Castellæ, qui, ut jam ſup. me-
moratum eſt, cum Joana quandoq;
in ſuavi mentis eſſet deliquo, proque
amato ſuo ſanguinem è corde profu-
derat, ei glorioſius apparuit, atque hiſce
verbis eam eſt allocutus. „ Ne
„ triſteris, filia, nam totum hoc eſt
„ miſericordia DEI, quam tibi exhi-
„ bet, paucis que aliis contingit, ut vi-
„ ta eis prorogetur, ſiquidem cum a-
„ licui vena rumpitur, ni DEUS ipſe
„ iterum eum clauderet, nullum ſu-
„ pereſſet humanum eam occluden-
„ di remedium. DEUS te vult in vi-
„ ta conſervare ut patiaris. Vult quo-
„ que, tua mediatione miſericordiam
„ in Eccleſia ſua indulgere peccato-
„ ribus, eiſque veniam largiri. Ego,
„ ipſe non minus ingenti perfundor
„ gaudio, ex multiplici miſericordia,
„ quam tibi ſua Majestas demonſtrat.
„ Tui ego met gratiâ & cum advive-
„ rem & vitâ mortali functus ab om-
„ nipotente illius manu miſericordi-
„ am ſum conſecutus. Siquidem totis
„ undecim annis ad luendas Purgato-
„ rii pœnas damnatus, tuarum inter-
„ ventu precum non niſi ſex ibidem
„ exegi meſes, atque ita quietem æ-
„ ternam, quâ nunc perfruor, ſum a-
„ deptus. Infractum tene animum,

„ Perdura in tolerando multa prone-
„ ceſſitatibus mundi: eâ namque de
„ cauſa eoque ſine DEUS tibi vitam
„ produxit, quæ tamen jam non in
„ longum protendetur, brevi ſiqui-
„ dem apud me eris. Hic videmus
quom utile ſit DEI amicis benefacere.
Sanctus h. c. Archi-Præſul peculiariter
et Patet ſpiritalis Joani æ, uti ſup. cre-
bro memoravimus. Nunc fatetur ip-
ſe quantum illi hoc profuerit. Quod
nimirum magnas & multiplices grati-
as in hac & illa vita per Sor. Joannam
ſit conſecutus.

Eaſdem gratias & miſericordias
ubertim expertæ ſunt etiam ejus con-
ſolores. Teſtatur id ipſamet Sor. Jo-
anna in vita ſua n. 126. de omnibus il-
lis, quæ tempore ejus defuncta ſunt
ſequentibus ſerbis: „ Ex omnibus
„ quæ diem ſuum obire poterunt
„ vidi tres abſque ulla Purgatori ex-
„ piatione recta in cælum evolare.
„ Prima fuit Sor. Mariana de Abanca.
„ Altera Sor. Mariana de la Foire,
ac tertia Sor. Angela à S. MARIA.
Omnes aliæ in Purgatorium deven-
runt, ſed non diu ibi ſunt moratæ. Sor.
„ Bernardina de Quintanadvenas ſo-
„ lis duabus horis illic detenta eſt:
„ hæc mihi apparuit, & dixit. Ah ſoror,
„ quam longo me tempore in Purga-
„ torio reliquiſti, cum tamen recep-
„ tiſ te mihi mox opem laturam! Ego
„ reſpondi illi, tamen ultra duas horas
„ in eo non hæſiſti. At illa ruruſ ref-
„ pondit, duæ iſtæ horæ mihi
„ profectò ducenta annorum fuere
„ millia. Ex quo ſanè facile atrocitas
„ tormentorum, quæ in Purgatorio
„ tolerantur, colligi poteſt. Sic DEUS
„ benedictus in ſecula. Hucusque
loque-

*qua illius
profectio
ſe beneficia
recognosca-*

*etiam bre-
ves moræ
in Purgato-
rio longiſ-
ſima videntur.*

loquebatur Ancilla D. Sor. Joanna. Bonum esset si hoc in cor demitterent illi potissimum homines, qui de misericordia DEI stultè nimiumque confidunt, pœnitentiamque de die in diem differunt. Profectò inquit admodum sapienter A cuius, lib. de Verit. non est censendus Christianus ille, nec apparet eum in DEUM credere, qui in seros senectutis annos pœnitentiam seponit, taceo eum, qui ad extremam uique exitus horam,

Sanè haud magni faciendum est, quòd tunc quis pœnitentiam agere cupiat & paret, quando jam tempus peccandi elapsum est. Obrudere quis ei tunc ex vero posset, non eum peccata deserere, sed à peccatis deleri.

Quippe talis contritio ac pœnitentia, qua fit in extrema vitæ tegula, pro necessitate magis quam pro virtute habenda est. Demus enim ultrò quòd hæc tua pœnitentia in ultima hora sincera sit, & non, ut plerumque contingit falsa, efficta adulterinaque nihilominus tamen incertum est, an non illa pœna, quam hic non lustrasti, in illa vita tibi sit imponenda. Unum citra omnem dubium certum est ac fixum, omnia hujus ævi ac vitæ tormenta & dolores, nec cum minima pœnarum Purgatorii ex æquo componi posse. Quæ porrò est illa dementia, quòd in illa vita tam immensa effatuque impossibilia supplicia perpeti in animum inducamus, ut modicum aut mediocrem hic dolorem lubre fugamus?

Hic fas & copia nobis est, si modò meritis Christi uti noverimus, per exiguam pœna magnorum etiam criminum supplicia distingere proque illis satisfacere. E contra immanes illic horren-

dosque cruciatus ac tormenta perferre cogemur, pro minutis etiam erratis culpis. Ah quonam pacto in tantum deliri esse queunt mortales, quod ipsi sibi imponant in proximo luendum acerbum dirumque supplicium, ut hic nunc per exiguam effugere queant molestiam! O grandem filiorum Adami cœcitatè! Tam inconsultè, tam incircumspectè vivunt, ac si suæ salutis securi, atque illico ab excessu è vita calceati caligati que absque ulla in Purgatorium diversione, indubitato recta in cœlum essent evoluturi.

CAPUT XVII.

Sor. Joanna preces pro totius Orbis peccatoribus fundit, multosque illorum è gravibus horrendisque periculis eruit.

Rectus Christianæ charitatis ordo exigit quidem à nobis, ut illis qui in Christo defuncti sunt, atque in piacularibus flammis dolent, opem primò feramus, tumque etiam est necesse ut pro totius mundi peccatoribus DEUM fideliter exoremus, & quidem quantum hanc fidelitatem & laborem attinet, major etiam charitas requiritur, ut peccatorum gratia scelerumque venia quam libertas animæ in Purgatorio impetretur, quandoquidem animæ istæ in amicitia DEI perstant, peccatores autem DEO exosi, ipsi etiam à DEO aversi ac hostes sunt ejus D. August. Serm. 2. de S. Stephano, ejusdem Proto-Martyris precepcionem studiosè observavit, quod scilicet Gloriosus hic Pugil ac

majori instantia & labore opus est ad impetrandam peccatorum conversionem quam anima in Purgatorio libertatem idè cur!

Mar-

Quintem-pore pœnitentere venust Christianus vis est censendus.

Sera pœnitentia raro veranèc pro virtute habenda.

magna hominum insula, ut molestiam modicam effugere.

*Cur S. Ste-
phanus pro
se erectus,
pro inimicis
geniflexus
oravit?*

Martyr, dum præduris triumphaliter saxi coronaretur, binâ vice orasse memoretur. Primò pro semetipso. Secundò pro inimicis. Oravit pro se erectus pedibusque insistens, ac verò pro inimicis suis, genibus in terra positis nixus. D. hic Stephanus, tanquam sanctus ac sapiens vir, talem differentiam fecit. Pro se namquæ oravit velut pro justo homine atque amico DEI, & hic peculiari labore ac molestiâ opus non erat. Verùm pro inimicis orans, quorum et scelera fuerant apprimè cogitata, majorem laborem ac diligentiam impendit, quò gratiam eis ac misericordiam obtineret.

Nostra Virgo Sor. JOANNA à JESU MARIA, magna est usa diligentia ut fidelium animabus in suis cruciatibus opitularetur, majorem tamen longè adhibuit ut peccatoribus gratiam conversionis impetraret. Assiduè illi Dominus ingentem mundi nequitiam ponebat ob oculos, qualiter nimirum per eam Divina Majestas irriteretur, ac nefariè laceffatur. Aperiebat egriam Sponsæ suæ malum complurium hominum statum, grave flagitiorum pondus, impuritatem conscientiarum, cæcæ eorum proterviam, dum videlicet misericordiam divinam abutuntur, atque ita juxta ejusmodi abusûs mensuram divinæ vindictæ acerbiterem ipsimet sibi meritis imponunt. Amabilis nostra solersque Virgo Sor. JOANNA hæc omnia conferebat in corde suo. Moriebat ut propemodum præ dolore ac supplicio, dum tam grande præsensq; mortaliū discrimen, nec non incumbens iræ divinæ gravitatem animo perpendebat. Angebatur intimè præingenti desiderio diversis multisque suis doloribus atque aliis

piis operibus divinum furorem mitigandi, à noxiorum capitibus avertendi, mortalesque protegendi. Idcirco si fortè Confessarius ejus, in consideratione virium ejus tenuitatis, ac indefinentium cruciatuum ei indulgere nollet, juxta libitum votumq; suum poenitentia operibus vacare, tunc illa magnam profundebat vim lacrymarum, & non sine vehementi cordis amaritudine dicebat: "O Pater, cum ego tam improba sim, sine me ali- quid boni agere. Ah in quanto periculo petmultæ versantur animæ! Ah quam multa impendent mala hominibus toleranda! Quam acerbis gemitus ejulatusque adsunt præforibus. Proh dolor! Quod ignoremus, quid hoc sit DEUM offendisse.

Ex hæctenus relatis, bundè patefcit Sor. JOANNAM divinæ Majestati sæpenumero in brachia involasse, dū ille vindictam de mundo experere, eundemq; uti apparebat, jam tunc supremâ ferite plagâ disponeret. Unâ tamen præ aliis vice sese ardor Zelusque excellentissimæ illius Charitatis exferuit, dū illa nimirum sola in Odeo intenta Orationi versatur, Dominusque evaginato cum enis dextera prælato furibundo irasq; spirante vultu Sponsæ suæ apparet, talq; schemate illi innuit, gladium iræ suæ non inira vaginam continere, sed jam nunc finem imponere mundo decrevisse. Eo viso Sor. JOANNA supramodum est exterrita, videbatur quippe Domin. jam jam propositum suum executioni mandaturus. Accidit illa tunc ad pedes ejus, ceu totius Orbis Protecctrix, ac velut alter Moises ad ipsius ait Majestatem; Aut noxas dimitte hominibus, aut dele me de libro vitæ. Ut igitur singularem spon-

Joanna ze-
lo Moyſi
accenſa, de-
leri de libro
vita petie,
aus homi-
nibus pec-
cata condo-
nari.

Sponſæ ſuæ zelum conſpexit Domi-
nus, reſpondit ei: Pone modum nunc
huic ardori tuo filia, jam omnino fa-
cturus ſum quod poſtulas. O quan-
tū tibi ſunt obſtricti mortales! Hiſce
itaque prolatis placatus eſt atque ad
miſericordiam flexus Dominus, qui &
continuò videri deſiit, Apparère
quoque tunc gemini Sponſæ Chriſti
Cœleſtes Genii, qui gratias ei age-
bant, quòd tanto zeli ardore pro u-
niverſo hominum genere exorâſſet.
Sor. verò Joanna DEO referebat
gratias, novoque ad patiendum fer-
vóre inflammata fuit.

Eundem proſus zelum aliã qua-
dam vice Joanna exeruit, cum in ex-
ceſſu mentis cerneret Chriſtum in ſpe-
cie pauperis viri nudum pedes, toto-
que laſſum corpore montē conſcen-
dere, nonnunquam poſt tergum re-
ſpectantem an ſe quiſquam ſequatur.
Ut igitur ardens amore Sponſa ſic
precedentem Sponſum ſuum conſpe-
xit, curſu poſt eum fertur, atque ubi
propè eum aſtitit, ad partē declinâſſe
Dominum conſpicit, & ſub umbra
cujusdam arboris conſediſſe brachia
conſeruiſſe, genibus cubitos impo-
ſuiſſe, Divinamque ſuam faciem in-
tra manus condidiſſe, velut ſi eo ſitu
præ nimio labore ac laſſitudine quie-
tem tantisper capere vellet. Accedit
dilecta Sponſa, ad pedes ejus provo-
luta ait: Quid hoc rei eſt mi DEUS
ac Domine? Quiſnam in cauſa eſt,
quòd tam abjectè, tam contemptibi-
liter Majestas tua hanc viam gradi-
tur? Ego, ut video, ſum illa. Hic me
ad tuos pedes habes, tuam in me Ju-
ſtitiam exſere. Neutiquam, filia mea,
reſpondet illi Dominus. Non tu cau-

Luceſcens
quodam
Chriſti Jo-
anna facta
apparuit.

ſa es doloris mei, quin potiùs tu me
concilias. Peccata totius mundi ho-
minum ſunt, quæ me tantopere pre-
munt. Quàm verò maximè flagitia
Sacerdotum ac Religioſorum cum
virilis tum fœminei ſexûs. Monſtravit
de hinc Sponſæ ſuæ omſium eorum
malefacta & ait: Quid tibi viderur de
tam execrabili abominatione? Æ-
quumne non foret, ſi omnibus hiſ
jam finem imponerem? Cùm illi qui
bono ſuo exemplo ædificare alios
fulcireque deberent, eoſdem ſcanda-
loſis actibus ſuis tranſverſim agant?
Vernæ mei domeſtici & commenſa-
les perinde atque Judas fallaci pacis
oſculo me oppugnent? Sponſæ meæ,
quæ mihi tanquam illi qui ipſe ſum,
tantam gratitudinem amoremque
debent, adeò petulanter, temerè ac
indecenter debiti mihi reſpectûs pro-
farent conſpurcent Sanctimoniam,
decorem ac gloriam ſuæ ſpiritualis co-
pulæ proculcent? Inde Dominus
cum ducto ex alto pectoris ſuſpirio ac
gemitu ait: Libera me, ac ſine me
pro poteſtate agere, ut cum omni-
bus finem faciam. Mi Domine, re-
ſpondet illi Sponſa ejus: Tu quidem
ad iracundiam provocatus es om-
nium tamen es Pater, decerque cum-
primis, ut cùm iratus fueris miſeri-
cordiæ recorderis. Ne, oro, ſinas
interire mortales. Tu me Protectri-
cem eorum Mediatricemque conſti-
tuiſti, eos ego, ut Mater diligo, eò
quòd filii tui ſint. Si percutere decre-
viſti, percutere ac puni me, è contra ve-
rò illis parce. Ad hæc verba, quæ à
tam nobili procedebant amore re-
ſpondit Dominus. Dimitte me Joan-
na, noli flere, neque tristeris, fiat

Et querela
contra Sa-
cerdotes ac
Religioſas
perſonas.

Vide hiſ
admiran-
dum quen-
dam dialo-
gum enſque
exitum.

Yy quod

quod peristi, volo cum hominibus habere patientiam. O quàm illi tibi sunt obstricti! Tu denique es naturæ meæ, ad parcendum indulgendumque pro-na. Nos quoque Divinæ Majestati haud abs te possemus dicere. Ita est Domine. Tu cor tuum Sponsæ tuæ tradidisti, ac proinde illa est velut alter David secundùm clementissimum ac Divinum cor tuum facta.

Videbatur in alia quadam præ-nobili proprietate Sor. Joanna DEO similis; videlicet amore tali erga animas hominum, ut pro singulis æquè sollicitè satageret ac universim pro omnibus. Etenim cum omnes ii quos amamus nostro in corde sint conditi, ideoque ex consequenti dolor est cordi nostro, si vel unus ex nobis amatis in periculo interitûs versetur. Demonstravit hoc Sor. Joanna variis casibus. Cùm illa quandoque silentii legalis tempore intra Cellam suam in DEO esset collecta, audit pulsari campanam Cœnobii, velut si universæ Sorores in unum convocarètur. Progre-ditur obedientiam secuta foras; ut verò advenit totâ domo silere omnia, Cellam suam repetiit. Post modicâ moram iterum pulsari audit, tum-que in egressu Cellæ Sponsum suum venientem videt. Duo Angeli Ephæbi seu Camilli ante Dominum præferebant duos cereos. Percontatur mox illum Joanna. Domine quid rei est hoc? Quid hoc loci quærit Divina tua Majestas? Ad quid venisti? Ad venio, respondet Dominus, ad faciendâ in hoc Monasterio Justiciam, venio ad judicandum. Mene Domine? iterum quærit Joanna cõterrita. Ne timeas, inquit Dominus, tu illa non es, tu quippe una

es ex electis meis: sed ista & illa, quæ non vivunt, ut Sanctimoniales, advenio adversus illas hæc & illâ ex causa, ad ferendam æternæ damnationis sententiam. Ad hæc verba proci-dit Sor. Joanna ante supremam Justi Judicis Majestatem in genua, plusque calentibus perorans lacrymis, quàm ore, inquit: Mi Rex mi Sponse, complacere oro Majestati tuæ pro hac vice dare veniam, comminatumque; differre supplicium. Spero equidem in tua misericordia fore, ut hæc Sponsæ tuæ auxilii gratiæque tuæ lumine illustratæ oculos aperiant, ad se postlimio redeant, atque à reatu culpæ peccatorumque suorum aver-sæ, ad te convertantur. Concedo tibi, respondet Dominus, quod postulas, verum tamen dic eis ut se emendent. Admonuit Sor. Joanna illas, emendatæ sunt, DEUSque placatus fuit.

Non se intra fines hujus Cœnobii continere poterant clarissimi solis hujus radii. Lib. 2. Cap. 20. memoravimus quemadmodum Sor. Joanna in suo sæculari statu certum quandam Nobilem è præsentis mortis discrimine scopo in eum exonerato eripuit. Hic subinde in malitia profecit, cum tamen pro tanto beneficio gratum se DEO exhibere debuisset. Fertur de Ibicibus, pilos eorum arrigi & assurgere si manu mulceantur. Dantur etiam Sylvestres homines, quibus cor arctum est, quique mansuetudine ac blanditiis magis ac magis efferantur. Ad hunc modum constitutus fuit Nobilis iste, qui ab accepto beneficio pejor evasit. At verò blandâ mollemque manû comutavit DEUS. Dum etenim longum sibi annorû sylvæ numerum-

averit sui
precibus Jo-
anna.

Homines
feri, ut il-
les, bonis
blanditiis
magis effer-
rantur.

Quarum
Monialis
interitum

que ominatur, lethiferè sauciatur. Interim apparet Sor. Joannæ D. Franciscus & ait: Filia, Dominus N. est lethali- ter vulneratus, ora Dominum ut illi gratiam tempusque peccata confiten- di indulgeat, atque ab æterna morte liberet, quem tu jam ante à temporali & sempiterna morte servasti: dehinc videri S. Franciscus desit. At verò Jo- anna tota consternata impolque sui remansit. Eo in excessu vidit ante se Christum cum Cruce super humeros. O. Servator orantium nostrum, inquit Sponsa ejus valdè anxia, quàm com- modum atque in tempore ades. Per tuum te Domine oro sanguinem, qui pro nobis in ligno Crucis effusus est, ut commiseratione tangaris miseri Nobilis illius vulnerati. Largiri ipsi tempus bonam sinceramq; confessio- nē peragendi. Vide sis, unus è tuis do- mesticis est ille, & ex iis qui ad mensam tuam confederunt. Et hoc illud est, ait Dominus, quod ego præcipuè sentio; quòd post tot benefacta & gratias, quas à me accepit, nihil olecius mihi dorsum toties obverterit. Nosti probè me jam antehac intuitu tui in alia fatali occasione vitam ei servasse. Bene habet Sponsa mi, respondet Joanna, si tu jam antea misericordiam ei meâ causâ exhibuisti, præsta ut nunc tui gratiâ salvetur. Non verbis sed facto ei respondit Dominus. Advenit siqui- dem postmodum Abbatissâ ad Sor. Joannam invisendâ, aitq; illi: Etiamne Mater nosti quid actum sit? Dominus N. est interfectus. Ad hæc Ancilla D. absque admiratione aliqua quæsit, Confessusne est? Etiam, reponit An- tistita, fertur bis eum Confessione peccata expiâsse, DEO sint gratias ait Sor. Joanna. Cùm enim ejus Majestas

*Nobilem
quendam à
morte æter-
naliberat.*

tempus illi ad confitendum indulserit, noluit eum in malo statu è statione vi- tæ decedere, hoc est signum ejus sal- vationis. O R. plurimū D. Abbatissâ, quàm bonum Deum habemus sit! il- le à suis Angelis benedictus in æternū!

Quod sequitur factum, jam nunc enarrato non est absimile. Degebat in hac Burgensi Urbe præcipua è nobi- litate Juvenis, Don Ivan de Riano no- mine, ætas illi erat florida, corpus agi- le sagax solersque animus, aliâq; dotes pulcherrimæ ornabant hominem e- gregiè. Nobilem istum alii quidam Anno 1638. mense Augusto noctu in- ter 10. ac 11. horam domo evocârunt, duxeruntque ad Campum qui dicitur Vaillos, illicque lethali- ter eum con- vulnerârunt, multis punctim inflictis vulneribus. Eo tempore cum Sponsa Christi in Choro vacaret Orationi, ex- audiit luctuosam quandam vocem ad sequentem modum loquentem. O SS. Virgo! O Mater gratiæ ac misericor- diæ! Nunc hora est. Miserere hujus miseri peccatoris. Ora SS. Filium tuū, ut mei misereatur. Commota est ad hanc vocem valdè Sor. Joanna, ora- batq; Majestatem Divinam ardore prorlus igneo, ut afflicto isti homini illud præster, quod à SS. Matre sua postulat, Dum igitur huic insistit petitioni, apparet illi Christus aded sauciatus, ut totum ejus corpus fons quidam sanguinis esse videretur, atq; cristi admodum ac miserandâ voce. Joanna vide, ut ego hac nocte sum ex- ceptus, hisque Dominus evanuit & nihil ultra dixit, usque manè, cùm Jo- anna infelicè ejus Nobilis obitum in- tellexit ac pro eo oravit, cui Dominus iterum ait. Hic ille est, qui elapsâ nocte Matris meæ opè flagitavit: ejus inter-

Itemque
alium è
Purgatorio.

ventu, aded potenti auxilio in mortis articulo ei adfui, ut veram de peccatis suis contritionem habuerit, ac in gratia mea decesserit; est tamen in Purgatorio debita illic culparum diluturus. Gratam mihi rem feceris cum id Matri meæ placeat, ut multa bona opera pro eo exerceas. Fideliter id est executi Sor. Joanna, ita ut intra trimestre conspiceret eum ingenti coruscum lumine triumphan-tem Cælos conscendere. Quid hoc mirū? cum Proteſtricem habuerit SS. Virginem MARIAM. Quis unquam perit, qui hanc Stellam maris ante oculos habuit. Nemo sanè. Ipsa de se per os Salomonis ait: *Prov. 8. v. 35.* Qui me invenir inveniēt vitam, & hauriet salutem à Domino.

Ejusmodi benedictionem (quod nimirum multæ animæ è malo statu eruat sint) frequenter, ac innumeris propè vicibus à D. Sor. Joanna obtinuit. Licetque varios ingentesque fructus istiusmodi operum liquidò ex eo colligere, quod quodam tempore Dominus ei significavit. Placet id pro-
 „ priis ejus verbis enarrare. Cum hiſce
 „ diebus, ait illa vitæ suæ n. 187. cum
 „ Deo unita eff. ectasi mentis abrepta
 „ in locum quendam fui deducta, qui
 „ vestibuli vel atrii speciem referebat,
 „ ibique relicta fui. Stabant ad ostium
 „ gemini venusti supramodum An-
 „ geli, qui ingressum tutabantur. In-
 „ tuebar intortus magnâ copiâ co-
 „ mantes frondibus eximio virore ar-
 „ bores, amœnissimumque pratium.
 „ In prato isto confidebat super thro-
 „ num persona spectabilis, virgam
 „ pastoritiam gerens manu. Specta-
 „ bam introgredi magno numero o-

viculas, bonumque istum modò di-
 dictum Pastorem in lætissimum
 istud pratium eas ducere, ajoque ad
 eum. Domine num intrare debeo?
 At ille respondit: Nequaquam. Abi
 & plures adhuc ad pratium istud ad-
 duc. Abii, iterumq; ad contemplan-
 dum Pastorem hunc fui reverſa,
 mansique præ foribus, atque ubi lon-
 gè plures eò ingressas oves conspexi,
 Domine, inquam, debeone ingredi?
 ille porro mihi respondit: Non. Nec-
 dum eum huc adduxisti numerum,
 quem debueras; cum ille implebitur,
 tunc additus tibi non negabitur atq;
 ad me: festina ac satage plures huc ad-
 ducere. Indicatum porro est mihi o-
 ves istas animas esse, quæ intercessio-
 ne mea è malo suo statu sunt ereptæ,
 quæ diversa pascua sectabantur. Ut
 igitur hæc vidi, anima mea gestiebat
 lætitiâ, ardebatque desiderio talibus
 pascuis perfruendi. O felices animas,
 quæ tanto fruuntur bono! In hac e-
 leganti figura veluti nitidissimo spe-
 culo intueri licet innumeras animas,
 quæ meritis nostræ amatrix Virginis,
 gratiâ coronatæ ex hac vita decelsê-
 re, in gloria Cœlesti æternum regna-
 turæ. Equidem certum est, Sor. Jo-
 annæ fructus hos permagno consti-
 tisse, quippe quorum femina fuere
 illius preces, lacrymæ, ac pœnitenti-
 æ opera, uti & gravissima tormenta
 & cruciatus à malis Dæmonibus
 ipsi illati, imò, quod plus est, ab iis-
 met etiam, quos illa maximis affecerat
 beneficiis, tam ei malè responsum
 fuit, ut inventus non nemo sit, qui
 Sponsam Christi interimere conare-
 tur beneficiorum causâ, quæ anima
 ejus ab illa est consecuta.

Erat

Quamplu-
rimas oves
ad Cœli
pascua per-
ducit. Ita
na sunt pro-
cipua & S.
operibus.

Erat cum primis Sor. Joanna, ac præ aliis folicè intenta, ut Sacerdotibus piam sanctamque vitæ conversationem suis precibus monitisque obrineret, compluresque illorum à malo ad bonum reduxit statum, qui etiam sponsæ Christi in omni sua vitæ segratos exhibuere. Unus verò quispian, cujus cor malus dæmon possederat tam effrenem, solutam, perditamque ducebat vitam, ut improbis moribus suis vitiorum usu ac consuetudine Cælum in iras provocaverit, terris scandalo fuerit, totumque illum locum horrore compleverit. Joanna ergo pessimæ ejus vitæ rationi indolens, accersiri eum aliquoties jussit, admonuit castigavitque verbis, magna tamen cum amoris ac venerationis significatione. Porro Sacerdos ille usque ad eò iræ indulsit, ut eadem insanians & occæcatus ad Cœnobium sese contulerit, sponsamque Christi dolo ad colloquendum evocârit simul ac verò illa præsens ad cancellos collocutorii adfuit, sclopum manuarium duabus glandibus gravidum in eam exonerat: tetigit etiam pectus ejus; ictus tamen licet habitum ac runicam penetrârit, sacrum tamen ejus corpus minime læsit.

CAPUT XVIII.

Christus Servator noster preces ac merita sponsæ suæ Joannæ dirigit ad salutem & utilitatem animarum, per quæ illa magna patrat prodigia.

Qui nude solummodò DEUM orat, non orat, sed is qui rectam orandi methodum novit. Usque modò ait Christus discipulis suis Joan. 16.

v:24. non petistis quidquam in nomine meo petite & accipietis. An non multa illi antè petierant? Ita omninò inquit D. August. Sed ea non in Christi nomine petierunt. Et hoc tantumdem erat, ac non petisse. Siquidem qui in hujus Domini nomine non rogat, non rectè orat, ideoque fit ut nihil impetret. Hinc cognoscere possumus, cur Venerabilis hujus Virginis tam efficax fuerit oratio, ut illi nihil unquam negaret DEUS, quia videlicet semper orationem suam in Christi nomine atque juxta beneplacitum eius instituit. Ipse Dominus eidem indicabat, quid ab se peteret, & pro quo deberet petere. Ipse etiam famulæ suæ Joannæ merita ad intentionem suam mentemque dirigebat. Adhæc demonstrabat sponsæ suæ, ceu intermissimo speculo, in seipso cum propria ejus opera, tū proximorū necessitates, dicebatque illi: Filia mea Joanna, meæ voluntatis est, ut hoc quod nunc agis, sit pro hoc, & quod jam pateris sit pro illo, & aliud denique ad alium finem fiat. Eâ ratione Dominus, quidquid ageret ac pateretur ad mentem suam direxit dicens illi: Hæc diverberatio seu disciplina sit pro Ecclesia, hæc abstinentia seu jejunium pro Rege ac Regno, hi cruciatus pro animabus in Purgatorio, hi dolores & afflictiones pro sceleribus Orbis terrarum. Ita quoque agebat ejus famula: videbatque quod cum sua opera offerret in eum finem eaque intentione ac modo, quem Christus ei præscripserat, ipse Dominus genuflexus unâ secum opera sua Patri æterno offerret, eidem etiam sacratissima sua com monstraret vulnera, suoque pretioso

Oratio germana quæ

*Cur nos pe-
tita non im-
petremus.*

languine merita sponsæ suæ] Joannæ exornaret, ut omnia, quæ illa peteret Cœlestis Pater suus eidem largiretur. Nos plerumque nihil impetramus juxta votum, eò quòd non petamus quòd DEO, sed quòd nobis placeat, cum tamen juxta DEI placitum petendum esset.

*Curque Jo-
anna impe-
travit om-
nia.*

Dominicâ nonâ post Pentecosten, Universalis Ecclesiæ precatio sonat ut sequitur: Pateant aures misericordiæ tuæ domine precibus Supplicantium: & ut petentibus desiderata concedas, fac eos, quæ tibi sunt placita postulare. Ad hunc profusum modum instituta erat Sor. Joannæ oratio, atque ideo nunquam non à DEO desiderata conseq̄uebatur. Egimus hæcenus de mirabilibus, quæ divina Majestas ad salutem animarum egit, nunc aliquid memorabimus, quæ ad corporum salutem in Monasterio sponsæ Joannæ statu Majestas ejus est operatata.

Primam & præcipuam salutem corporeæ conservationis multorum mortalium tanquam Dominus ac DEUS exercituum demonstravit in illo memorabili prælio ad Fuenterrabiam. Rupto siquidem pacis fœdere atrox bellum Gallos inter Hispanosque exarsit. Admirabilis Castiliæ summus Copiarum Hispanicarum Dux fuerat constitutus. Erat Dominus iste singulari devotionis affectu Mater Joannæ addictus, dum igitur iter per Burgensem Urbem facit, Sor. Joannam suo in Cœnobio invisit. Quòd unice ac instantissime expetebat, ab ea fuit, vellet Mater Joanna se prospere armorum Hispanicorum bellique successu Domino fideliter

commendare. Inter hæc postulata visendam se illi præbuit sanctissima Virgo MARIA atque ad eam: fac, filia, quòd hi abs te petunt, bonoque Admirabilem animo esse jube: ego quippe in omnibus tibi adjutrix ero. His ubi Sor. Joanna animata fuit, animavit etiam Admiralem ejusque milites, tradiditque iis etiam Crucem de S. Turibio, atque ita ei valefecere confirmati animo & magnopere consolati. Vespere pervigilii Natalis Deparæ Domine nostræ initus est ad Fuenterrabiam conflictus, ardenteque jam utriusque aciei certamine, inclamat Admiralis Matrem Joannam operulatricem, cum annexa commemoratione sponsionis suæ, fore ut ei tanquam alter Moises orationum suarum armis assistat. O rarum profus ac singulare prodigium! Vix Orationem hanc Admiralis finierat, & ecce dubia pendensque hæcenus prælii fors, illico usque adeò iniqua adversaque Coronæ Gallia, tam verò parti Hispanicorum favens ac propitia evasit, ut Corona Hispaniæ nobilem insignemque de victa prostrataque Gallorum acie victoriam retulerit. Sed totum hoc effectum est, eò quòd Regina Cœlorum MARIA in sociam filia suæ Joannæ adscita, invisibiliter parti nostræ præsentem adesset, unde Gallorum fusa, fugata, ac dissipata fuere agmina, nostri verò insignem obtinere victoriam.

Non minora pace quàm bello, DEUS Joannæ sponsæ suæ gratia patravit miracula. Comites de Rebillera erant eximia devoti animi propensione Sor. Joannæ affect. Frequentabant eam Epistolis, & quandoq; ipsi etiam è loco

*Joanna in
bello invo-
cata nobi-
lem Hispa-
nis obtinet
victoriam*

ac regione Cariba, ubi sedem domici-
 liumq; habebant, advenere ad invi-
 fendam Sor. Joannam. Sed neque hoc
 fatiserat eis! curaverunt Matrem Jo-
 annam depingi eamq; effigiem loco
 celebri locavere, quò semper eis esset
 in oculis. Illud. D. Anna de Velasco &
 Médoza, quæ a via fuerat D. Alphonfi
 de Velasco Comitis de Rebillia, habu-
 it in famulatu inter alias ancillam, quæ
 diaboli magis, quam Dominæ suæ
 mancipium videbatur. Ut ergo D.
 Anna vidit quod dicta ancilla, lenibus
 blandisq; mediis ad frugē studiumq;
 virtutis permoveri nequeat, collare
 ferreum cervici ejus seu cippum injici
 cum ferrea 30. li. catena jussit. At verò
 mala herba improba ancilla, quæ mo-
 destior exinde tractabiliorque fieri
 debuerat, è contra rabie petita tanto-
 pere felle ebullit, ut velut irritata vi-
 pera clementem Dominam suam vitâ
 privare cogitârit. In eum finem sibi
 de aliquanto arsenici modo prævidit.
 Itaque ubi Domina cum reliquis an-
 cillis esset in templo, abiit ista, ut edu-
 lis, quod paratum Dominæ fuerat,
 toxicum illud inspergeret. Cùm ergo
 per gradus ad Culinam deorsum ten-
 dit; apparet ei Monialis S. Claræ, quæ,
 uti postmodum mancipium est con-
 fessum eandem prorsus Religiosam
 vestem, eandem faciem, totam deniq;
 corporis gerebat formam ac speciem,
 quam referebat illa dominæ suæ effi-
 gies, quam Sor. Joannâ nuncupabant.
 Hæc sanæimonialis dixit Ancillæ:
 quonam vadis Maria? ita se vocabat
 mancipium. Quò vadis filia? Redi
 rursus ad te propositoq; nefario absti-
 nere. Non tu profectò id effeceris, a-
 gis libet quidquid voles. Territa qui-
 dem aspectu ejus fuit ancilla, verum

nulla eam propositi conatusque im-
 probi subierat pœnitudo, sed in effe-
 ctum deducere tentârat, frustra sanè,
 nam ne unum ultra promovere pas-
 sum potuit. Ut ergo misera hæc Cre-
 atura conspexit, se Dominam suam
 vitâ privare non posse, rabidâ vindi-
 cæ ardens cupidine, seipsam intere-
 mis, voravit enim ipsa glutitq; vene-
 natum pulverem atque insequente
 die mortem exinde oppetiit. Ante obi-
 tum tamen crimen suum cum jam di-
 ctis circumstantiis aperuit ac enarra-
 vit, lacrymantibusq; oculis veniam à
 Clementissima Domina sua petiit, atq;
 sic peractâ exomologesi est defuncta.

Alio quodam tempore ægrotavit
 prædicti Comitis de Rebillia Mater
 Originem ea infirmitas trahebat è pe-
 stiferi tubere, eratq; paucos intra dies
 maximum discrimen vitæ. Domestici
 omnes specialem fiduciam reposue-
 rant in sponsæ Christi Joannæ preci-
 bus, ideoque protinus famulorū unus
 ad Sor. Joannam est missus, qui Comi-
 tissæ periculum ac infirmitatem inti-
 maret. Subrisit ad hoc nunciū Joan-
 na, famulo tamen dicit ut paululum
 præstoleretur. Interea illi è Cella sua vi-
 tium attulit in calicis modum effor-
 matum, atq; illi: Vasculum hoc defer
 Clementissimæ D. meæ, eiq; meo dic
 nomine, ut ex illo tantum aquæ bibat
 quantum ipsa cupit. Excepit magna fi-
 de ac pietate vasculū illud Comitissæ,
 jussitque illud continuo aquâ repleti,
 haurit totam, quæ illi tam efficax ad
 salutem fuit remedium, ut epoto cali-
 ce momento calor noxius evanuerit,
 atque illa repenti sanitatem receperit.

Erat nostra Soror Joanna speciali à
 DEO prædita gratiâ ad laqueos do-
 lotalque machinationes dæmonum a-

*hibetur no-
sistunt.*

*glutit ipsa
ancilla le-
thale toxi-
cum, sed
confessocrî-
mine piè
bit.*

*Mancipi-
um à Do-
mina coar-
ctum ean-
dem veneno
sollere ten-
tat.*

*Sed à Joan-
na ei mira-
biliter ap-
parente pro-*

yet

vertendos dissipandasq; Dom. Petro de Sanzoles, de S. Crux Nobilis Burgenfis, peculiariſque ſponſæ Chriſti Joannæ venerator, qui in ſeculari ſtatu illius multum ei fuerat adjuvamento, venatum aliquando foras proceſſerat. Ut verò is intra montes fuit, inſedère mali dæmones mulum cui ipſe inſidebat. Erat alioqui jumentum illud perquam obſequens ac manſuetum; at mali Genij adeò tunc illud efferavère, ac ſi plenum eſſet dæmonibus, prout reverà etiam erat; domito ſiquidem primùm ſienum excuſſit; tum verò tam inſolitum rudium edidit ſaltusque obliquavit, ut bonus Nobilis metueret neſin partes diſtraheretur. Incedebat eo tẽpore per ſui clauſtri ambitum Sor. Joanna, auditque vocem ſibi dicentem; Joanna commenda DEO amicum tuum Dominum Petrum de Sanzoles, qui maximo in diſcrimine verſatur. Converſa retroſum videre voluit, quiſnam ſibi loqueretur, dumque neminem conſpicit cogitabat ſamula DEI eſſe imaginationem ſolam pergitque ſuo itinere. Poſt alterum paſſum iteratò eandem exaudit vocem dicentem; Joanna, commenda DEO amicum tuum Dom. Petrum de Sanzoles, qui magno in periculo eſt conſtitutus. Iterum invertit ſe ancilla D. viditque S. Matrem Teresiam de JESU, quæ jam dictas voces protulerat. Joanna commenda amicum tuum DEO D. Petrum de Sanzoles, qui magno in periculo verſatur. Tunc ait Joanna, S. Mater mea, Si D. Petrus te Proteſtricem habet, cur opis meæ egeat? Sic fieri debet, reſpondet S. Mater Teresia, nam id ſic vult DEUS habere. Hiſque S. Mater Teresia evanuit. Ubi er-

*Amicum
ſuum quen-
dam à gra-
vi periculo
liberat.*

go Sor. Joanna orationi ſe dedit, ab Angelis ad montem illum eſt deportata, ubi miſer ille Nobilis, ſudore diffluens & anguſtiâ plenus, cum periculo muloque ſuo conflictabatur ſeq; fatigabat. Ad Joannæ adventũ Spiritus maligni velut umbræ ad ſolis jubar diffugère, quippe qui Ancillæ Chriſti præſentiam ferre non poſſent: atque ita mulus conquievit, rediitque Nobilis ille integer illæſusque in domum ſuam. Adit is Joannam poſtridie, ut helternum ei periculum ſuum referret, ad quod illi reſpondit: O Domine mi, quam bonum eſt amicos habere in cælo! Ego verò addo; bonum valdè eſſe amicos habere in terris.

Expertus id eſt oppidò probus quidam homo, ſingularis venerator Ven. Matris Joannæ, qui juxta Monasterium ejus habebat domicilium, hic in puteum quendam multo; ſpectante populo decidit, ſimulque deciderunt ſuper eum grandia magni ponderis ſaxa, ſic ut in puteo ſcrobe vivus ſepultus videretur, jamque vix anhelitum duceret & in ſupremo propemodum agone verſaretur. Cùm igitur nullum ſuppeteret humanum eum juvandi medium, ſur ratio, inclamabat circumſtans populus ei. Implora ô homo, auxilium Matris Joannæ. Mira res! Eo ipſo momento, quo Matrem Joannam invocat, diviſere ſe ſaxa, alia in hanc alia in alteram partem, prodiitque ille jam ſepultus homo è ſepulchro ac puteo cum ſummâ omnium præſentium admiratione, qui ſine ſine laudibus extollebant pietatem benignitatemque Providentiæ DEI, quibus merita ſuorum exaltat.

CAPUT

CAPUT XIX.

Christus D. Sponse suæ scientiam Sanctorum, ac Prophetiæ spiritum donat.

IN libro Sapientiæ titulo Justi Patriarcha Jacob decoratur, atque facer textus Sap. 10. Ostendisse Dominum illi regnum suum, ac dedisse ei scientiam Sanctorum. D. Chryost. ait id noctu esse factum, cum ille ab externis sensibus alienatus, in profundam ecstasim somnumque devenit, qui plenus erat mysteriis. Dum nimirum ille in spiritu contemplatur refulgentem latè scalam, Angelosq; per eam ascendentes atque descendentes, Dominumque supremo in gradu innixum scalæ. Hoc erat illi ostendere Regnum Cælestè. Aitque illic os aureum, tam sublimis est ibi homini infusa DEI cognitio, ut de illo dici queat, plus eum scientiæ dormiendo affectum, quàm omnes posteros ejus vigilando. Eodem quoque modo Sponsæ suæ Joannæ scientiam Sanctorum largitus est DEUS.

Dum quadam vice Sor. Joanna Sacro audiendo vacat, seseque ad S. Synaxin percipiendam componit, mox à Consecratione videt à S. Hostia lucidissimam in solis modum exorientem stellam. Intuebatur quod sydus istud clarioribus, quàm sunt solis radiis intellectu suo lumen tribueret, unâ eam sublimi admodum istius mysterii cognitione. Tumque profundâ humilitate ac sui noticiâ Sor. Joanna inquit, satis mihi jam est, Domine, quod fidem teneam, quâ te agnoscam, majori ego cognitione

non ego ut te amem. Dominus vero illi dixit. Tace, nec meæ obstitas voluntati, sed humili animo excipe cognitionem, quam tibi tribuo. Ut igitur humilis Virgo tranquillâ mente in hoc Divinæ sese tradidit voluntati, paulò ante communem intuetur Christum D. in forma supra omnem modum suavis amabilisque Puelli in S. hostiâ, innumerisque Cælestes Genios ardentis cereos manibus præferentes, summâ dulcedine Cælestes odas hymnos & cantica concinentes. Exterrita fuit ad hunc Divinæ Majestatis aspectum Joanna, cœpitque se retrahere, sic ut assurgere atque ad S. Communionem accedere non auderet. Id ubi S. Angelus ejus Custos vidit, ait illi: Accede filia, Dominus te expectat, prehensaque ejus manu per auras eam usque ad S. Synaxeos locum perduxit, ubi Cælestem panem sumpsit, haud equidem absq; singulari animæ suæ fructu. Sumptâ S. Communionem permansit omni studio in spiritu collecta, immeritaque in gratiis referendis pro summo isto beneficio. Abrepta fuit in tali spiritus collectio ne usque ad Cælos, illicque conspexit Agnum DEI, Dominus quoque præalta Sponsæ suæ revelavit mysteria, communicans illi in excellenti gradu scientiam Sanctorum.

Loquitur ipsa de cognitionibus hisce, quas illi Dominus in hac aliisq; ecstasibus contulit, explicatque illas n. 116. vitæ suæ sequentibus verbis. Aliâ vice, inquit intuita sum inexplicabile mysterium SS. Trinitatis; Tres distinctas Personas & unum verum DEUM, scientiaque illa & cognitio quæ mihi tunc data est, tam S. Sancti

*Joannati-
mens acce-
dere per au-
ras ad S.
Communi-
onem de-
fertur.
Ubi disci-
mira.*

*Et aliâ vi-
ce intuetur
SS. Trini-
tatis & Ca-
tholica fidei
hujus mysteria.*

Zz

*Quid in
contempla-
tione scilicet
Jacob
consecutus
dormiendo.*

*DEUS
Joannæ mi-
ram myste-
riorum SS.
Eucharistiæ
tribuit.*

„ hujus mysterii, quàm aliorum Ca-
 „ tholicæ nostræ fidei arcanorum per-
 „ magna fuit, certumque est totâ meâ
 „ vitâ me singularem eam à Domino
 „ gratiam esse consecutâ, quòd scilicet
 „ ista mysteria mihi ad eò clara mani-
 „ festaq; fuerint, ut ea majore credam
 „ certitudine, quàm certa essem si ea
 „ corporalibus meis intuerer oculis.
 „ Et quamquam ego pro quolibet fi-
 „ dei mysterio semper lubens vitam
 „ posuissem, ab illa tamen die multò id
 „ libentiùs facerem. Quòd porrò co-
 „ gnitionem virtutum, quas consecu-
 „ ta sum attinet, tantum illa ab ea,
 „ quam hic habemus distat, quantum
 „ Cælum à terra. DEUS sit omni-
 „ tempore ac sine fine benedictus,
 „ quòd nulla Creatura sit, quæ magis
 „ obstricta sit DEO, atque ego; & ita
 „ mihi complures vitæ graves præci-
 „ puique asseveravêre, qui curam ani-
 „ mæ meæ gesserunt, neminem esse
 „ qui plus DEO debeat quàm ego.
 „ Etsi enim omnes Majestati ipsius
 „ plurimum debeamus, nemo tamen
 „ est, qui ampliùs ei sit obnoxius ac e-
 „ go, nec qui plures doctrinas institu-
 „ tionesque ab eo acceperit. Sit bene-
 „ dictus, laudeturque ab Angelis suis,
 „ ac mihi notitiam tribuat quântum ei
 „ debeam! Dum igitur hæc Divinâ
 „ illustratione rerum Cœlestium perita
 „ Virgo ait, se Mysterium SS. Trinitatis
 „ unâ cum reliquis fidei nostræ arcanis
 „ intuitam esse, facilè è verborum ejus
 „ sensu colligitur, haudquaquam de
 „ corporali visione eam loqui; sed ne-
 „ que de intellectuâ, uti S. DEUM
 „ in Cœlo contemplantur, sed loqui de
 „ singulari quadam cognitione, quæ à
 „ Creato intellectu proficiscitur, quem

supernaturali modo collustrat elevat-
 que DEUS. Et hoc est singulare do-
 num Sapientiæ, quo Divina Majestas
 amicorum suorum intellectum illu-
 strare in Oratione consuevit, ita ut il-
 dem Divina mysteria tantâ certitudi-
 ne & claritate cognoscant, ut videan-
 tur sibi, coram illa intueri, cum tamen
 ea non videant. Siquidem, ut Theo-
 logi tam Scholastici quàm Mystici
 asserunt, tantum interest inter cog-
 nitionem quæ à DEO in hac vita habe-
 tur, & illam quæ in Cœlo æternaque
 est beatitudine, quantum inter id,
 quod vita est præditum, & quod arte
 effectum est.

Quàm sublimis porrò illa cognitio
 ac supernaturale lumen fuerit, quod
 huic Sponsæ suæ DEUS contulit, per-
 facile potest colligi ex eo, quod ipsa
 loquitur sequentibus verbis. Sic igitur
 num. 119. ait. Primâ vice cum
 mihi gratiam contulisset DEUS, me
 intra SS. ejus latus collocandi, vide-
 bam eum, sed quasi eminus, illeque
 mihi cor suum monstravit: fiebat
 hoc perinde ac à Matre, quæ infan-
 tem suum tenerè diligit, ei ubera
 monstrat, taliq; eum pacto ad se in-
 vitat, continuò vero mammas obte-
 git, patulus verò plorat, incipit ac-
 currere, Matrisque collum stringit,
 illa verò ei blanditur, ubera sua por-
 rigit summa cum amoris demonstra-
 tione. Ita prorsus anima mea gestie-
 bat Domini cor intueri, at Dominus
 jam contegebat illud, jam rursus re-
 tegebat, taliq; me pacto ad illud in-
 vitabat, Retrahebat sese anima mea,
 neque ausa est eò appropinquare.
 Tandè tamen sumpto animo eò ac-
 currit, ejusq; freta misericordiâ totiâ,
 me

Qualis
 verum
 D.
 vinarum
 terris
 cog-
 nitio
 habi-
 ri
 queat.

*Iterum de-
licias Cœle-
stis & sœ-
cularis re-
rum Divi-
narum ple-
ne pectore
hauris Jo-
anna.*

me in istum voluptatis oceanum im-
merfit. Habitavi hic 5. diebus, ma-
gnasque delicias Dominus mihi fru-
endas concessit, itemque scientiam
& cognitionem rerum prorsus sub-
limium. Redii inde usque ad eam ebria,
ut nihil hujus mundi viderem aut
intelligerem. Quidquid in hoc est
orbe, visum est mihi purum menda-
cium, & omne aliud videbatur,
quod etiam est, hoc summa veritas.
Num. 157. ita loquitur. Alio tem-
pore magno ardebam DEUM vi-
dendi desiderio, videbamque ipsius
Majestatem non videndo, attamen
majore illum intuebar perspicuitate,
quam si corporeis eum vidissem o-
culis. Et ille in hac vita in caligine
(ita loquor) sese mihi detexit, suumque
mihi cor ostendit. Cernebam in eo
me dilucidè ceu infantem sex men-
sium, inque talis ætatis innocentia
& puritate, neque fas est loqui, quid
in eo demonstrarè mihi Dominus.
Aliis vicibus ostendit mihi suum
Divinum cor, unde quidam lucidif-
simi radii flatusque in meum cor di-
recti, procedunt, nequeo effari ac
explicare lumen illud, quod sentio,
neque lucem & charitatem itemque
instructionem in SS. Redemptionis
nostræ nec non Sanctæ fidei myste-
riis. In his etenim tantam gero cer-
titudinem, ut pro eorum veritate at-
que defensione sanguinem lubens
profunderem, milleque vitas ponerem.
Insuper adhuc num. 169. inquit:
Cum diebus hisce ad S. Commu-
nionem accedere vellem, caperam
me ad eam preparare, videbamque
unicum ac summum desiderium
meum & cupiditatem cum purita-
te munditiæque necessaria acceden-

di. Orabam illius Majestatem, ut
complaceret sibi eam mihi largiri.
Interea me sentiebam esse quasi in
cruento quodam igneoque balneo,
perque animam meam rapidum
torrentem decurrere, in quo illa bal-
neavit: ita ut ejusdem balnei medio
anima mea instar purissimi chrystal-
li esse videretur. Posteaquam Dômi-
num suscepi, cernebam, quod me is
intra suum latus collocarit, ubi est
indeficiens fons Divinitatis; dixitque
mihi: bibe, bibe de Cœlesti hoc po-
tu. Cumque jam illic versarer, per-
quam sublimes mihi sunt res illic
patefactæ, quæ nec dici nec intelligi
queunt ab hominibus, qui tam exi-
guo tenuique intellectu ac ego sunt
præditi. Sanè arbitror quod de im-
mense isto Divino Bono, de Benig-
nitate, Sapientia, Proprietatibus,
Perfectionibusque ejus tantum con-
spexerim, quantum in hac vita mi-
seræ imbecillique Creaturæ est pos-
sibile, videreque eidem permittitur.

Ex hac tam vera, quam ingenua
perspicuaque Joannæ declaratione
donum Sapientiæ, quæ huic suæ Spon-
sæ infudit DEUS, uti & sublimis Di-
vinorum secretorum cognitio colligi
potest, quam illa à Divina est Maje-
state consecuta. D. Petrus Damian.
ait, in contemplatione Divinitatis
ac Divinorum arcanorum notitia, S.
Joannem Evangelistam supra omnes
Prophetas, Patriarchas, aliosque Ap-
ostolos principatum tenere: eundem
denique omnem humanum intel-
lectum excessisse. Catholica quo-
que asseverat Ecclesia, tam excelsam
eum Sapientiam è corde Christi hau-
sisse, dum in suprema cœna super

*Christus
eam intra
suum lat-
locat ubi
admiranda
hauris dis-
citque.*

*è corde ni-
mirum Chri-
sti & S.
Evangelis-
ta Joannes.*

Z 2 Domini

*Quomodo
hic in ter-
ris videatur
DEUS.*

Domini pectus recubuit. Age nunc, quantæ sublimitatis Sapientiam atque cognitionem rerum Divinarum debuit nostra castissima Virgo Joanna haussisse, dum intra Sacrum Domini latus versatur, atque ad cordis Divini fontem sedit, in quo ut Apost. *ad Coloss. c. 2.* inquit, omnes thesauri Sapientiae ac scientiae sunt absconditi? Dum ceu simplex columba in apertura ac foramine petrae, hoc est pretiosissimo vulnere lateris Christi domicilium figit. Exceptit hac ratione illa ceu acutum perspicuus Aquila purissimos Divini solis radios, atque altissimam contemplatione perspexit recondita Divinitatis mysteria, si non eadem qua Sancti in Coelis claritate, ad minus tam alta spiritus cognitione, quæ cum hac vita queat consistere. Veritatem istam eximii ac doctissimi quique sui temporis viri confirmavere, qui cum Sponsa Christi longo tempore egerunt & conversati sunt. Hi quippe testantur quod Mater Joanna in consueta cum eis conversatione semper summam ingenuitate pectorisque candore cum eis egerit. Porro iidem quoque asseverant Sponsam Domini cum de DEO nostræque fidei mysteriis sermocinari cepisset, tam altis, sapientibus, incensis, DEIque amore flagrantibus verbis disseruisse, ut nemo non obstupesceret, atque eorum operatione noscere posset Spiritum S. Ancillæ suæ Joannæ, non scientiam Divinarum veritatum duntaxat, sed & Sapientiam simul cum verbis ac lingua ad easdem veritates explicandas contulisse.

Erat similiter Sor. Joanna eximia admodum Prophetis. Siquideem ex

ex iis, quæ hæcenus relata fuere, palam fit, DEUM in singulas horas cum ea colloquia miscuisse, atque reconditissima quæque arcana ei patefecisse. Moyse prærogativam DEUS Num. 12. hæc declaravit; quod scilicet aliis Prophetis, per aliquod visum ostentumque se insinuet, cum Moyse verò facie ad faciem, ore ad os colloquatur. Sic etiam Divina Majestas cum hac sua egit famula. Tam eminentem quippe spiritum ei Propheticum infudit, ut perspicue contueretur omnium eorum corda, qui cum ea colloquerentur, præfagiret prænucciaretque quæ illis eventura quæque futura essent, salutaria item eis tradebat monita & consilia. Et certè eos qui ejus acceptavere consilia, nunquam ejus rei pœnituit, qui verò ea superbe respuerunt, nunquam non serò errorem deploravere, quia his malus exitus causam lacrymarum, illis verò felix rerum eventus, gratiarum actionis ac lætitiæ ansam præbuit.

Advenerant è Regno Galliarum multi homines super conscientie suæ negotio quisque pro se Sponsam D. consulturi. Cæteros inter, quidam SS. Theologiæ Lector etiam affuit, cui Ancilla D. penitissima cordis ejus detexit, consuluitque ut à certo quodam suo proposito desistat, quod illud minimè DEO placeret, tamen si is opinaretur ea illi complacere. Nulli curæ Lectori erat ejus consilium, donec oculos ei DEUS aperuit, inque aurem homini locutus fuit. Toto is anno affixus lecto decubuerat, ubi dum quandoque silentibus cunctis solus esset,

elaram

Eximiam
quoque Jo-
anne Pro-
phetiam
Joannæ
exemplis
probatam.

Non solum
arcanorum
DEI scien-
tiam sed &
linguam ad
ea edisse-
renda Jo-
anna est
consecrata.

Consilii Jo-
anna incu-
ritus divini-
tus admo-
netur & re-
spiciens
momento
sanatur.

claram vocem sibi dicentem audivit.
Famula illa mea, est mea Prophetis,
ac vates, si non egeris quod illa tibi
dixit, è strato isto minime cõsurges.
Recepit is continuò ad eam vocem,
famulæ Christi se morem gesturum,
sensitque se momento sanum, valen-
tem ac vegetum, Appulit is postmo-
dum Burgum ad referendas Benefa-
ctrici suæ gratias, agnovitque eam
verè esse Prophetidem Altissimi.

Haud paullò notabilius est factum,
quod sequitur. Percelebris quidam
divini verbi Præco, debebat in Cœ-
nobio quodam proximè Burgum, a-
bierat is quodam tempore de qua-
dam certa molestia scum Ancilla D.
consultaturus, eò quod eam pro Cœ-
lesti fatidica Vate haberet. Simul ac e-
um conspexit oculis Sor. Joanna
(quoniam donum habebat corda
mortalium inspiciendi,) agnovit è ve-
stigio etiam dæmonem in virum hunc
dominium obtinuisse. Igitur sponsa
Domini improba ejus vitæ miserta,
ad cor ei locuta fuit, aperuitque per-
versum ejus statum in quo degeret,
uti & periculum in quo versaretur,
suadet item quàm ocissimè univer-
salem exomologesin obeat, seque in a-
liud conferat Cœnobium, sin haud
ita multò post fœde, & cū maxima in-
famia ipsum lapsurū. Nullā dictis hisce
Concionator ille fidem habuit, sed
vale Christi sponsæ facto domum su-
am repetiit. Verùm itineris medio vo-
cem exaudit clarè diserteque sibi di-
centem. Etiamne tu de hac veritate
ambigis? An aescius es, me per os
ancillæ meæ loqui? Nijuxta quod
tibi locuta est egeris, videbis sanè som-
nia illa, quæ tibi prophetavit imple-

tumiri. Ad voces istas atque monita
territus Prædicator, velut alter Sau-
lus tandem oculos aperuit, & post se-
riam maturamque considerationem
ad se rediit, pariterque ad famulam D.
teversus, multis juravit lacrymis ut se
DEO commendet. Protinus quoque
generali Confessione animi labes de-
terfit, atque ad aliud Cœnobium
transiit.

Eandem prorsus de illa concèpere
gessereque opinionem Burgenſium
tempore vitæ ejus existentes Archi-
Episcopi, ac præcipuè Reveren. D.
Franciscus Manſo. Hic in Mexica-
num Archi-Antistitem electus, ante
suum in Indiam discessum, valedictu-
ræ famulæ Christi Joannæ advene-
rat. Tantam hic Præsul de sanctitate
nostræ Sor. Joannæ conceperat opi-
nionem, ut priusquam Mexicum pe-
teret, in cuprea tabella expingie ejus
curarit effigiem, confessus deinde cū
diversis in periculis eidem se com-
mendasset, miraculosè prorsus auxi-
lium ejus expertum fuisse. Dum er-
go pro tunc ei valefaceret, ait illi Sor.
Joanna, Proficiscatur modò Reveren.
D. in DEI nomine, spero autem ego in
DEI benignitate mutuo nos adhuc
frequenter viſuros. Ita omninò eve-
nit, siquidem is brevi titulo Archi-
Episcopi Burgenſis rediit, eamque sæ-
pius vidit & allocutus fuit. Dum is
primà vice à reditu suo Joannam in-
visit, atque ad cancellos in aliarum so-
rorum præsentia apud eam consistit,
ait illi: Mater, animus est Charitati
tuæ cupream tabellam ostendere, quã
ex India attuli. his innuere volens ejus
effigiem, ad quod absque eo quod e-
am famula D. vidisset, ei respondit:

Magna in
sanctitatis
opinione a
pud Bur-
genſes Ar-
chi-Episco-
pos fuit Jo-
anna.

Propheti-
dem se præ-
dicatione
certa &
occultorum
cognitione
probat, in
Ecclesia-
stico.

iumque a-
lius negli-
gens moni-
torum ejus
calus ad-
moneatur &
resipiscit.

melius futurum erat, si Reverendissimus D. in Indiam secum eam non asportasset, oro ut in mei gratiam ab se illam amoveat, ex eo cognitura quantum me amet. Petebat hoc ab illo tam enixè, tantisque lacrymis, ut Archi-Antistes non minùs humilitatem ejus, quam Prophetiæ spiritum sit demiratus.

*item in se-
culari Prin-
cipe.*

Non minor Sæculi hujus Principum erat de Venerabili hac Virgine opinio, quam Ecclesiasticorum. Admiralis seu Architalassus Castiliæ singulariter eam venerabatur. Hic ubi à Fuente Rabia, ut antè attigimus, Victor rediret, ad Sor. Joannam misit, cui illa discedenti dixit Vadat Excellentia tua in nomine Domini, bene quidem servivit, sed malè remunerabitur, & sic etiam evenit, prout toti mundo constat: denique ut concludam, habuimus & nos temporibus nostris in Theodidacta atque divinitus illuminata Virgine ista, aliam piam Prophetidem. Debbora quidem Prophetissa olim in veteri testamento sub Palmæ umbra, divino acta Spiritu, salubria dabat consilia. Præstitit id etiam nostra Virgo Sor. Joanna. Tam propinqua erat Prophetica ejus vaticinatio victoriosæ Palmæ palmitibus frondibusque, quam certò ejus oraçula semper victoria, felixque pugna exitus est consecutus atque obtentus.

CAPUT XX.

De singularibus donis, quæ Deus famula sua Joanna in Religioso statu contulit.

Regius Vates David aiebat ad DEUM ore ac linguâ, quæ oculorum

undis ab imo cordis profluentibus rigata fuit: Redde mihi lætitiâ salutariis tui, & Spiritu principali confirma me. ps. 50. D. Aug. sup. ps. 50. inquit duas eum res petere, quæ tamen ita sint unitæ, ut si primum tribuat, alterum utrò sequatur. Equidem indubitatum est, quod vera sanctitas, uti jam dictus D. August. innuit, non in corporalibus delectatione, magno favore, aut intimo dulcedinis gustu consistat, sed in constanti veræ solidæque virtutis exercitio, inque perfecta conformatione humanæ voluntatis cum Divina. Haud tamen minùs etiam verum est eisdem favores DEUM non indulgere nisi amicis suis. Sic inquit Christus discipulis suis Joan. 15. Jam non dicam vos servos, quia servus nescit quid faciat Domus ejus. Vos autè dixi amicos, quia omnia quæcunq; audivi à Patre meo nota feci vobis. Vultu si dicere volet, Vobis tãquam peculiaribus fidisq; amicis mysteria mea patefeci, ita ut ex divino favore Sanctitatis amicorum DEI colligi queat, per quos favores ipsius Majestas heroicum, nobilem, principalemq; suis infundit spiritum, eosque in sua gratia confirmat. Ut igitur spiritus, quem Deus isti sponsæ suæ infudit cognoscatur, velim benevolus Lector singulares gratias favoresq; perpèdat, quos ei ipsius Majestas indulserit, quibus hætenus historia hæc, ceu lætissimis floribus respersa ornataque fuit, & in præsentem Capite de iisdem adhuc agitur. Nemo verò miretur quod DEUS tantâ amoris exuberantiâ ad se benevolum uni miseræ mulieri exhibuerit, Considerentur & inspi-

*sanctitas in
quosita.*

*ex magna
gratiarum
DEI copia
bene sancti-
tas animæ
arguitur.*

inspiciantur modò, quanta hæc ejus famula egit ac pertulit, divinæ Majestatis, summi ejusdem honoris ac gloriæ, nec non salutis multarum animarum gratiâ, tunc perfacilè poterit intelligi, quòd si multum ei tributum sit, multum etiam illam fuisse promeritam, quodque secundum laborum dolorumque mensuram retributionis fuerit modus.

Fons ac redundans usquequaque scatutigo præcellarum ejusmodi gratiarum favorumque erat, nusquam desinens ac peculiaris Christi Servatoris nostri præsentia, quam percipiebat sponsa ejus visione seu intuitu sui intellectus, quod ipsamet sequentibus declarat verbis. Diebus hæc, ait illa, eximiâ societate fruor, vide, licet Christi D. N. Haud ego corpore, talibus eum intueor oculis, neque animæ, neque visione imaginariâ: verùm intueor illum claritate longè majori & de hoc ambigere non possum, claritùs multò limpidiusque me illum cernere, quam lucem meridianam, non quidem quasi nihil corporeo visu aut imaginario aspectu percipiam. Alias porò cum se mihi Dominus visendum dat, video aliquid, aliquando nihil, sed hoc videre certius est altero, animæque mea hujus est veritatis certior, quàm alterius. Anima siquidem, in aliis visionibus semper in timore versatur deceptionis ac fraudis, in hac verò minimè, sed secunda certa que est quisnam ille sit, qui præsens ei adest; est item coram eo erubescens ac pudibunda. DEUS, me custodiat! Quis indicare queat, quid hic anima sentiat?

quid percipiat? Tantum haud prævalet tam tenuis intelligentiæ vis, ac mea est, non quidem quasi id non intelligam, sed quòd effari nequeam. DEUS in sæcula ac sine fine laudetur! Amen. Expertissima hæc Virgo multa his verbis dicit, multò etiam plura in iis, quæ soler innuit, quam iis quæ loquitur, quippe cum ex his omnibus constet, quod visione intellectuali, quæ securior longè certiorque est, quàm corporeus imaginariusve intuitus, nusquam non Christum aspexerit, eaque perceperit gratias, quas uti D. Paul. 2. Corinth. 12. ait, non licet homini loqui, anima verò benè novit ea intellectu comprehendere.

Igitur tamen si sponsa Christi dictarum gratiarum favorumque sublimitatem nõ expresserit, non tamen silentio involvit admodum crebrò sibi eas commisitisse, dum sequentia loquitur, n. 83. Ab aliquanto tempore multò majores percipio dolores ex iis, quæ patior, una cum altissimis contemplationibus, quæ feriâ quintâ seu Jovis die circa horâ sextam vespertinam initiũ sumunt. Præteritâ die Jovis secuta sum ad Cœnaculi sumptuæ cœnæ Aulâ Domini. Notavi probè illic omnia, quæ fiebant, magnoque stupore Christi Servatoris N. demissionem sum contemplantia. Quis etenim non obstupescat, cum intuetur, quod ad pauperum aliquid virorũ, quæ cõdita sunt? Cũ tot Angelorum Choros ante Dominum suũ conspicit genibus insidentes, stupore attonitos ac hærentes, dum illius Majestatem intuentur, stratam ante proditoris Judæ obsecratos pedes? Id cum anima mea istuc vidisset, à fletu me

con-

Modus quo
Joanna
Christi præ-
sentia fru-
batur.

Christi Pa-
ssionis mi-
seriorum
contempla-
tio Joanna
qualis fue-
rit.

„ continere non potui, dum me aspi-
 „ cit, velut alterum Judam, in maliti-
 „ a, abisso tam superbam atque tumi-
 „ dam, perpendoque quam ego eum
 „ frequenter ad mentem ejus perce-
 „ pi, una è paropside cum eo conviva-
 „ ra, quamque pervicax & obstinata
 „ in omnibus meis grandibus pecca-
 „ tis fuerim. O Domine qui sit, quod
 „ cor meum præ dolore non tumpa-
 „ tur, cum pertinaciam meam intu-
 „ eor, quodque Judas semel, ego verò
 „ tam crebrò te vendiderim prodide-
 „ rimq; , tu verò tamdiu me iustinue-
 „ ris. O anima mea, quod præ doloris
 „ vehementia non moteris! Cœpit hic
 „ anima mea præ dolore lacrymis dif-
 „ fluere, veniam exorare, ac Dominus
 „ mei etiam misereri. Brevi post co-
 „ mitabar eum usque ad hortum Oli-
 „ vetanum, ubi tuam orsus est Oratio-
 „ nem. Videbam in ejus contempla-
 „ tione quemadmodum Patrem suum
 „ æternum oraret, meque instrueret,
 „ in oratione non languidè ac oscita-
 „ bundè, sed fervidè & anxie Numen
 „ divinum esse obsecrandum, ut pre-
 „ catio nostra Domino placeat, & nos
 „ petita consequamur. Cùm ad san-
 „ guineum sudorem ventum esset, ig-
 „ nis amoris ab anima mea prorupit,
 „ simulque cum eo igne sudor totius
 „ corporis, sic ut præ angore in terram
 „ conciderem. Tunc levavit me sum-
 „ ma DEI benignitas à terra, animos-
 „ que mihi addidit dicens, Filia, ne de-
 „ feceris Filia, ne defeceris: in tribulati-
 „ onibus namque aut afflictionibus elu-
 „ cescere fortitudo debet. Inde ego ma-
 „ jorem in modum animata fui. Com-
 „ pletâ is oratione consurrexit ad obvi-
 „ andam suis inimicis, meque introitus

edocuit, adeò nobis adversitates tri-
 „ bulationesque fugiendas non esse, ut
 „ etiam, tanquam veris fortibusque mi-
 „ litibus prodeundum sit ad eas gene-
 „ roso animo excipiendas. Inde comita-
 „ tum illum in summi sacerdotis do-
 „ mum, vidique illic jalapam illam, ade-
 „ oque ictum illum leni, ut gena mihi
 „ intumesceret. Hic mihi Dominus il-
 „ lam doctrinam tradit, ut taceam quã-
 „ tumcunque etiam lædar ac laceffat, &
 „ quantalibet adversum me testimonia
 „ aggerantur. Tandem ad flagellatio-
 „ nem devenit. Hic sanè mirum mi-
 „ rorum fuit, cum vidissem Domi-
 „ num plenum vulneribus atque vibri-
 „ cibus sanguinis purpura adopertum:
 „ Revera visum est mihi tunc, nihil un-
 „ quam pulchrius me conspexisse, quip-
 „ pe cui nihil fecissent horroris vulne-
 „ ra, quinimo eam addidissent pulchri-
 „ tudinem, quæ mihi cor abtriperet, e-
 „ jusque me amore totam consumeret.
 „ Ab eo tempore noluissem ego Choro
 „ egredi. Et licet ille sit absconditus, ego
 „ eum tamen, veluti si nò sit absconditus,
 „ intueor magnâ perspicuitate, sumque
 „ semper immersa atque absorpta in as-
 „ pectu illius, multisque meis deliriis
 „ stultiloquiisque ad eum proferendis,
 „ quasi peccata, quæ contra divinam
 „ suam admisi Majestatem, & etiam-
 „ num admitto non sufficerent, sed illis
 „ insuper exiguus iste respectus ac reve-
 „ rentia, quam ei exhibeo super addi de-
 „ beat. Velit id ipse mihi ignoscere.
 „ Haud abs re dici consuevit amorem
 „ audacem esse solere. Sic agitur cum a-
 „ nima mea. Cùm indies gratiæ divinæ
 „ cumulantur, ita ut Domino dicam:
 „ Parcitius Domine; vix me uno favore
 „ beas fruique sinis, & continuo sequã-
 „ tur alii. Optarem tua Majestas id præ-
 „ staret

Adversita-
 tibus obis
 amo etiam
 est eundem

Ch
 spe
 ni
 app

Pa
 JE
 jub
 nan
 M
 rec
 qua
 nif
 disp

staret illis, qui promerentur, nam ego id omnino non mereor. Dominus autem respondit mihi. Non pertinet ad te de hoc judicare, sed cum demissione animi ac propria cognitione gratias, quas tibi confero suscipere:

Ex adductis jam verbis, & confirmilibus aliis, quæ Sor. Joanna alibi scribit, palam fit, quod illa per sæpe, imò indefinenter, divinas perceperit gratias. Nunc eorum aliquas singulatum memorabimus, de reliquis acturi suis locis. Inter favores quibus est donata illa ferè præminet, quam ei JESUS infans concessit. Dum Sor. Joanna Janitricis seu Ostiarie Cœnobij munere fungeretur, quorundamque hominum præstolaretur exitum, quos antè intrò admiserat, videt in portæ vestibulo supra modum venustum 4. aut 5. annorum puellulum; advocat ad se amabilissimè Sor. Joanna parvulum: Veni huc mi pufio, veni, ad quemnam pertines? Respondet puerulus, pertineo ad S. Virginem MARIAM. Sor. Joanna intellexit eum esse unum ex expositis per angiportus & plateas, inventitiisque infantibus, quos in Hispania, nominant à S. MARIA. Unde & majorem ei demonstrabat charitatis affectum, aitque dic mihi, filiole, etiamne recitare nôsti Ave MARIA? Imò, respondet parvulus. Age igitur, inquit Sor. Joanna, recita illud. Tam probè illud ego calleo, ait pufio, ut te etiam docere possim. Volumus videre, an tu id orare nôris, deprime illud semel coram me. Pia Virgo Joanna provolvit in genua, manus jungit dicitque Ave MARIA gratiâ plena Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus &

benedictus fructus ventris tui JESUS. Hic ego sum, inquit parvulus, ac disparet. Istâ gratiâ non minor est ea, quæ sequitur.

Dum Virgo DEO dedita quodam tēpore, in usitata sua precatione versatur, apparet à dextra ejus parte B. V. MARIA cum amantissimo filio suo, qui veluti candidus agnellus à niveis ejus pendebat uberibus. Immerfa fuit humilis Virgo coruscæ radiantique Infantuli pulchritudini pariterq; SS. ejus Matris, Tum Sor. Joanna conspicit manu sibi annuentem atq; ad se accersentem infantulum. At Joanna perinde agebat ac si id non intelligeret, existimans singularem hanc gratiam non ad se, sed ad alium quempiâ pertinere. Id ubi suprema Cœlorum Regina vidit, disertè Sor. Joannam compellat dicens: Ecquid conspicias filia, Filiolum meum te vocantè? Veni huc & vide, quid te habere velit. Mirum sanè perquam singulare! Ad verba hæc necdum eò est ausa accedere Joanna. Verùm demissa hæc fragilitas ita Domino placuit, ut suæ Matris ubera desereret, eaq; illi offerret, ut velut alter Bernar. mellitissimū Divinorū uberum potum sugere posset.

Hæc peculiari gratiâ Sponsa Christi digna effecta est alterius consequendæ, quam sponsa in Cant. Cantic. unicè suspirabat. Ferebatur singulari devotione Sor. Joanna in Nativitatem DEI Filij JESU Christi, atque in hac celebri solennitate aliisq; illam sequentibus, consueverat ejus Majestas illi plurimas conferre gratias. Quadam nocte Natalis D. ingenti tenebatur mysterium istud contemplandi desiderio, dū igitur, præ aliis in choro ha-

Christus
specie pufio-
nis Joannæ.
apparet

Parvulus
JESUS
jubet Joannam
Ave
MARIA
recitare, in
quo se mani-
festat &
disparet.

Iterum ap-
parens ei
JESU-
LUS cum
SS. Matre,
ubera ejus
sugenda ei-
dem cedit.

*Angelus 701
annā per-
ducit in
Bethleē ad
spectandum
illuc Nati-
vitatē Chr.
mysterium.*

grantissimo hoc & stuans desiderio, in DEO collecta esset, perduxit eam S. Angelus ejus Custos in Bethleem, cūque ad optatum sacri ejus loci aditum venissent, ait ei Angelus Tutelaris: mane hic stans, profundāq; demissione accipe omnia quæ hic agentur. Ita fecit Ancilla Christi, dumq; magnā diligentia intendit omnibus, cernit quod unā cum S. Josepho suprema Regina MARIA singulari decore ac venustate ornata introgrediatur. Præse tulit divina Parens eam in vultu gestuque modestiam & compositionem, ut vel nudo ejus aspectu quod vis lasciviā solutum ac perulans cor, ejus amore capi, atque infrunitus cujusq; animus castigari potuisset. Mox ut introgressi fuere, intuebatur S. ac gloriosum Josephum, succensis modicis paleis focum instruere, ad quem Cæli terræque Regina consedit ad ficcanda vestimenta sua. Inter hæc magnā curā occupabantur Angeli in emundando apparandoq; præsepio, in quod summus eorum Rex ac Dominus reclinanduserat. Paullò post videt, quod Excelsissima Regina suos calceos magna cū humilitate deponat, elevatisq; sursum manibus in genua procūbat. Ubi ita in summi Spiritus sui collectione constituta, Salvatorē mundi partu felici edit in auras, absq; pudoris Virginei læsione, perinde ac nitidissima Chrystallus absq; ulla sui violatione, à solis radiis perlustratur ac illuminatur. Ut primūm Christus D. humi fusus apparuit, advolvēre in densæ pluvie modū è Cælo Angeli, qui velut Cælestes aviculæ, concentu Angelico, divinū solem, in primo amœnissimo sui exortu salutavēre. Interea perdurabat Aurora pulcherrima MARIA, semper

*Mirabilis
que-
dam & vi-
va repræ-
sentatio
Nascentis
Christi, ali-
orumque
qua ibi ge-
rebantur
nna; a-*

genibus incumbens, donec in se miraculosum lac persensit, quod ad nutrimentum Filioli sui Cœlitus ei implutum fuerat. Principio igitur demississimā veneratione illum adoravit ut verum DEUM suum. Post hæc, tanquam Mater dilectissimū Filium suum brachiis excepit, suaq; illi Virginea ubera materno amore porrexit. Deim per singulos alios Angelos unus eorum distribuit candidos cereos, suum verò Joanna tradit, cum verò Virgo humilis cunctaretur eum accipere, ait Angelus; ne renitatis eum accipere, oportet instanti nunc processioni ut inter sis, teq; perinde geras ac alij. Ubi igitur cœpta est Cœlestis Processio, antecessere Angeli, eosq; sequuta est Regina Cœlorum una cum sua divina prole in brachiis. Accessere hanc magnificā pompā augustāq; Majestate ad præsepe, in quo Regia Mater Filium suum Regem Cæli ac terræ reposuit, protinusq; omnes ordine Angeli accessere ad adorandum Christū DEUM suum. Admonita etiam fuit Joanna, ut accedat Deumq; suum adoret, cujus quidem rei ingenti ardebat illa desiderio, sed tamen facere id nō audebat, eò quod incitatum amoris desiderium profundæ humilitatis freno retraheretur. Ut verò Ss. Virgo MARIA anxium Sor. Joannæ notavit pavorem, ait illi: Joanna quid astitit? An non vides quemadmodum omnes Angeli DEUM ac Dominū suum adorent, cur tu idem non præstas? Veni, filia, veni, nā is tui cautus est natus. Hisce, ubi sponsa humilis animata fuit, accessit ad adorandum summū cum veneratione Dominum suum, divinosq; ejus pedes est exosculata. Infantulus porro singularem suavissimis ocellis suis

fuis demonstrabat inde lætitiã, cūq; ad pedes ejus Joannã adstaret, brachiola sua propendit, in signum ut sublevertur. Simul ac Sanctis. Mater Filii sui voluntatem cognovit, elevavit divinũ Filiolum suum, tradiditque eum sponsæ illius Joan. intra brachia, quæ totis 4. diebus, divinũ istum thesaurũ ad ubera sua gestavit, dulcissima ei subinde imprimens oscula, miscensq; cum eo colloquia, quæ ignitus illi amor suggererat. Quis enim verò hanc sublimem prorsus gratiam non miretur? Notavere sacræ Cœnobii ejus Asceticiæ quadriduo illò Joannã quasi extra se versari, cernebantque tanto sponsam Christi splendore circumfusam, ut in faciem ejus oculos defigere non possent, quin nimio fulgore cunctis oculi perstringerentur, quod equidẽ in tali rerũ constitutione minimè mirandum. Cũ in monte cum DEO collocutus Moyses fuisset & familiariter ac domesticè egisset, descendit cum collucente radianteq; vultu, ita ut nemo posset in faciem ejus sintẽdere, eò quod facie ejus fulgor omnium mortalium oculos retunderet & fuscaret. Idem prorsus nostræ Sor, Joannæ evenit, quæ spiritũ ejus hæreditaverat; gestabat illa suis brachiis Infantulũ, unde haud mirum fuit quod facies ejus Solis instar colluceret, poteratq; etiã singulare illud lumen, quod in ejus ardebat corde exinde agnosci.

Enarratæ jam huic gratiæ ac favori per similes est alter, quem in die Circumcisionis Christi Sor. Joanna percepit. Cũ die illa in sublimis hujus tenerimiq; mysterij contemplatione immersa esset, perpenderetque quod DEUS pro hominibus, octavo delicatissimæ lætitiæ die, innocentem

suum sanguinem profuderit, intimè sponsa ejus comota, tota corde ac visceribus præ teneritudine colliquescebat. Mox itaq; vagire audit infantulũ, unde famula ejus tantò penitius amoris deliciis difflebat. Miscebat lacrymas suas lacrymis DEI ac summi boni sui, conabaturq; ploratus ejus Sedare. caput tunc mille modis eidẽ ablandiri, & offerre omnia, quæ ingeniosus amor ejus excogitare poterat; utq; is lubentius oblationem suã susciperat, adscivit Joanna in Oratorẽ ac Procuratorẽ jamjam pro nobis effusum rosei ejus sanguinis purpurissimum. Ut igitur S. Virgo MARIA filiam suam Joannam tanto Filij sui amore accensam vidit, intra sponsæ illius brachia posuit infantulum; tum verò Joanna accepto summo thesauro isto, cor eidem suum, vitam animamq; suã offerre cœpit. Omnia tamen hæc ei videbantur exilia ac tenuia, nesciebatq; quid ageret, eratq; tota extra se, quippe cui ingens bonæ voluntatis incendium, mentem veluti vaporibus obnubilârat.

Hicce tantis Domini ac SS. Matris ejus favoribus, indultaq; sibi facultate fiebat spõsa Christi paullatim animosior, ad novas gratias postulãdas, quod ad hũc gestũ est modũ. Cum illa quodam tempore in contemplanda Christi fuga in Ægyptum moraretur, conspicit Angelorum Reginam Afello infidentem, brachiis Filiolum suum gestantem. Antecedebat S. Joseph, ducebatq; Asinum freno. Sequebatur corde suo sponsa D. pulcherrimã hanc Triadẽ, quæ imago figuraq; erat in terris S. Trinitatis in Cœlis. Cũ verò jã tempus adesset, ut suprẽma omnium regina jumento descenderet, atq; ita Fi-

Totis 4. diebus infantem Christum gestat Joanna, atque exinde miro faciei splendore coruscet.

Item in eius circumcissione eã contigit.

liolum suū alteri gestandū dare deberet, Orabat humili candore Joanna Matrē Regiam complacere dū interea Ipsa descendit, divinū infantulum sibi tradere, pollicita eum se, ceu summum thesaurum suum, interim brachiorum complexu Servaturam. Ad hanc petitionē convertit Regina Cælorum pulcherrimum suum vultum, quem summa cum voluptate intuentur Angeli, ad Joannā, eandemq; amantissimē intuita, renidētī ore in ulnas Christi sponsæ Joannæ Filiolum suum reposuit. Porro Infantulus collum Joannæ brachiolis suis circūplexus, Joannæ suæ blandiebatur amantissimē, plenamq; ex assē cordis animæq; illius possessionē adiit. Inter hæc Claustrale conveniendi Monialibus dabatur signum: tumq; obediens Virgo DEUM suum deseruit, quò sic nimirum divinum adimpleret beneplacitum. Dereliquit illa lætam sponsi sui fruitionem, ut sit ei morem gereret. Enarrat id ipsa „ hisce verbis. Interea me obedientia „ evocârat. Nā solius pretiosi hujus „ thesauri gratiâ, potest tantum bonum relinquī.

Tametsi gratiæ illæ quas divinus ei contulit infantulus tam raræ amabilesque fuerint, majores tamen fuere quas ab eo in perfecta viri ætate sponsæ ejus est consecuta. Cū aliquando Joanna Cellam suam intrare vellet, malignus dæmon in apri specie valvâ ostiī impetu clausit, dumque illa præ pavore passum unum retrocessisset, audit plenam affectus vocem sibi dicentē. Ingredere filia nam hic ego sum. Tum Joanna sine obstaculo januam aperit ipsoque in limine atque aditu Christus D. ei sit obvius, qui eam est amicissimē amplexatus, per-

manitque anima illius plena solatii ac intimæ lætitiæ.

Aliâ quadā vice Sor. Joanna gressus figere promovereque non poterat, sed à duabus Monialibus in Cellam ductabatur. Ut ergo ad parvam quandam scalam devenire, quæ ab ambitu Claustrī in superiora ducit, jam tum Joanna usque ad eò delassata fuerat, ut impossibile ei esset tursum ascendere. Ibi Christus D. in capite scalæ appatens, veni ad me, inquit, sponsa mea, amica mea, electa mea: & ecce illa curriculo quasi, aut potius volatu uno ad divinum sponsum suum delata fuit, sicut continuò ambo amantes mutuò se complecterentur.

Dum aliquando Sor. Joanna nocturno tempore per soluto Matutino Officio in Choro remanet, audivere aliquæ sorores quæ in eodem Odeo suæ devotioni vacabant, suavem supra modum vocem ad sequentem modum loquentem. Joanna descendit huc; responditque Sor. Joanna: Jam venio Domine. Descenditque à superiore Choro ad inferiorem perinde ac si volâset, jam dictæ verò Sorores eam sequebantur, atque ubi ad devotissimam Christi Cruci affixi effigiem pervenerunt, Sor. Joannam, cititer ulnas ab humo elevatam Crucifixoque Servatoti implexam conspiciunt. Refixerat à Cruce manum suam dexteram illius Majestatis, brachioque collum hujus stingens os ejus ad SS. sui lateris vulnus apprimebat, atque hoc perquam devoto situ ac forma longo tempore in mentis excessu perduravit.

Idem prorsus alio tempore cum Crucifixo loci Capitularis evenit, siquidē cum semel ante eum in oratione pro-

DEUS
propter De-
um relin-
quendus
maximè e-
vocante O-
bedientiâ

Christus
varie Jo-
annam ad
se invenit
& delatū
suis passus

Christus
se Joannam
evocavit
& vulnere
lateris ap-
primit.

alio tem-
pore ab un-
a Crucifixo
clavo per-
det.

prostrata esset Joanna, mente abrepta fuit, duobusq; à terra cubitis exaltata, ex uno Christi Crucifixi clavo hæsit pendula. Cum aliquando sponsa D. Sacrum audiret, anima ejus divino exarsit amore, colliquebatque & consumebatur cor ejus flagrantissimo desiderio Sponsi dilecto que suo perfruenti, Stribunda cupiditati ejus velificare constituit Dominus. Traxit igitur eam ad se applicans os ejus Sanctissimo vulneri lateris sui. Bibit ergo Sor. Joanna ex hoc fonte vitæ cum summa voluptate ac dulcedine animæ suæ, perindeque inebriata fuit ac Sponsa in Cant. Cantic. quam introduxit Dominus in Cellam vinariam, eamque illic pretiosissimo suæ charitatis vino potavit.

Ubi candida hæc Columba sic inebriata fuit, nullam usquam invenit requiem, nisi in solo latere Sponsi sui, currebatque cum prælata Sponsa in odorem unguentorum ejus. Dum Sor. Joanna aliquando in contemplatione Passionis ejus occuparetur, apparuit illi ejus Majestas in aliena tectaque specie, verum Sponsa ejus agnovit Sponsum suum ex operationibus, quas percipiebat anima ejus, dixitque illi. Quorsum seruit hæc aliena simulataque persona, Sponse mi amantissime? Quinam tua magnitudo se potest occultare, aut altitudo abscondi? Retegat se Divina Majestas tua licet, apprime ego eam novi. Ad hæc Dominus agnosci se fecit, monstravitque Sponsæ suæ suum latus, ex quo fluminis instar usque adeo delectabilis, vehemensque odoris prodibat fragrantia, ut Joanna exinde tota inundata extra se fieret. Cumque tota anima ejus à Divino odore isto occu-

pata esset, ipsum pariter corpus particeps illius evadebat, ita ut per dies illos tam suavem ex se odorem diffunderet, ut Monasterium illud totum in Cœlestem quandam Paradysum transiisse videretur. Odorem hunc Sacræ Virgines probè observavere, uti & quod per id tempus Ancilla D. quasi à sensibus alienata degeret. Interrogabantque eam. Quidnam habes Mater? videris quasi extra te sensusque versati. Ad quod Sponsa D. humili sapientiâ responsum dedit. Quid queritis? Miserum ego ac vile sum animal, appareoque quod sum. Hoc pallio solerti que humilitate contegebat Joanna Regis sui secreta & gratias, quarum tantus erat numerus, ut illa ipsa n. 276. asserat dicatque: Nullus foret finis, si gratias quas mihi Dominus contulit, & adhuc dum confert, sicut & institutiones ac præcepta quæ ab eo mihi dantur, enarrare velim. Similiter quoque amicissimam consuetudinem, ac conversationem quâ mecum utitur mecumque uti amicus cum amico agit. Placet nunc materiam istam singulari quadam Divinâ gratia, faventissimâque benevolentia significatione coronare & concludere.

Initium suum capit hæc gratia vespere D. Laurentii Anno 1645. Cum videlicet Joanna in meditatione amarissimæ Passionis Christi ante quandam Crucifixum astaret. Visus istic ei est Dominus in miseranda per omnem modum, cruenta vulnerataque undique specie; erat eo aspectu amariis hujus Virginis cor præ intimo sensu doloris, adeo laucium ac debile, ut periculum esset ne animam efflaret. Cum igitur commiseratione

Itemque
latere ejus
Cœlestes
delicias fugit.

Itemque
Cœlestes
odores, ita
ut corpus
ejus & Mo-
nasterium
inde totum
isdem re-
pleretur.

tangeretur Dominus videndo Sponsam suam mortis doloribus propè oppressam, assumit gloriosam speciem, quam olim in monte Thabor exhibuit, prodibatque quovis è vulnere tam coruscum jubar, ut eo spectaculo ancilla ejus tota abriperetur, ejusdemque cruciatus in liquidissimum gaudium ac lætitiã verterentur. Concesserat subinde Dominus in hortulum, qui Choro inferiore est aditus, amans porrò Sponsa illius sequebatur eum. Ut ergo ambo eò devenire conflitari propemodum Joanna cum morte cœpit ac mundo valedicere, inclamavitque altâ voce. Vale munda, vale terra, valete omnes DEI nutu conditæ Creaturæ; ego ad Creatorem abeo. Hæc dum eloquitur uti alter Paulus, in Cœlum raptur. Fruebatur Sponsa Christi in hæc cœli, sicut & læpius deinceps castissimis Divinarum deliciarum voluptatibus, quæ omnem intellectûs humani vim excedunt. Avebat eâ de re Confessor ejus certion fieri. Quæsit idcirco ex Joanna: Mater, an non mihi expromere lubet, quomodo deliciæ illæ, quas tibi DEUS indulget, se habeant? Pater, reponit ad hæc, Joanna, quod ex me quæris nullo equidem humano eloquio efferi potest. Solùm hoc dicere queo, quod tali durante gratiâ suavissimâ mihi voce loquatur DEUS dicatque, fruite nunc in transitu eo, quod tibi nunc appono. Donec vis, plus tibi exhibere non valeo.

postmodum longè id affluentiùs futurum est. Sciscitatur adhuc ex ea Confessarius: Quando gratia ista tibi indulgetur, ubinam tunc es? Verfor tunc inquit Joanna in Cœlo, nescio tamen an in corpore, an extra corpus ibi sum. Anima mea tunc in tam suavi est quiete, atque ita absorpta in vastissimo suavitatis ac dulcedinis cœcano, ut hæc neque exponi verbis neque imaginatione comprehendi queant. Existimat Confessarius, filiam suam Joannam in sublimissimo isto raptu, Divinam Essentiam per transennam, ac velut in transitu conspexisse. Ego verò eam mihi non sumo audaciam ut opinioni ejus suffrager, singularis quippe prærogativa hæc nemini Sanctorum absque contradictione adjudicari potest, nisi fortè uni solique Sanctissimæ Virgini MARIE. Fortè tunc Sponsæ suæ DEUS stillam gloriæ suæ, ut olim in Monte Thaboræ indulsit. Sed jam longiùs per librum hunc 4. expatiari calamum nostrum nolumus. Præscribimus idcirco diversas alias gratias Divinosque favores, qui huic Sponsæ ejus obrigerunt, quò nimirum confecto libro isto, gradum ad sequentem faciamus, in quo breviter continentur nobilissimæ Sor. Joannæ virtutes, quarum heroicæ exercitationes ac praxes, idoneam eam dignamque reddidere, ad eas gratias ac favores de manu Altissimi percipiendas.

An in et
rapta Di-
vinam es-
sentiam vi-
derit Joan-
na.

LIBRI QUARTI FINIS.

LIBER



LIBER QUINTUS

DE PRÆSTANTISSIMIS VIRTU-
TIBVS VENERABILIS VIRGINIS.

SOR. JOANNÆ

à JESU MARIA in statu Religioso.

CAPIT I.

*Omnes in Virgine Sor. Joannæ florere
virtutes, velut in amœnissimo
horto flores.*

Ecce odor filii mei sicut odor agri
pleni, cui benedixit Dominus:
ita agebat Patriarcha Isaac. *Gen.*
29. cum filio suo Jacob beneprecare-
tur. Inpuitur odore isto odor virtu-
tum; potestque vaticinium illud nos-
træ Venerabili Virgini Sor. Joannæ
à JESU MARIA. percommode
aptari, prout & ipse Sponsus ejus re-
gium odorem nobilissimarum ejus
virtutum, florido amœnoque horto
comparavit. Recenset istud Sor. Jo-
anna sequentibus verbis. Dum ego
diebus hisce, inquit illa, Majesta-
tem Divinam in Sacra communionem
percepissem, comperi, quod ani-
ma mea hortus esset, in quo multi
creverunt flores. Spectabam ab am-

*Joanna a-
nima est in-
star horti
floribus re-
feris.*

biente circum sepimento, quod
Dominus intra eum hortum spatia-
retur, herbasque legeret, quæ inter
arbuscula enatæ fuere. Indicatum est
mihî flores istos virtutes meas esse.
Nescio sanè quo id pacto credam
cum nullo omnino in me signum
virtutis videam, quod equidem
summo me doloris sensu afficit,
dum considero, quod in devexa
jam ætate mea, tanti pretii thesau-
rum, qualis virtutum est, haudqua-
quam coacervarim, quod profecto
ingens est malum. Hucusque loqui-
tur Sponsa Christi Joanna. Dum ita-
que dicit nescire se, qui credibile id si-
bi visum esse queat, rem tanto fide
dignorem ejus nobis præstat humi-
litas. Summa, anima ejus est instar
fertilem agri, Cœlestibus influentiis in
floridum hortum conversi, in quo
Cœlestis Hortulanus manu suâ uni-
versas conlevisit virtutes, quod nimi-
tum est gratissimo eorum odore sua
Majestas

*Labore ac
industria
opus est ad
colendum
animæ hor-
tum.*

Majestas voluptatem caperet. Et qui-
dem indubium est, vario ac multipli-
ci labore ac molestia Sor. Joannæ
constituisse, ut hortum illum custodi-
ret, operaretur, ac excoleret, siqui-
dem uti D. Bernard. de vita solit. ad
Fratr. de Mont. DEI agnoscit, à ma-
ledictione illa, quæ super protopa-
rentem nostrum Adamum venit, ter-
ra naturæ nostræ nullos fructus flo-
resque profert gratiæ, nisi labore at-
que conatu virium animi ac corpo-
ris, necessariæque culturâ & præpa-
ratione. Ut ergo Sponsa Domini ter-
ram suam tantò aptius excolere ferti-
lemque redderet, variis eam DEUS
disciplinarum præceptis erudit, uti
propriis ejusdemmet verbis declara-
bimus.

„Cum ego, inquit illa, pro dilata-
„tione Ecclesiæ suæ precarer Domi-
„num, sequentia verba percepi. Fi-
„lia, sanè opere pretium est, pro ne-
„cessitatibus Ecclesiæ magno ardore
„precari, siquidem non modicâ Ec-
„clesia mea nunc premitur necessita-
„te. Reperiuntur in ea qui nudo tan-
„tùm nomine Christiani audiunt,
„siquæ quàm maximè, qui mecum
„tenere deberent, ac servi mei esse,
„maximi etiam sunt adversarii mei,
„dum sua duntaxat lucra venantur,
„minimè verò gloriam honorem-
„que meum attendunt. Veritatem
„nudè, apertè, citraque ambages non
„proferunt, quippe qui longè ampliùs
„metuunt gratiæ favorisque homi-
„num, quàm mei jacturam facere.
„Quàm crebrò infructuosa peragi-
„tur Confessio, eò quòd Conscien-
„tiarum arbitri clarè & explicatè fi-
„liis Confessionis ad cor non lo-

*Christi D.
querela de
malis Con-
fessariis &
Religiosis.*

quantur, hoc equidem meritò plan-
gendum est: plange illud, filia mea.
Religiosi pariter nunc pro suo vi-
vunt libitu, perinde atque sæcula-
res. Penſi nullius habent humilita-
tem Benedicti, zelum Dominici,
paupertatem Francisci, aliorumque
Sanctorum virtutes. Tu verò filia
mea, in exemplar tibi eos statue;
solicite cura te germanam Francisci
& Claræ filiam exhibere, qui mei
charissimi sunt filii. Adimple tu vin-
culo obstrictæ Religiosæ obligatio-
nem. Virtutum sequere vestigia spi-
ritalis Patris tui ac Matris, prout
Religiosam addecer filiam. Mun-
dum totum sperne ex animo, desi-
deraque & ipsa sperni. Sic etenim
constitutam esse oportet, quæ à me
amari æstimarique cupit. Stude
cum primis Evangelicæ paupertati,
quandoquidem in mundo non co-
gnoscitur ignoraturque quid hoc sit,
verè pauperem esse. Qui habet,
quod necessè est, verus pauper non
est; sed is, cui etiam necessaria de-
sunt. O verè beata paupertas! Hanc
opimas ego reputo divitias. Conji-
ce oculos tuos in me; in me habes,
quidquid optare potest, ut sis ea
qualem te esse convenit. Quis est,
qui si in personæ meæ considera-
tione paupertatem meam contem-
pletur, non illicò igniculum amoris
erga paupertatem concipiat? Qui
non similiter satagat thesauros in
Cælo colligere, omnesque terra-
rum divitias contemnere? O filia
mea! Cum tu me, ut vera Sponsa
sectari egestatem. Reminiscere te-
nellæ ætatis tuæ, in qua semper à me
expe-

*Item qua
admiranda
virtutum
exercenda-
rum Joan-
na data in-
structio.*

„ expetiisti, ut te tuosque Parentes omnes culpasque expiant, meâ ta-
 „ ad inopiam redigerem, vidisti etiam men gratiâ & amicitia perfruuntur.
 „ omne id, juxta votum tuum effe- Exerce te perquam studiosè in cha-
 „ ctum esse. Agedum voto isti solido ritate, mansuetudine, temperantia,
 „ etiam conatu responde. Delector & abnegatione tui. Cara sollicitè ut
 „ ego impensè pauperibus spiritu, in animâ tuâ penetralibus cum sen-
 „ quoniam ipsorum est Regnum Cœ- sibus potentiisque tuis intimè sis
 „ lorum. *Matth. 5.* Cum ærumnâ te collecta, semperque attende diligen-
 „ quapiam calamitateq; premi vides, ter, quid ego loquar ad te, ut id om-
 „ cogita nre tunc esse tecum, quo- ni studio adimpleas. In Oratione
 „ iniam in corde contrito & angustia- quoque oportet, ut diligenter ac fer-
 „ to sedes mihi domicilium quæ est, dè sis attenda: orandumque tibi se-
 „ cum ipso sum in tribulatione. Quid riò, & cum intima tuâ vilitatis ac
 „ timeas, dum ego tibi adsum? Con- indignitatis cognitione, hoc etenim
 „ fide in me; nusquam ego tibi dee- pacto postulata consequeris. Cogi-
 „ ro. Jam dudum tibi me tradidi, tu ta te Civem esse Cœlestis Hieroso-
 „ mea es, & mea manebis. Ama si- lymæ, Civitatis gaudii & pacis. Non
 „ lentium cum primis ac solitudinem; te fugit meam te, meque tuum esse,
 „ hic namque locus est, quò meos ego quodque ego me tibi desponderim,
 „ duco, & loquor in corda eorum, & tametsi ego verus tuus Rex sim
 „ Prælati tuis spiritualibusque Præsi- ac Dominus, indignitatem tamen
 „ dibus, qui meas gerunt vices, exa- tuam haud attenderim; facigitur
 „ mussum fac obtemperes. In moribus vicem ardenti amatori Sponsoque
 „ omni que gestu nunquam non mô- tuo rependas, qui ex nihilo te adeò
 „ desta esto, composita & mortifica- altè extulit, ut Sponsa ejus fieres.
 „ ta, in aspectu gravis atque humilis Pædagogos ac Præceptores tibi se-
 „ depressis in humum oculis, parca cundum SS. Matrem meam con-
 „ & considerata in verbis. Inter mul- stitui Angelos superosque Cœli
 „ tos pauca loquere, nec unquam indigetes, ut collatâ simul operâ te
 „ quidquam exaggera aut in majus instituant doceantque. Assumas er-
 „ attolle; sed brevi potius ac succin- go tibi; licet, ex ea quam quisque
 „ cto sermone utere, quàm prolixâ illorum possederat virtutum bono-
 „ & superfluâ locutione. Nullus labia rumque copia. Hæc & alia plura
 „ tua risus infideat; si quando viden- dicta audiivi à Domino, adeoque in
 „ dum fuerit, magnâ parsimoniâ id usum jam vertit Majestas ipsius lo-
 „ agendum erit. Alienis ærumnis ad- qui ad animam meam, atque hujus-
 „ versisque ex animo compatere, plus cæmodi gravissimo nixa fundamen-
 „ quàm tuis. Amaris deplora lacrymis to verba profari, quæ ex ore ejus
 „ scelera Orbis terrarum, quando- Sacrosancto procedunt, ut colorem
 „ quidem ea in me committuntur. non teneam, sed tota rubore suffun-
 „ Age multa perferque pro animabus dar, quòd Majestas ejus dignetur,
 „ Purgatorii, quæ quidem illic nævos cum vili hac & simplici, tam amicâ

„consuetudine uti. Dicit ille mihi, ut
 „conversatio mea sit in Cœlis, ei quip-
 „pe qui cum Angelis agit, minimè
 „cum hominibus agendum est, nisi
 „cum solis spiritalibus Præsidiis.

*Summū fe-
 re gradum
 in quavis
 virtute at-
 tigit Joan-
 na.*

Talibus disciplinis ac præceptio-
 nibus Divini sui Magistri, docilis
 oppidò Discipula Sor. Joanna à JE-
 SU MARIA, interiorem animæ sta-
 tum in tam excellentem redegit ordi-
 nem, ut virtutum ardua in supremo
 propè apice graduque sit assecuta, vi-
 debaturque anima ejus non delicio-
 sus tantùm hortus, sed Regina etiam
 quædam esse, & quidem talis, qua-
 lem David *Psal.* 44. à dextris Altissi-
 mi est intuitus, in vestita deaurato
 circumamictam virtutum varietate.
 Indicavit hoc ipsum illi D. DEUS,
 quod Joanna refert sequentibus ver-
 „bis, n. 177. In festo dulcissimi No-
 „minis JESU, persoluto Divini Of-
 „ficii penso, remansi ego in Choro
 „sola, neque sat scio quid tunc ege-
 „rim, illicque momento uno me in
 „Cœlo vidi, ubi folium DEI mihi
 „monstratum fuit; cumque vellem
 „ipsa, non intuebar id, quod ipse
 „mihi Majestas ostendebat, cum ve-
 „rò minimè intenderem, tunc vidi,
 „quòd is mihi animam meam chry-
 „stallo qualibet repræsenteret clario-
 „rem. Ostendebat similiter mihi
 „animas, quæ gratiâ ejus erant desti-
 „tutæ, quod sanè deplorandum est.
 „Intuebar meam, quòd esset consti-
 „tuta, velut cum solis radii in candi-
 „dam valde nubem incurrunt, eam-
 „que perquam venustam & fulgen-
 „tem reddunt. Brevi pòst spatiabatur
 „mecum Christus D. per Cœlestem
 „istam Civitatem, quæ summè Crea-

*Cuin-
 tem anima
 sua repræ-
 sentat Deus.*

turis rationalibus est expetenda.
 Mox verò comitem se mihi præbe-
 bat Sanctissima Virgo MARIA,
 quæ ut Sanctissimam suam benedi-
 ctionem mihi largita fuit, me so-
 lam reliquit, egoque multum eru-
 bescens ab hac gratia redii.

Ab ea die DEUS pulchritudinem
 animæ Sponsæ suæ ob oculos posuit,
 cernebatque animam suam usque ad-
 eò claram, puram, atque candidam,
 ut in comparatione ejus nix atra, sol-
 que obscurus videretur, conspicie-
 batque eandem veluti variis vividis
 & pulcherrimis coloribus perpictam.
 Ad hæc insinuabatur ei, quòd hæc
 universæ virtutes essent, quæ per-
 venusto ordine, ac invicem conser-
 tione in animâ ejus elucerent, erat-
 que quarundam virtutum fulgor aliis
 radiantior, efficiebatque ut fundus
 ac splendor cæterarum tantò diluci-
 diùs foras emicare posset. Tali ratio-
 ne subvolabat Virginea Sponsa no-
 stra ceu Generosa Aquila altiùs atque
 altiùs de virtute in virtutem gradu fa-
 cto, renovans etiam omni tempore
 & cumulans sanctitatem suam, quæ
 juxta Sancti Tridentini Concilii do-
 ctrinam, bonis duntaxat operibus
 adaugetur. *Concil. Trident. Sess. 6.
 c. 10.* Siquidem vera animæ perfe-
 ctio, non in apparitionibus, extasi-
 bus, visionibusve consistit, sed in
 constanti virtutum augmento, quæ
 suavissimo inter se connubio ne-
 ctuntur, quarum mutuo ex consen-
 su sonus editur, qui indigeratur pax
 animæ, & in hac pace humana mens
 animusque quietem suam invenit.

Quòd verò nunc memorata perfe-
 ctio tantò commodiùs attingitur,
 &

*Pulchritudinem
 animæ Sponsæ suæ
 ob oculos posuit,
 cernebatque animam
 suam usque ad eò
 claram, puram, atque
 candidam, ut in
 comparatione ejus
 nix atra, solque
 obscurus videretur,
 conspiciebatque
 eandem veluti
 variis vividis
 & pulcherrimis
 coloribus perpictam.*

*F
 C
 m
 ac
 sen
 gie
 illi
 fig*

Et unusquilibet magno suo bono se-
 ipsum naturæque transcendat pro-
 pensiones, hujus Venerabilis Vir-
 ginis virtutes pro speculo servire
 cunctis mortalibus eisdemque pluri-
 mum prodesse poterunt, speciatim
 tamen sacratis DEO Virginibus,
 quæ Christo JESU desponsæ, post
 emensum longum in Religione an-
 norum curriculum, nihil Religio-
 sarum habent, nisi Cappam seu
 Cœnobiticam vestem. Inducant hæc
 velim in animum, matureque ac stu-
 diosè expendant illud, quod Euseb.
 Emislen. *hom. 9. ad Mon.* ait, vide-
 licet, quod gloriosum quidem sit
 opus Religiosam assumere vitam, va-
 nitatibusque sæculi nuncium remitte-
 re. Porro, nullo ejus respectu de-
 inceps in Cœnobio improbè aut im-
 perfecte vivere, signum sit æternæ
 damnationis. Universis ejuscemodi
 Monialibus exemplo esse, atque ad
 sinceram conversionem deservire po-
 test ficulnea illa Evangelica maledi-
 cto perstricta *Marc. 11. v. 11.* Venerat
 quodam manè ad illum Christus, ex-
 teriore specie illam reperit mirè de-
 coram expansis latè frondibus, viren-
 tibusque foliis vernantem. Quærebat
 Dominus an etiam ficus ferret: ut ve-
 rò nullam reperit, seriò infelici illi ar-
 bori maledixit. Hic Hugo Card.
 magnum inquit reperio mysterium.
 Ficulnea hæc, quæ sacro in loco sata
 sitaque erat, plantata in hæreditate
 templi, imago ac figura fuit Religio-
 si statûs, cum videlicet quispiam è
 sæculo extractus, in amœnum Re-
 ligionis hortum transplantatur. In-
 quirat tum DEUS an arbor illa dig-
 nos pœnitentiæ, virtutum ac sancti-

Ficulnea à
 Christo
 maledicta
 ac mox are-
 sens Reli-
 giosos in sen-
 tuosos de-
 signat.

monia protulerit fructus, ubi verò ni-
 hil horum, sed sola duntaxat folia, quæ
 sunt arboris vestis invenit, maledicto
 eandem sua Majestas ferit. Merita
 sanè hæc Religiosæ personæ est pœna,
 quæ ad exercendum se in operibus
 bonis, multiplici auxilio DEI gratia-
 que assistentiâ malè utitur. Quid,
 oro, cogitat Sacra Virgo, quæ in Re-
 ligioso statu nihil profert, præter fo-
 liacea opera, sine ullo virtutum fru-
 ctu? Quod nam exercitationis ge-
 nus illi est? Putat fortasse illa, secu-
 ram se Cœlo, solo Sponsæ JESU
 Christi nomine reddi, cum tamen
 tam arctæ obligationi, non sine in-
 signi perfidia haudquaquam respon-
 deat? Redeat, amabo, ad se, prius
 quam Dominus maledictum in tor-
 pore ignaviamque ejus intorqueat,
 eamque tanquam arentem frugis nul-
 lius stipitem igni æternum arsituro ad-
 dicat. In hac Venerabili Sanctimo-
 niali, exemplum nobile reperiet, quæ
 pulchrum istum animæ suæ hortum
 tantâ sedulitate curavit, ut revulsis
 omnibus malè natis pravorum affe-
 ctuum loliis, virtutibus cunctis exi-
 miè floruerit. Agemus præsentis li-
 bro, de præcipuis quibusdam illius
 virtutibus, magnamque eo pacto vi-
 tæ illius partem recensebimus, quæ
 exinde intellectus noster recrea-
 tur, voluntas verò ceu sti-
 mulo excitetur.

* *



CAPUT II.

*De viva fide Sor. Joannæ à JESU
MARIA: quoque illa p[ar]te eiusdem
primarios precipuosque articulos
procul distos infideles edo-
cuerit.*

Fides est substantia sperandarum re-
rum certumque argumentum non
apparentium. *ad Hebr. c. 11. v. 1.* Por-
ta beatitudinis, basis ac fundamentum
Religiøsæ vitæ. Attamen sine operi-
bus fides mortua est, perinde atque
corpus absque anima. Ut verò vitam
habeat fides, charitas eam animet ne-
cesse est, quippe quæ est velut anima,
dans fidei vitam. Ita nos edocuit Di-
vinus Magister noster, dum Discipulū
suum D. Petrum *Joan. 21.* ter percon-
tatur etiamne se amet. Trinā is vice fi-
vit eum confiteri quòd se amet, velu-
ti DEUM Salvatorem suum, eò quòd
trinā quoque vice S. Petrus eum ne-
gārit, terque in fide aberrārit; quò
nimitum pro quolibet errore fidei,
heroicum dilectionis actum repone-
ret, ad instruendum nos per hoc,
quòd virtus Charitatis anima sit fidei,
quæ fidem vivam veramque efficit:
Ex qua causa fides Virginis Sor. Jo-
annæ tam viva fuit. Nunquam non
illa deflagrabat amore DEI sui, atque
ignis iste charitatis, qui in ejus volun-
tate arsit, totum fidei animabat lu-
men, quod in ejus lucebat intellectu.
Jam diximus antè de supernaturali
lumine, quod illi D. DEUS de fi-
dei mysteriis infudit, uti & de con-
stantia ejus in iisdem asserendis, cum
immobili decreto animi, pro quoli-
bet eorum vitam ponendi, mortis-

que torturas ac dolores, si necesse sit,
multoties perpetiendi. Ad hæc SS. *Quam et
va in Joan-
na fuerit fi-
des, de ca-
jus etiam
constantia
secura red-
ditur à D.
V. M.A.
R.I.A.*
Virgo MARIA constantiæ ejus se-
curam eam reddidit, quæ quodam
sua Assumptionis die illi apparuit,
hæcque ad Joannam verba protulit,
Filia, in mei nomine Filii, eam tibi
gratiam confero, quā semper con-
stantissima in Catholica fide perse-
veres, quā in te ne punctum unum de-
sideratura es, quantumcunque tribu-
lationibus, cruciatibus, tentationibus
que agiteris. Imò quò magis à Dæ-
mone impugnaberis, tantò in te fi-
des augetur magis ac roborabitur,
cum perseverante veritate omnium
mysteriorum beneficiorumque DEI
Filii mei, ejusdemque Ecclesiæ. Pro-
missum illud Regiæ Parentis dilecti-
simus Filius ejus non solum adimple-
vit, sed singulari etiam quādam præ-
rogativā quasi coronavit, uti id ipsum
famula ejus ad sequentem modum
innuit. Rogabam, ait illa, n. 49. Di-
vinam Majestatem velit nobis vi-
vam donare fidem, quoniam alio-
quin fides nostra esset mortua. Tum
que Dominus denuò animam
meam Divinā fide induit, quæ adeò
viva grandisque erat, uti cor meum
in ejusdem lumine consumptum iri
videretur. Totis istud tribus diebus
in me duravit, ac deinceps ab eo tē-
pore tantopere mihi fidei nostræ
mysteria, Redemptionisque arcana
mansere impressa, ac si præsens ipsa
eis adessem. Ex hac interiore gratia,
quam in hac virtute Numen Cæle-
ste Sor. Joannæ contulit, enascebatur
ceu è fecunda radice pervigil ac
nusquam intercidens cura & stu-
dium exorandi DEI pro dilatazione
ejusdem

*Fides qua
viva.*

R III
36

*Cur Chri-
stus D. S.
Petrum ter
interrogā-
vit an se
amaret?*

ejusdem fidei, pullulabatq; ex eadem radice vivacissimus penitissimusque sensus ac dolor immentus persecutorum Ecclesiæ Catholicæ, ejusque hostium immanitatis causâ, uti acerbissimæ illæ lacrymæ, quibus Christianorum lugebat scelera, cum ingenti illo Zelo semetipsum in piamentum cruentamque hostiam, cum intolerandis cruciatibus, pro eis immolandi. Exurgebat pariter ex illa fidei illius gratia heroica ejus fortitudo & infracta vis animi, DEO ipsi Omnipotenti ad protegendum Orbem terrarum in brachia involandi, æquæ ac ex æquo respondens ingens ardor ac desiderium, per Martyrij supplicia sanguinis pro fidei assertione profundendi. Nobis porro id non solum admirandum venit, sed meritò pavendum est, ò quod mores nostri ac vitæ ratio, cum fide vitæque Venerabilis hujusce Virginis minimè concorder. Habemus quidem pro fundamento fidei nostræ doctrinæ ac præcepta Christi D. pro motivo ac stimulo ejusdem tenendæ fidei sunt nobis magnifica & gloriosa Catholica Religionis miracula, ad hæc pluribus votis aliisque diversis obligationem nominibus, ad sectandam perfectionem Christianâ obstringimur. Quod verò hisce non obstantibus tam inconsideratè vitam traducimus, sanè ingenti nos istud pavore ac tremore concutiat necesse est. Qui igitur tanto in discrimine non metuit, profectò non ille pro impavido fortique vito, sed stolido ac vacordi homine habendus est. Nescio equidem, quæ fides nostra habeat, cum videam quonam modo vivamus, Credere, ut Christiana-

num, & vivere tamen ut Ethnicum aut hæreticum, an non hoc, obsecro, ingens est malum? Deplorandum est meritò, inquit Cyprianus, quod in tam perspicuo, fidei gratiæque lumine, in tam variis Cœlestium benedictionum influxibus, nihilo lecius non desint malè õminatæ ac infelices nocturæ, quæ cum solis radiis oculos præcluserint solè se obscurâsse arbitrantur. Non sic egit hæc sponsa Christi, hæc mascula Virgo, hæc lucida Ecclesiæ fax, quæ operibus incensæ intus Charitatis fidei suæ lampadi tantum splendoris addidit, suumque inde intellectum sic illustravit, ut fidei sacrosanctæ jubar toto Orbe sparserit, multosque eadem luce in longissimè distitis regionibus infideles Barbaros illuminâvit.

Frequens admodum Sor. Joanna, conspectissimò DEI miraculò in Provinciis Regnisque Imperii Ottomanici fuit. Fuit pariter in Brasilia, Philippinis Insulis, in Regione Amazonum, aliisque toto Cœlo à nobis distantibus terris. In hisce omnibus terrarum regionibus Christi fidem Ancilla D. prædicavit. Gestabat manibus miraculosam Christi D. faciem, de qua sup. egimus. Ab hac facie tot prodibant radij, ut eo convicti lumine, Gentiles Barbari vociferarentur & dicerent. Si DEUS ille, quem tu nobis prædicas, tam pulcher est, atque hic quem nobis monstras, tunc nos Christiani esse volumus. sublatoq; ingenti clamore, unanimi voce sacrosantum Baptisma expetebant. Sic generosa Herois nostra Joanna circumagrabat vexillum fidei in

Viva fides quid in Jo-anna operabatur.

Opera fidei ni respondeant merito curvis Christiano pavendum.

Joanna per Barbaras nationes fidem Christi mirabiliter prædicat.

*multosque
convertit.*

campis hostilibus Inferni hostis, lu-
crata Regi luminis tota infidelium
gentilium agmina, quæ eadem Sor.
Joanna ad veram fidem traduxit.

*incarcera-
tos per Tur-
cicas ditio-
nes Chri-
stianos in-
visit & ani-
mat.*

Ardens iste veræ fidei ultra pro-
ferendæ zelus, fidelem Christi An-
cillam ad majora exquisitoraque
semper inventa accendit, dum illa
cecu volans ignis ac lumen citra lassitu-
dinem, in modum irrequieti solis,
Turcicas peragraret ditiones, omnel-
que fidei causa captivos in carcerum
ergastulis inviseret, eosque ad pati-
endum moriendumque etiam pro
fide adeo inflammaret, ut complures
eorum Martyrij desiderio, Tyranno-
rum eorundemque minarum con-
temptu, se ad moriendum invicto vi-
rilique animo obtulerint. Inter alios
Algerij S. F. Joannem de Palacios ex
Ordine Sanctissimæ Trinitatis invi-
sit, qui postmodum palo per viscera
adacto, infixus obiit. Jam antea cum
illo Ancilla D. egerat, sublimemque
de illo, ob insignem ejus virtutem ge-
rebat opinionem. Serebant illi ambo,
dum eâ occasione simul versantur,
suavissima inter se colloquia, seque
mutuò blandè contuebantur, velut si
duo essent Cœlestes Angeli. Joannes
illi quædam spiritu Prophetico futu-
ra prædixit, multa que salutaria dedit
consilia, Joanna ex adverso ad Mar-
tyrij palmâ coronasque eum anima-
vit, quas postea invicto animo est
consecutus.

*Barbato-
rum proles
eduliorum
fragmini-
bus sibi
conciat.*

Quando Sor. Joanna ad longè po-
sitas Indiæ terras abibat, accipiebat
secum aliquantulum panis, atque e-
jusmodi plura aliaeduliorum frag-
menta, recreandis illis idonea, distri-
buebatque ea parvulis, ut eo pacto
benevolentiam animosque eorum

lucraretur, ac tum intellectui lumen
fidei infunderet. Erudiebat eos famu-
la Christi in Christianis legibus ac in-
stitutis, porò illi absque difficultate
sponsam D. intelligebant, amplexa-
banturque eam valde reverenter,
propter quod infantes innocui à Pa-
rentibus vapulabant, virgis cedeban-
tur, aliisque pœnis afficiebantur. Eve-
nit quandoque, ut octo talium par-
vulorum inspectante Ancilla Christi
Martyrio afficerentur. Cumque ex ijs
Sor. Joanna quæreret, an legem Chri-
stianam, quam ab ea didicerunt, in-
conculsa fide confiteantur? Respon-
derunt; nos credimus & confitemur
omnia, quæ tu nobis dixisti. Credi-
mus in DEUM Omnipotentem
Creatorem Cœli & terræ. Credimus
& confitemur S. Trinitatem Patrem
Filium & Sp. S. tres distinctas
Personas, & unum solum DEUM
verum. Credimus quòd Christus no-
ster ac totius humani generis Redem-
ptor sit Filius DEI, quod sit homo fa-
ctus, & in mundum venerit, ut nobis
Cœlum lucraretur. At Charissima
Virgo, quânam ratione S. Baptis-
mum assequemur? Non est id neces-
se, Filij mei aiebat Joanna, dum pro
Christo mortem oppetitis, vestromet
sanguine baptizabimini, Martyriique
coronâ insigniti Cœlum intrabitis.
Atque his Angeli isti, Janimo impavi-
do vitam ponebant pro DEO suo,
proque temporali æternam vitam
consequantur. Sed enim verò quan-
ti putas non constituisse triumphos
istos famulæ Christi? Quantum non
illa contra Principem tenebrarum e-
jusque affectas decertavit? Sagam
eam strigemque nuncupabant Indi,
eò quod in Aquilæ modum per aëra
eam

*Mirabilis
quodam
modo Barba-
torum par-
vulis in
Martyrio
assistit.*

*Volans per
aëra sagittis
petitur, ab
Indis, &
à damoni-
bus obid
divè cruci-
atur.*

eam ferri viderent, petebantque il-
lam etiam jaculis. Stygij vero maligni-
que Spiritus quotidie illam atrocissi-
mè discruciant, quoniam illis Do-
mini sponsa plurimos veteres subje-
ctos è faucibus eripiebat. Adhæc ip-
samet variè sese afflictabat, quò gra-
tiam consequeretur quamplurimas
ad Cælum animas perducendi. De-
nique mundo illa erat instar luminis,
quod seipsum consumit, ut omnes
circumstantes illuminat. Non exigitur
quidem ab aliis Virginibus, quæ
Christo æquè desponsæ sunt, ut in
tam magnificis naturamque exce-
dentibus factis sponsam Joannam i-
mitentur, nihilo tamen minùs solici-
tæ plurimum cum Joanna sint oportet,
ut lampadem fidei nunquam non
ardentem habeant, oleumque illi mi-
mirum opera Charitatis assidue af-
fundant.

CAPUT III.

*De firma spe Sor. Joanna à JESU
MARIA; quantasque in hac virtute
gratias DEUS sponsæ suæ contu-
lerit.*

*Quid sit
Spei.*

Spei est Theologica seu divina vir-
tus, quâ nos mortales in hac mor-
tali vita cupimus speramusque DEO
ceum summo bono in beatitudine æter-
num perfrui. Scot. in 3. dist. 26. q. 10. at-
que id assequi confidimus mediis,
quæ divina Providentia ad hoc ordi-
navit, operum scilicet, quæ ratione
præditi homines cum DEI auxilio
faciunt, suntque illa vitæ æternæ me-
ritoria. Porro virtus hæc non consistit
in eo, ut quis ad finem scopumve Spei,

id est Beatitudinem anhelet, quoni-
am appetitus, hic naturalis est, & in
eo errare non possumus, sed in eo po-
tissimum est sita, ut electionem medi-
orum, quæ ad salutem ducunt, rectè
ac summo judicio ordinemus, & in
isto perfacile crasse impingere erra-
reque possumus. Quare in hac medi-
orum electione summâ cautione ac
circumspectione utamur necesse est.
Et sanè ingens ea foret stoliditas, si-
nem assequi velle absque mediis, mag-
na pariter foret imperitia nescire de-
bitè applicare media, quorum seu u-
num sive alterum, magnum esset ho-
mini malum. Longè ab his erroribus
abfuit Virgo nostra Joanna, ut in to-
ta vitæ ejus serie videre est. Desideri-
um ejus æternæ Beatitudinis, quod
firmæ innitebatur fidei, semper sic
fuit constitutum, ut sponsam Christi
assidue impelleret recta & aptissima
media apprehendere. Ea media sunt
opera ejus bona, quæ cum auxilio di-
vinæ gratiæ illa peragebat, deque ijs-
dem connatis spirituique adversis ap-
petitibus adeò triumphabat, itemque
corpus suum ita spiritui subdiderat,
ut exterior homo promptus ageret,
quod interior dictaret velletque fieri.
Erant in sagaci oppido hac Virgine
opera gratiæ ac spes beatitudinis æ-
ternæ mutuo sibi adjumento. Desi-
derium quippe supernæ felicitatis fa-
ciebat, ut ejus voluntas resolveret se
ad operandum cum gratia divina, o-
pera verò quæ gratiæ divinæ agebat
auxilio, vividius semper æternæ salutis
reddebant desiderium, illudque ani-
mabant. Adhuc tamen majus quid
præstitit Sor Joanna, dum scilicet sin-
gulari solertiâ indefinentem suam
for-

*Opera bona
desiderio
Speique felici-
tatis æter-
nae sunt soci-
anda.*

formidinem cum firma DEI misericordia fiducia copulare noyit. Et quia sanctus hic timor ei tanquam navi fabricæ instar servivit adversus ventos fluctusque omnis præposteræ temerariæque confidentiæ navigabat faventibus auris, summâ securitate, per mundi hujus turbulentum mare, portumque ac litus æternæ beatitudinis petebat.

Duo scopulis in quos præcipuè homines impingunt.

Inter alios in hoc terrarum Orbe adversarios, mortalium animæ duos potissimum habent, suntque illi veluti gemini scopuli, in quos impactæ dissiliunt, neque optatum tenere portum valent. Unus illorum est diffidentia, alter præsumptio. Alliduntur quidam ad scopulum diffidentia profundoque merguntur uti Cain: alij verò confringuntur ad naufraga præsumptionis saxa, sicut lucifer. Extolluntur hi in suo arroganti animo, veluti à propria virtutis luce ac pulchritudine sua sint illustres, alij verò diffidunt de misericordia DEI, deterrenturque ab ea malitiæ suæ scelerumque immanitate. Itaque ne in alterutrum horum scopulorum allidatur anima, oportet ut una ex parte impotentiam tuam debilitatemque semper præ oculis habeat, atque in salutari timore perseveret, altera verò ex parte immensam Bonitatem & misericordiam DEI consideret, ne spes fluctuet. Palmarum hoc sanè spiritualis disciplinæ opus industria, Virgo nostra peregre contestata est, prout id non immotus duntaxat exemplaris ejus vitæ tenor ostendit, sed propria etiam verba palam faciunt. DEVS me custodiat inquit illa. Omni die omnique momento me invenio divino huic

Domino semper magis magisque obstrictam. Sit ille benedictus in sæcula, quod mihi tantam demonstret benevolentiam, tantasque largiatur gratias, quasi ego id promerita essem. Semper ille sine fine sit benedictus! Si mansuetudo ejus ac bonitas, magnificentia & Majestas, itemque misericordia alibi se non proderent aut norarentur, in hoc tamen vilissimo terræ vetriculo perspicue cerni posset. Adhuc huc omnes laborantes diffidentia mortales, hic edocebuntur, quem admodum sperandum fidendumque sit. Videbunt, quod cum ego penas omnium damnatorum demeritis meis peccatisque promerear, immensa tamen ejus bonitas, consueta mihi misericordiam demonstrat, quoniam is est, qui est, ego verò non merear ut terram calcem. Paucis hinc verbis instituit nos in præcipuo disciplinæ spiritualis articulo, quo nimirum pacto spem nostram cum securitate ad æternæ vitæ portum dirigere valeamus: & hoc totum consistit in timore ac fiducia, dum scilicet anima pertimescit, in consideratione suæ fragilitatis, peccatorum suorum, meritaque pro ejus pœnæ; & nihilominus in DEO ejusque infinita misericordiam integrè confidit.

Sanctus iste humillimæ Virginis timor erat propria suæ animæ causa tam vehemens, ut non desisteret eam Dominus in horas erigere atque animum ei addere, quod sanè etiam erat pernecessarium. Apparuit illi quodam tempore Dominus velut si à recenti sua flagellatione veniret, cogitabat Sor Joanna, quod peccata sua Dominum

timendam ac sperandum hominem in terris designat.

num tam diè exceperunt, quodque eorum veniam non posset consequi, defectu veræ peccatorum pœnitentiæ; Ex hac inconsiderantia in tantam delapsus est cor ejus tristitiam, ut amarissimè inciperet flere. Ut verò D. Sor, Joannam ita constitutam vidit, „Joanna mea, inquit, quidnam agis? „Columba mea, quidnam tibi est? „Domine mi, respondet famula ejus, „cur quæris quid sit mihi, cum Majestatem tuam ita malè acceptam viderem, cognoscam que totum id peccata mea causasse? Hæc simul ac Joanna protulit, invertit se Dominus, videbatque Joanna tergum ejus totum immanissimè ac prorsus miserandum in modum discussum & vulneratum, ob idque adhuc amarius flere cepit. Ut ergo Dominus fletum ejus cohibere posset, iterum ait illi, Si immodicus pavor tuus ex peccatis tuis oritur, cur non vides ea jam esse abolita? Cur timore trepidas, ubi nulla timendi causa subest? Jam te cruore meo abluisti, nunc nive ipsâ es candidior, dilata cor tuum, bonoque animo esto. Licebat sanè hoc illi præstare medio tantæ gratiæ ac favoris. Verùm stygius dæmon ex humilitate ejus ansam arripiebat, & ex eo ingenti metu, quem ob peccata sua pectore gerebat, cepit ei insibilare damnatum eam iri.

Dum igitur tentationis ejus causa Sor. Joanna vehementer contristaretur, evenit ut in Oratione sua quadam vice extra se raperetur, ducereturque ad Augustam quoddam Palatium, quod collucentem supra omnem modum portam habebat. Prodiit è porta hac Gloriosus Patriarcha Francis-

Christus Joannam nimium timentem solatur & confirmat.

cus, contuebaturque famulam Domini, sed conversus iterum intro abiit, supervenit mox Gloriosus P. Dominicus, Joannæque aspectâ iterum introiit. Similiter D. etiam Apostolorum Princèps continuò adfuit, aspexit illam & retrò abiit. Postremò prodiit foras Gentium Doctor S. Paulus, quam ut aspexit iterum retroversus intro rediit. Dici non potest, quantum humilis Virginis animum visum istud perculerit, totamque consternaverit. Cogitationes imaginationesque variæ dissipabant cor ejus, videbatur sibi Christum D. graviter offendisse proptereaque sancti illi secum loqui abnuerent. D. fluebat tota lacrymis præ intimo dolore animi, orabatque à divina Majestate, veniâ, & Sanctos ut pro se deprecantur. Cum igitur benignitas divina angorem ac tristitiam famulæ suæ ultra ferre non posset, ad eum, qui sequitur modum, eam consolari voluit. Prodiere rursus Gloriosi Sancti Dominicus & Franciscus simul per dictam portam foras, Sequitur eos è vestigio Dominus inter Apostolos S. Petrum & Paulum medius, eratque Dominus trabeâ Imperatoriâ indutus, quæ pretiosissimis, & supra omne solis jubar micantibus gemmis distincta erat. Ea in specie venit ad Joannam, intuebaturque eam blando quidem, severo tamen simul, etiam intuitu, aitque ei: Quousque tandem durabit hic tuus timor? Quando tandem mihi fides? Nul- lane, quæ tibi sint satis, signa monimentaq; amoris mei habes? Ter- rita valdè fuit humilis sponsa, ut sponsum suum dulcissimum iratum

Et etiam ea de causa blandè increpat.



vidit, abjecit se ad pedes ejus, veniamque supplex profunda cum demissione oravit. ipsius quoque Majestas brachiis eam excepit, aitque: Ignosco tibi. Curam gere Ecclesiæ meæ, nam ob id ego te in hoc mundo ser-vo præsidem ac Prote&tricem peccatorum.

His atque similibus aliis favoribus confirmabat Dominus cor sponsæ suæ, nihi ominis tamen tam profunda erat ejus hūmilitas, tamque illa parum sibi fidebat, ut Dominus, quò scilicet Sponsa ejus opatâ tandem quiete potiretur ei semel apparuerit, corque ejus exemerit: acceptoque illo in manus argenteis, quæ tamen mox in aureas sunt conversæ, literis uni cordis illius lateri inscripsit, **JESUS MEUS**, alteri Spes mea. Quod simul sumptum sonat, **JESUS** est Spes mea. Postremò ait esse eam

Christus D. Joana indicat esse electam ac prædestinatam ad gloriam.

prædestinatam electamque ad æternam vitam, & uti electam libro viventium insertam. Hæc est profectò singularis gratia & favor, qui paucis admodum obtigit. Siquidem hoc prædestinationis arcanum seu Electionis ad beatitudinem æternam suis etiam intimis amicis facilè non pandit DEUS. Et tamen id Joannæ Sponsæ suæ dilectæ revelârit, non tamen illa secura vivere voluit, sed perinde egit ac D. Paulus Apostolus qui ad tertium usque Cælum abreptus fuerat quæque Omnipotens DEUS gratiæ suæ securum fecit, talique ratione salutis suæ certus ille evaserat adhuc tamen tã securè agere noluit, quin pœnas de se sumeret castigaretq; corpus, quò nimirũ adhuc tutior magis esset: Prout idemmet hoc de

se testatur: Castigo inquit ille Cor. 9. corpus meum & servituti subijcio, ne fortè cum aliis prædicaverim ipse reprobus efficiar. Sic prorsus agebat ista assecurata Virgo, postquam illi DEUS electionem suam ad salutem revelavit, vehementi nihilominus illa vivebat in sollicitudine tantoque majorem exercebat pœnitentiam, nunquam non fatagens, ut per bona opera certam spem suam efficeret.

CAPUT IV.

*De ardenti Charitate famula
DEI Sor. Joana à JESU
MARIA.*

REgina Virtutum, animæ vita, participatio divinæ naturæ Charitas, pro objecto suo scopoque DEUM Omnipotentem habet. Consequitur ergo, quòd qui hâc virtute potitur, divinam Majestatem etiam ex toto corde diligit. Quis jam edicere valeat quàm eximie ac mirabiliter castissima nostra Virgo Joana præ aliis hâc virtute eluxerit? Ex operatione Charitatis, prærogativa hæc luculentius adverti poterit. Præcipua Charitatis operatio est amantes ambos mutuo inter se unire, DEUS jam, cùm tamen sit DEUS, aded unum esse cum hac sua Creatura voluit, ut suum cor cum illius corde commutârit, sæpenueritque ad sequentem modum eandem sit allocutus. Nunc scis, quod ego me tibi copulârim, quòd tuus ego sim, & tu mea, quod ambo nos unum simus, quodque aliud inter nos esse non debeat, nisi cor unum & una voluntas. Quoniam ergo cor est principi-

*Quid sit
Charitas.*

*Primus est
seclusus
vitatis, mo-
tus unire &
manet.*

cipium vitæ , potuit hæc Apostolica mulier cum omni proprietate dicere, quod Paulus Apostolus dixit ad Galat. 2. Vivo ego, jam non ego, vivit verò in me Christus. Quod si Sor. Joanna de se id non asseveravit, asseveravêre tamen ejus nomine Angeli. Dum namque aliquando Sor. Joanna altissimè contemplatione abrepta esset, reperit se Cruci admodum fulgidæ ac radicanti affixam, pone eam cruci pariter fixus pendebat ipse Christus, procedebant ab ejus cruce radii in] Crucè Sponsæ suæ, tantoque Joannam splendore reddebant illustrem, velut si solis radii in lucidissima Chrystallo exciperentur. Aderant spectaculo huic ac scenæ amoris præsentis complures Angeli. Ubi igitur Ancillam Domini tali modo cruci affixam vidêre, quidam ex iis percontabantur. Quæ est ista quæ ascendit in Palmam ut apprehendat edatque fructus ejus? Alij vero respondebant: Hæc illa est non jam illa, quippe in qua vivit JESUS Christus. Erat sponsa ejus semper ad eò illi unita, ut nusquam ab eo divelleretur, quando quidem cautissima Virgo toto vitæ suæ tempore tantum abest, ut lethali labe conscientiam inquinârit, ut etiam nunquam non ardentissimo DEUM amore dilexerit. Id ipsum divina Majestas eidè indicavit. Quia verò S. Joanna meliùs ipsa loquitur, propria ejus verba hic admittiri lubet.

„ Eram aliquando, inquit illa, n. 22.
 „ plurimum derelicta solatiq, expers,
 „ neque ad me iterum redire potui.
 „ Monstravit mihi tunc Dominus
 „ Crucem illam, quam corde meo ge-
 „ ro, undiq; flammantem, igneam ac

veluti cruore lotâ, indicavitq; mihi, hæc esse viam illam, quæ mihi tenenda sit. Præcepit is mihi ut in omnibus operibus vestigia ejus sequer, quod etiam se facturam, quoad sibi fas foret, anima mea recepit. Istic divina Majestas permagnæ cujusdam ab se mihi collatæ gratiæ me commonefecit, videlicet quod per omnes totius vitæ meæ dies, citra ullum inquit namentum conscientiæ, exuerit me ex cunctis occasionibus, quas malignus dæmon mihi præparaverat. Fecit hoc DEUS ob id duntaxat quòd sit, qui Est, ego autem tam fragilis imbecilla fragilisq; sum, uti reverâ sum, & talem me agnosco. Eodem momento cæperunt omnes sensus mei ac potentia amplius intra se colligi, ita ut anima mea ultra modum sublimè raperetur; atq; in hoc ingenti favore patefiebat mihi immensa magnitudo ac Bonitas Divina, sic ut anima mea tunc cognosceret, quòd nemo eum diligere queat ut dignus est; verùm quod sola ejus divina Majestas, quantum digna est diligi, se ipsam diligere valeat, fiebat mihi pariter palâ protectio & custodia, quam nobis impendit SS. Trinitas, itidemque magnus ille amor, quem demonstravit nobis æternus Pater, cum Filium suum unigenitum daret nobis. Ad hæc cognitionem sum consecuta, sum Majestatis ejus benevolæ que protectionis, quam gerit erga puritatem animarum nostrarum, qualiter nempe sit voluntatis ejus, ut anima humana permultum illuminata, & Charitate prædita ad originè suam, unde profecta est, redeat, atq; ita, dum anima

Omnes peccandi occasiones DEUS Joannam sustulit.

Solus DEUS seipsum dignè amat.

*Anima
charitate ut
aurum igne
purificatur.*

mea hanc DEI voluntatē perspicit,
omnem adhibet conatum ac dili-
gentiam ad emundandam se, eò dū-
taxat, quòd ei cōplaceat. Et quia pro-
bè novit, animam per Charitatem
ceu aurum per ignem depurari, in-
de unicum ei est desiderium Charit-
tate conflagrandi. Omnia verba hæc
sunt tanquam scintillæ igneæ, Charit-
tatis Joannæ, atque vel hinc liquidò
licet cognoscere charitatem, quam
præclara hæc sponsa erga divinum di-
lectissimum suum sponsum habuit, a-
d eò robustam, fortem, eximiam con-
stantemque fuisse, ut nullâ graviori
culpâ toto vitæ suæ curriculo eum of-
fenderit, aut inventam in sacro Bap-
tismatis fonte gratiæ gemmam un-
quam perdidit.

*Altera
Charitatis
operatio ad
herere a-
mato.*

Altera Charitatis operatio est,
quod amans sine suo amato esse ne-
queat. Operatio ista vel ex superiore
tanquam capite originem ducit, vel
peculiaris est Charitatis effectus. Cum
etenim amans magis vivat in eo quod
amat, quàm se ipso, ex consequenti et-
iam perspicuū est, eum in se ipso neu-
tquam quieturum, si ab amato suo sit
avulsus & absens. Expendit id probè
D. Bernard. dum de S. Sponsa cum
sponsus ei est absens ita loquitur. Au-
diebat supplicem illius clamorem ac
vociferationem, videbat etiam extre-
ma quæque illam conari, ut animi e-
tiam oppressa deliquio, ultimâ neces-
sitate confisteretur. Unde, inquit
idem Bern. mirum non est, quod ab-
sentia dilecti desiderium ei acuat, eo-
que major sit pœna dolorq; quòd ma-
jus fuerit desiderium. Idem istud fla-
grantissimæ amatrici nostræ sponsæq;
Joannæ usu venit, prout sequentibus

testatur ipsa. Quadã vice, inquit illa
dum fenestram quandam prætereo
oculos in Cœlum sustuli, subitq; me
vehemens divinæ Majestatis deside-
rium. Anima item mea tota, cupidi-
tate illa erat abrepta, totaliter que e-
jus amore succesa. Ut ergo vidi nec-
dum integrè diluxisse, magnâ voce
exclamare dicereq; cæpi. Ubi te in-
veniã ô Phosphore, ô Stella matu-
rina? Quibus dictis, Dominum in-
tra me vidi, qui ad me invisendâ ad-
venerat. Erat anima mea instar can-
didæ nubis, Dominusque venit, cum
valdè blanda tenuique aura suis in-
volutus vestibus, quæ plus quàm
sol ipse radiabãt. Et sicut sol suis ra-
diis nubem candidam, valde pul-
cham & fulgentem reddit, ita planè
operabatur sol hic divinus in anima
mea. Per omnes illas vices, quibus
gratiã istã percepit anima mea, novo
succendebatur amore vidèdi agnos-
cendique suum Creatorem, eidem-
q; serviendi. Nescire sibi tunc vide-
batur aliud præter quã fiese, & apud
Excelsam ipsius Majestatem quere-
lari.

Num. 148. ait dum aliquando in-
genti DEO fruendi tenerer cupidi-
tate, (quasi scilicet id merita essem)
visa est mihi ejus Majestas ac dixit.
Habes me apud te, & necdum con-
tenta es? Ego sum apud te manebo-
que semper, cum in te delictum me-
um voluptatemque habeam, tan-
quam meo delictiarum hortu. Possitne
luculentius à nobis desiderari testi-
monium incensæ anxietatis ac flagra-
ntissimæ cupiditissimæ cupiditatis, quã
æstuabat amans Virgo Sor. Joannæ
dile-

*Delictu
hortu
Christi
Joanna.*

dilectissimum Sponsum suum inue-
ri seque cum eo intimè unire? De-
nique absente Sponso erat Sponsæ
vita morte ipsa amarior. Discupie-
bat, anhelabatque Joannæ, uti Apo-
stolus Paulus, fervidissimè, dissolvi,
ac mori, ut totâ æternitate apud suum
DEUM Sponsumque permanere
posset.

*Tertia chari-
tatis ope-
ratio dolore
cum doleo
amatus.*

Tertia Charitatis est operatio, do-
lor gravisque sensus amantis, cum
amatus offenditur. Siquidem dolor
animi ulque adeo cum amore con-
crevit, ut juxta mensuram amoris, ob-
lacetur offensumve amatum a-
mans tristetur. Ingens illa Divini
amoris flamma, quæ pulcherrimam
istam Salamandram nunquam non
utebat, colligi negotio potest, è peni-
tissimo eam exedente sensu doloris,
qui a dens flagransque pectus illius,
ob multiplices gravissimasque dilecti
sui offensas afficiebat. Quocirca no-
bis aliud hic agendum non restat,
quàm ut reminiscamur eorum, quæ
jam ante copiose relata fuere. Cum
Gloriosissima Virgo MARIA lacry-
mans oculis Sor. Joannæ aperuis-
set varias offensas & crimina mundi,
adversus Sanctissimum Filium suum
impiè perpetrata, cor ille tunc Spon-
sæ suæ totaliter succendit & flagrans
amoris reddidit; an non tunc simul
pectus illi dissiliit cruentusque fons
sanguinis è disrupto ejus corde pro-
rupit? Majus quid amore ardens
Seraphin præstare queat? Nihil ma-
gis adversum Divini hujus Seraphini
animo erat, quàm DEI offensas spe-
ctare oculis, profundebatque in pec-
catorum consideratione non lacry-
mas tantùm ex oculis, sed & sanguis

nam è corde, quod in pectoris pen-
tralibus eidem præ dolore crepuit.
Ideoque non illa semel duntaxat, sed
innumeris vicibus sese obtulit, ad fe-
renda. Omnium SS. Martyrum sup-
plicia, quò scilicet eo pacto crassas,
immanesque omne genus dilecti sui
offensas averteret. Dicendumne jam
videtur Virginem istam esse Marty-
rem, cum tot, tamque graves cru-
ciatus in corpore, interiusque in ani-
ma pro DEO suo sit perpessa? Ne-
quaquam. Non enim illa Martyr actu
effecta est, eò quòd persecutores Ec-
clesiæ Tyranni Sponsæ hujus sangui-
nem minimè fuderint. Erat tamen
illa Martyr amoris, qui pharetræ sua
sagittis cor Sponsæ suæ transfixit. Si
D. Cyprianus de SS. Confessoribus
bellè asseruit, cordi animoque SS.
Confessorum Martyriura defuisse,
non verò animum Martyrio, quid
non de hac flagrantissima Virgine
dici possit, quæ non solum corde ani-
moque Martyrio non defuit, sed et-
iam atrocissimas Martyrii pœnas cor-
de suo pertulit, atque singulari & in-
audito Martyrii genere innocentissi-
mum venæ cordis sanguinem pro-
fudit?

*Joanna est
Martyr a-
moris.*

Ex hac incensa totaliter Charitate
DEI, ardor Charitatis in proximos
ut arbor à radice ortum duxit, atque
id tantò magis, quò Advocata Pro-
tectrixque mortalium à DEO esset
constituta. Diversa ejus opera, mo-
destiæ, laboresque hominum causa
exhausti, ac multò longè ingens illius
pro humano genere plura agendi ac
tolerandi desiderium, omnem exce-
dit vim humani eloquii. Tota illius
vita aliud non est quàm vehementis

*Ex chari-
tate DEI
nascitur
charitas
proximi.*

*Pectus cor-
que Joannæ
dissump-
tur lassæ
viti causa.*

ejus imago charitatis, quam pro corporali æquè ac spiritali hominum emolumento gerebat. Hic erat cogitationum ejus verborum atq; operum, ejus desideriorum, orationum lacrymarumque ejus jejuniorum, duri & peracerbi vestitus, afflictationum sui & horribilis pœnitentiæ scopus. Totum id ad procurandam rotius mundi peccatoribus misericordiam dirigebatur. Deinde, non immeritò obtingescet intellectus noster, si recogitet, mira ejus variaque inventa & artes, nec non indefinentem curam veniæ peccatoribus obtinendæ, Divinæque Majestatis à severitate ad misericordiam, mirâ quâdam ratione inflectendæ. Erat quippe nonnunquam ejus angor in deprecando pro hominibus ad eò vehemens, zelus atque ardor eorundem salutis tam incensus, ut veluti mentis impos extra se posita, tã aliena loqueretur, eaq; ageret, quæ ad rectæ rationis amissim exacta, meritò supervacua, temerarij, audentis præfidentisq; nimis amoris videri potuissent, dum illa interdum DEO auderet dicere, si peccatoribus nesciret, quid e libro se vitæ suæ Majestatis pingeret. Mox deinde DEUS, veluti provocare ausa, aiebat ad illum; si tua Majestas nolit præci meæ acquiescere, æquè parum ego ejus voluntati præceptisque morem geram. Non admodum grandis est charitas, quæ amantem amentem non efficit. Amantes animæ DEUM alloquuntur verbis, quæ puro è zelo amoris profuunt, quæ quidem humanæ menti deliria videntur, DEUS verò tantum abest, ut se a grè ferat, ut etiam ejuscemodi animæ magis de-

vinctum sese demonstrat, uti in hac dilecta Sponsa sua perspicuè ostendit. Sic illa, nimirum ploraret, aut quempiam sensum doloris iramve proderet; tum enim verò juxta voluntatem ejus peragebat omnia, seque victum ac captivum dabat, non sine singulari devincti animi significatione. O perquam amabile certamen, inquit D. Ambros. *serm. 15.* felix violentia, quæ non contemptim rejicitur, sed amabiliter atque amicè acceptatur! Hunc in modum quando servi DEI cum DEO pugnant, tunc eò majore veneratione cultuque DEUM reverentur, quò ejuscemodi amicâ vi DEUM acrius oppugnant.

Quam incensa flagransque Joannæ nostræ fuerit Charitas, non modò ex ejus effectis, sed ipso etiam originario ejus fonte cognosci persfacile potest. Bini aliquando Angeli purpureo totoque igneo Sponsam Christi indumento convestiere, samque ad sequentè sunt allocuti modum. Joannæ huc nos advenimus a legatis, ut hæc te veste donemus, ut cupiscips nullâ rerum terrena cupiditate tenearis, sed omnis tua inclinatio appetitusque in res Divinas propendebit. Ita etiam evenit, peractâ quippe hæc Cœlestis indumenti traditione, persensit Joannæ esse se indutam virtute ex alto, & quidem tam vivo ac vigente incendio roboreque Divinæ charitatis, ut tota propemodù conflagraret ac contabesceret ingenti desiderio, omnes mortalium animas Sponsi sui amoris igne succendendi & concremandi. Vivacissimis ardebat in illa fervor iste Charitatis flammis, summo cum desiderio vitam profundendi

Variis artibus utitur
Joanna ut
peccatoribus
veniã ob-
tineat.

Magnus
DEUM
amantis a-
mor non est,
qui cum a-
mentem
non facit.

Omnia
anna pro-
pensis Di-
vino man-
re ad Cœ-
lestia fer-
tur.

Mori par-
ta est a-
mor DEI
creaturâ
invenit.

dendi, quò sanctus ejus amor mortaliū animis ac pectoribus inferi posset.

Aliā quāpiam vice Sponsa Christi abrepta ecclasi erat, reconditā significatione arcanorum plenā. Vidit se in alto quodam monte, Christumque specie hortulani conspexit, excelsam eo etiam in schemate Majestatem præferentem. Dum igitur Joanna ejus actiones intentè observat, videt suam animæ hortum, ab eodem pretiosissimo ejus rigare sanguine, Charitatem feri, ejusdemque virtute animam suam perquam frugiferam reddi.

Aliā quādam die cū Sor. Joanna in Oratione in DEO collecta esset, ingenti ardebat desiderio proprio amore exui. Interea supervenit ei tanta amoris vehementia, delectabilisque mentis alienatio, quasi anima ejus è corpore gestiret exilire. Eā in ecclasi conspexit Redemptorem nostrum tali specie, quā hic in terris versabatur. Reclinārat se is proximè ad cor Sponsæ suæ Joannæ, Crucemque quam illa assidue in corde circumferbat. Gerebat penicillum manu, Sponsamque suam vividis aded lucidisque, pulchrè & eleganter depinxit coloribus, ut radians ei quidam Adamas, ac micans simul purpura videretur. Ut igitur Dominus manum retraxit ab opere, comperit Joanna se Divino amore totam succensam & ardentem.

Alio item tempore cū famula D. minimè cogitaret, sensit animam suam in magnanimæ Aquilæ modum summā spernitate in alta subvolantem, ut scilicet sacram in Divino pectore prædam abriperet, tuncque eam Dominus verbis multum consolatoriis est

allocutus. Filia, dicens, curæ tibi sit, velim, honor meus atque gloria, ego verò te tuaque curabo.

Hicce atque aliis ejusmodi Divinæ benevolentia favoribus ac gratiis, quæ ipsas inscrutabilis Divini Oceani ripas veluti supergressæ, latè sese diffuderant, ejusque filia Joannæ cor inundārant, Virginei ejus pectoris concha ardentissimo S. Spiritus igne tota quanta repleta fuit. Deprehendebat illa colorem ejus incendii ex multigenis ejus operationibus, quas illa modo valde sublimi exponit, quantumvis verbis differat simplicibus. Igitur num. 227, vitæ suæ ita loquitur. Effectus, qui in anima mea exinde remanent sunt, humilitas, ac supramodum dulcis lætaque fruitio, cum intentissimo desiderio summi communisque omnium boni, atque ut cuncti mortales immensam DEI magnitudinem bonitatemque agnoscant. Rebus sic constitutis remanet anima, creaturis omnibus veluti mortua, nec ullius rei hujus mundi meminit, siquidem summum istud bonum in ejus cor venit, totum id occupat, ejus magnitudinem dilatat, magnāq; vim in anima sibi sedem constituit, summā cum pace ac quiete potentiarum. Porro anima exinde aded fit ebria, ac si stolidi & amens amore esset. Est illa tum quoq; plena delitiis ac jubilatione, idque cum exteriore illius etiam sensu neq; lætitiæ modū ponere, frænareve gaudia prævalet, quantumcunq; etiam connatur, sibiq; vim inferat. Istud est summum bonū, in quo omne aliud bonū includitur, aut potiùs emines quædā supremi boni cognitio; videturq;

oculh

Homo curat honorem DEI & DEUS hominem curabit.

Operationes & effectus amoris in Joanna.

Christus Sponsam suam ipse depingit.

oculis adempta caligo, dum Divini
 Numinis magnitudo cernitur, ejusq;
 proprietates singulari quodam ac
 præcello modo cognoscuntur. Hic
 eum amat anima ob id solum quod
 sit amabilis, nec tunc beneficiorum
 acceptorum meminit, sed neque
 Cœli sui gratiâ conditi, sed tantum
 delectatur in eo, quod DEUS sit,
 atque hoc efficit quod illa extra se
 purissimâ abeat affectione.

Ubi nunc locorum talis reperietur
 Apelles, qui melius queat vividos co-
 ruscantesque Charitatis radios pen-
 cillo exprimere? Expertus hoc ama-
 tor Augustinus Charitatem in hanc
 describit modum. Caritas, inquit il-
 le in Ps/72. ut inco mixta putaq; sit,
 solo amoris intuitu amare debet. Si
 DEUM amo, quod mihi aliquid do-
 net, aut me remuneretur, beneque ha-
 beat, tum magis propriè est in imet-

Purus DEI ipsius amor, quam DEi. DEUM ve-
amor solius rō amare solum ex amore bonaque
DEI causa erga ipsius Majestatem affectione seu
DEUM benevolentia, hic est verus purusque
diligit. amor, quippe qui nulli præptiæ utili-
 tati sit permixtus. Tali Charitate præ-
 clara sponsa Joanna à divino sponso
 suo donata fuit.

Ad lucem jam descriptæ puræ Cha-
 ritatis, deducus ac probrum malarum
 Sanctimonialium, ceu ater calor juxta
 album positus, facilius deprehendi-
 tur. Hæsi quidem perulantiam proca-
 citatemque suam nomine amicæ piæ-
 que affectionis insignite nituntur, eo-
 que pacto Sponsam tuam Cœlestem
 contemnunt. Optandum sanè foret
 ut hæ fatuæ Virgines attenderent,
 quod D. Hieronymus DEO sacratæ
 Virgini Eustochio scribit Ep. 32. Ad-

verte sis bene, Eustochium, ait ille,
 quod sponsus cui te despondisti, DEUS
 tam Zelotypus amator sit, ut riva-
 lem in amore non ferat. Et quidem
 amorē tuum usque ad eod Zelatur, ut
 non probeat, si vel uni viro in faciem
 aspicias, sed vult ut ejus solius vul-
 tum spectes.

Moniales illæ, quæ affectiones istas
 tueri volunt, tantò majus patientius-
 que suum vulnus efficiunt, mali medi-
 cinam negligunt, seque totas in inte-
 ritum agunt præcipites. Palam quippe
 est, quod omnes ejusmodi improba-
 rû amicitiarum affectiones aperti sa-
 crilegij sententiâ percellantur. Sed
 fortasse dicent, suas correspondentias,
 non esse amicitias ulla, sed humanas
 ac breves conversationes. O cœcam
 grandemque demeriam, ac decepti-
 onem mali dæmonis! Age, dic mihi
 quæ sponsa es Christi, inquit D. Am-
 brof. Quid cum amatoribus mundi te
 attinet loqui? Quid ab eis discere vis?
 Fortè quæ perditè vivunt, cupis tuam
 ab eis condiscere perditionem? Si non-
 neminè quæris qui te castitatē servare
 edoceat, isti eam non colunt. Vis for-
 sitan DEO fidelis permanere? Hi fi-
 dem DEO non servant. Christum re-
 quitis? Non ille in eorum animis ha-
 bitat. Quid quæris nescio, neque quid
 hæc amicitia sit, quam tu correspon-
 dentiam appellas. Quidnam oro cha-
 ræ Virgines, nunc mihi ad hæc res-
 pondebitis? Si à periculoso tempesta-
 tibus scædo, procellosoq; mundi hu-
 jus pelago, & ab interitu in Cœnobio
 animas vestras vindicandi proposi-
 tum habuistis, cur igitur litus deteri-
 tis iterumque mare, repetitis cupitisq;
 naufragij subire damna? Si DEO vos
 copu-

copulastis, fidemque Sponsalera stipulara manu addixistis, cur manum illam nunc perfide retrahitis? Arbitramini forte, amicitiam DEI posse cum seculari unquam convenire? Quæ communicatio luci ad tenebras? Longè minus in DEO Sacrata Virgine amor humanus cum Divino convenit. Quid ad hæc respondere valetis? Quid animo agitis, aut quid requiritis? Si unaquæque vestrum DEO se fovere Sponsalio devovit, cur hominibus placere gestitis? Si hominibus placere vultis, cur vos DEO despondistis? Beata est Sanctimonialis illa, scribit D. Hieron. ad Virg. Eustochium, in fine, quæ ut hæc Sponsa dicere corde atque ore potest, JESUS est amor meus, JESUS est Sponsus meus, JESUS est DEUS meus & omnia.

CAPUT V.

De prompta paratæque semper Obedientia Ven. Virg. Sor. Joannæ à JESU MARIA.

Angelicus Doctor, D. Thomas Aquin. 2. 2. q. 180. a. 8. probat suum more efficaciter, tres inter Virtutes, quæ Religiosum statum coronant, supremam coronam obtinere Obedientiam, Paupertatiq; atque Castitati lauream præcipere. Neque ambigendum est, quod Obedientia inter Virtutes tanquam eximium monile relucent, eod quod præcipuus animæ nostræ thesaurus, libera voluntas nostra DEO per eam offeratur. Virtus tamen hæc, tunc potissimum elucet præ aliis, cum nos principaliter ac sine medio DEO obedimus, & propter eum Præpositis nostris, quis ejus vices

gerunt. Discrimen inter utramque Obedire ne est, quod prior sit in consideratione DEO, an DEI, à quo præceptum emanat, homini præ nobilior, posterior sit perfectior propter Deum, qui Obedientiam se perfectior præstat. Voluntas equidem nostra, non gravem patitur contradictionem, ut DEO obediat, per se ipsum ac sine intermedio aliquid præcipienti, ac verò hominis præceptis parere, tamen si DEI intuitu id fiat, hæc sanè in re insignem experitur voluntas nostra repugnantiam. Quoniam ergo major reperitur fortitudo heroicusq; magis animus invincenda voluntate nostra, idcirco pro majori etiam illud virtute habendum est.

De perfecta Obedientia, quæ nimirum Ven. hæc Virgo Sacro Sancta Altissimi præcepta summâ excellentia implevit, ultra nihil dicendū videtur, quàm quod superiori Capite adductum est de Charitate, de qua veluti fonte integra hæc cum Divina voluntate conformitas profluit. Solum restat ut nunc aliquid memoremus de perfecta illius Obedientia, quam Superioribus suis exhibuit, in quo nucleus Virtutis hujus est situs, Excelens cum primis eo in genere eximiaque fuit Sor. Joanna. Siquidem ut Christum sequi posset, nihil aliud Sponsa ejus videbatur, nisi ut per omnia esset obediens. Puncta aliquot hic afferre est animus, quæ ipsa memorat, è quibus ingens illius amor virtutis hujus clarissimè perspicitur.

Num. 47. ita inquit, singularem donavit mihi D. DEUS gratiam, quod Obedientiam attrinet, nimirum quod peculiare mihi semper esset solatium habere quempiam
Ddd cui

Quam admiranda in seculo fuerit Joana obedientia.

cui obsequeretur. Cumque adhucdum versaret in seculo obediens fui ad ipsas usque ancillas, reperiebamque in eo gaudium & quietem. Gravissimè quoque sentiebam, quòd gratias mihi à DEO collatas spiritualibus Patribus aperire cogeret. Attamen quod silentium concernit, nihil unquam celavi, quippe quæ semper in metu essem, decipi me potuisse. Et si alioquin Domino sit notum, quanti mihi constiterit ejuscemodi favores prodere, quantumque sim ea ex causa perpessus: sed tamen deceptionis errorisque timore, hanc potius mortificationem subire malui, quàm obedientiam negligere, sic enim mihi spirituales Patres, quibuscum agebam præcepere, qui docti admodum ac sancti fuere.

Num. 65. post enarratas quasdam insignes gratias, quas in sua puerili ætate à Domino est consecuta, pergit deinceps atque ait: Omnes has, aliasque, permultas res mihi Dominus purè gratuitò concessit. Ego verò ut Creatura, non sat eas adverti. Postmodum verò memoriam complures earum subière. Et quidem certum est cogitasse me illas reticere, præ nimio rubore, quem inde contraxi. Per magnam tamen vim habet obedientia: siquidem cum eò ventum est, ut mihi ex Obedientia quidpiam præcipiatur, mille sim potius mortis subitura, quàm Obedientiam neglectura, neque aliter etiam facere possum, quippe quæ intorsus magnam vim impellentem persentiam, atque si ducta pudore, suppressere quidpiam velim, singularem intus cruciatum sentio, donec foras cum eo prodeam. Si verò quid

Quantam vim habeat Obedientia.

reticeo, illicò pœna mihi à Domino imponitur, quod profectò ingenti est dolori, siquidem cum Divina Majestas ad castigandam Janiam, quodlibet Domini verbum illi magnum est supplicium.

Num. 75. explicat se luculentius sequenti sermone. Diebus hisce cum in Oratorio essem cuperemque magno opere cunctis subijci hominibus, Divina Majestas mihi se visendam stitit, cum duobus SS. Patribus meis Francisco & Dominico. Contigit hoc vespere pervigilii S. P. mei Francisci, Majestas Divina ad me ait: Filia, summo ego perfundor gaudio ob tui deditorem desideriumque cunctis mortalibus obsequendi, nam ego ipse obediens fui usque ad mortem, illi qui me frui cupiunt, suam voluntatem nunquam non alienæ subdant necesse est. Atque his largam benedictionem mihi impertit.

Ex omnibus hisce propriis Christi Sponsæ verbis clarissimè colligitur, quàm perfecta, quàmque accepta DEO fuerit Sponsæ suæ Obedientia. Si quis tamen forsitan verbis ejus fidem habere nolit, operibus credat: inspicat etiam totum ejus vitæ tenorè, tuncque liquidò comperiet, totum vitæ illius decursum, perfectæ fuisse Obedientiæ curriculum. In tenera ætate Parentibus suis famula D. tan-
topere fuit obediens, ut nunquam jussa eorum præterierit, imò, quod majus est, præter suam voluntatem animum matrimonio adjecit, eò duntaxat ut Parentibus morem gereret atque complaceret. Matrimonio juncta, viro suo semper Christi Sponsa in tantum subiecta fuit, ut mandatis
ejus

Qui DEO frui vult, suam voluntatem alienæ subdere debet.

Joana cursum suum obediens.

ejus nunquam contraxerit, neque ad atroces plagas, cruciatus atque tormenta, quæ illi intulerat, os suum unquam aperuerit. In viduitate sua Curatoribus atque Conscientiæ suæ præsidibus adeo ex asse integreque paruit, ut in cætasibus etiam, Virgo obediens summâ velocitate jussa Præsidum suorum ad punctum impleverit exhauseritque. Dehinc in Religioso statu tantos in hac virtute Christi Sponsa fecit progressus, ut velle aliud non habuerit, quam unicum suorum superiorum, quod tunc liquidò deprehensum est, quando injunctum ei fuerat, ut DEUM exoraret, quò sibi stigmata impressa adimerentur. Mandato huic tam præstanti modo illa paruit, ut ejus postulationi DEUS pariter obsecundaret, eò quòd tantâ perfectione Superiorum suorum voluntati paruerit.

Confirmandæ veritati huic per bellum suppetit testimonium, Epistola videlicet, quam suâ manu Sor. Joanna exaravit, ad A. R. P. F. Joannem de Mata Prædicatorem Generalem S. Ord. D. Dominici, qui scriptis suis ita passim clarus notusque est, ut Sol radorum suorum lumine. Fuit is aliquanto tempore ejus Pater ac Dux spiritualis, eodemque planè tempore, quo Prælati stri&ioris Observantiæ S. Francisci, justis ex causis Monialibus S. Claræ Burgi præceperant, ne ulla illarum pluries in hebdomada, quàm binâ vice ad S. Synaxin accederet, cujus quidem rei causâ quædam ejus Cænobii Sororum stomachabantur, ausæ etiam intempestivo zelo Ancillam D. Joannam redarguere, quòd tam facilè paruerit.

Hanc igitur ob rem Sor. Joanna Epistolam spiritali suo Patri direxit, cujus hic tenor est. Monasterii hujus Virgines cum tantâ sint virtute præditæ, cupiunt quædam earum Christum D. quotidie, aut ad minus frequenter sumere. Præceptum porro est nobis, non crebrius quàm bis in hebdomada communicare, videlicet feriâ s. seu Jovis die, & Dominicâ. Prima, cui mandatum hoc intimatum est, ego fui: cumque me virtutis tantopere inopem, tamque parum Religiosam reperiam, præceptum istud magna cum complacentia acceptavi. Ut verò Sanctimoniales vidère, me ad S. Communionem non accedere, quòdque ego mandatum illud prompta volensque acceptâsem, adversatæ sunt mihi dicentes, cur me illi non opponam? Risi ad hæc affatim, quippe cur unica sit voluntas obedire, siquidem id meâ plurimum interest. Verba isthæc digna oppidò sunt, quæ omnium Sanctimonialium cordibus altissimè imprimantur. O præcella spiritûs politica! Mirata quidem es illos qui, quantum regimen statumque spiritûs attinet, præterlapsa tua tempora magnificè coronârunt, nunc verò haudquaquam cedis temporibus præteritis; sed & venturis serò annis in fastos historiarumque servies.

Difficultatem, quæ in rerum arduarum Obedientia enascitur, Sor. Joanna voluptate, quæ in securitate Obedientiæ reperitur, compensavit ita ut in Obedientia securitatem, in securitate quietem, & in quiete inter cætera ipsam etiam inveniret Obedientiam, talique ratione animasturissimè

Ddd 2 simè

In omni statu Obedientia Joannæ fuit eximia.

Unica Joannæ voluntas erat obedire.

Difficultas obediendi securitate compensatur.

*Qui Pra-
positis suis
paret, Deo
ipsi pareat
fallique ne-
quit.*

simè per viam virtutis ducitur. Ete-
nim qui Prælati suo aut Patri spiri-
tuali, qui locum DEI obtinet, obse-
quitur, DEO ipsi pareat. Neque pa-
tietur fidelis DEUS ut obediendo
unquam decipiatur, & contrario illi,
qui proprium sensum caputque suum
sequuntur, variis Diaboli parent illu-
sionibus. Quod apprimè notavit S.
Abbas Moyses, qui apud Cassian.
Collat. 2. cap. 10. ita dissevit: Prima ve-
ræ humilitatis probatio est, ut om-
nia instantia opera suo Superiori aut
Patri spirituali revelentur, atque in o-
mnibus arbitrium ejus quisque sequa-
tur, hac namque ratione homo non
errabit, sed directam tenebit ad Cæ-
lum viam. E contra si quis proprio
suo sensui obsequitur, nullum in vir-
tute passum promovebit, sed Diaboli
constrictus laqueis captivus tenebitur
Præcellus ille gradus, quem Obe-
diens Virgo nostra in hac virtute atti-
git, mirus ac singularis fuit, quando
nimirum ipsa nihil unquam, ne mini-
mum quid, sine spiritualis Patris sui
scitu egit. Nunquam illa bis aliquid
interrogavit, nec unquam ad præce-
ptum aliquid responsum dedit, pro-
prium namque sui amorem Sponsa
Domini tantopere subactum tenuit
mortificavitque, ut is nusquam se eri-
gere insurgereve in eam prævaleret,
tametsi alioqui ob amorem proprium
subinde scrupulus aliquis in conscien-
tia ejus oboriretur seseque proderet.
Cum hoc viatorio Obedientiæ ba-
culo progrediebatur illa in virtutis via
non tuto solum, sed quasi volatim
pernici ferebatur per angustum perfe-
ctionis callem; dum videlicet opera
nostra quæ suapte aliàs naturâ parum

valent, Obedientiâ velut Regio
quodam signaculo conspicua pretio-
sae redduntur. Veritas hæc, quæ in
bona Theologia pro cetera habetur, D.
Brigittæ Cælestis patefacta fuit. San-
cta hæc Vidua impendio decita erat
castigationi sui corporis, quod id eo
pacto Christi configuraret corpori.
Judicabat aliquando Confessor ejus
consultum sanitate gratiæ fore, piam
Vidua ab eisdem penitentia o-
peribus cohibere. Obtemperat illi S.
Brigitta, tamen si metueret remissio-
nem hanc fore sibi fortasse in pro-
gressu virtutis impedimento. Ut igitur
certa fieret, veritatemque eam ag-
noscere posset, apparuit ei Sanctissi-
ma Virgo MARIA, & ait: Vide-
ris, filia mea; Si duo unâ die jeju-
nio vacare velint, unusque illorum
actu jejūnet, eod quod sit dominus
libertatis suæ, alter vero qui Obe-
dientiam vovit, jejūnare intermitte-
re, quia Superiores ita ei præceperunt,
sanè scire debes hunc posteriorem
duplicem recipere remunerationem,
primam quod jejūnandi animum ha-
buerit, alteram deinde quod Obe-
diens fuerit. Spiritualem hanc lectio-
nem Divina Magistra MARIA disci-
pulae suæ Joannæ prælegit, Joanna-
que hanc etiam ad supremum jora &c
apicem adeo diligentè observavit, ut
si ne punctum unum inde præterierit.
Quamobrem meliorem illa gustum
reperit in obsequendo, quam
alii in percipiendo.

*Opera ex-
parum va-
lentia obe-
diendo red-
duntur pre-
tiosa.*

*Melioris
Obedientiæ
quam si-
tina.*

*Nihil sine
scitu Pa-
trium spiri-
tualium egit
Joanna.*

CAPUT VI.

De Apostolica paupertate sponse Christi Sor. Joannæ à JESU MARIA RLA.

PAUPERAS voluntaria est perfectionis decor, vitæque Religiosæ splendor. Quanti sacer sponsus virtutem hanc in sponsa sua faciat, egregie in Cantico Cantic. indicavit, dum non habitâ temporis alieni ratione, aliquando per noctis conticinium, advenit ad invisendam sponsam suam. Singularis ejus benevolentia & ingens amicitas verbis exprimi sæ nequit. Amantissimis eam, quò amantiores redderet, alloquebatur verbis, ut sequitur; *Cantic. 5. sponsa mea, amica mea, columba mea, immaculata mea. Quis verò non obstupescat? Dum illa deorsum tendit ad eum excipientem, inde ille se subducit. Culpamputanda erat sponsæ. Veniente quippe ad eam visendam benevolentiamque exhibendam sponso, sponsa nuda fuerat, ideoque ut condecorer sponsum deorsum delata exciperet, se prius vestire calceosque pedibus induere voluit. Sponsus porro ut sponsam suam bene convestitam calceamentisque proviam vidit, eandem deseruit. Ratione, inquit D. Hieron. in *Reg. mon. c. 3.* est, quòd quilibet similem sibi querit amatque. Quoniam igitur sacer sponsus totus pauper erat, imò nudus natus atque mortuus est, eam obrem amat querit que talem duntaxat sponsam, quæ illi in paupertate consimilis, temporaneisque rebus omnino sit nudata. Disciplina hujus instituta mature*

admodum cordi sponsæ suæ impressit DEUS, Joannæque eis imbuta, tam celeriter ad perfectionem est progressa, ut ea in virtute præmaturus licet perfectus tamen undiq; pater fuerit. Vix in anima ejus lumen rationis obtinuerat, & jam ad virtutem hanc ad extremum propendebat, ut omnia mendicabula in oculis penetralibusque cordis ferret; tantaque Christi sponsa in veneratione illa semper habuit ut profundâ corporis demissione ea revereretur, si quando forte oculis offerrentur. Denique à Juventute sua tam diu obtinendæ hujus virtutis gratia DEUM instantissime fatigavit, donec fidelis ejus affectatrix assequeretur, ut ipsa unâ cum Parentibus in egenorum classem redigeretur. Nullus unquam pignoratius mundo Euclio incubus opus, ita temporales sitivit divitias, atque Apostolica hæc Virgo paupertatem adamavit.

Ab eo tempore quo Cœnobio illata est, virtutem hanc in se longè demonstravit purius quam surum è fornace, quippe quam divinus sponsus in singulas horas ad cultum virtutis istius hortaretur. Inter alia tamen hortamenta, binâ potissimum vice virtutem hanc altè cordi ejus impressit. Primum eum Sor. Joanna Orationi aliquando dedita esset, divinam intuebatur Majestatem atque ad latus ejus S. P. Franciscum, in lacero malèque sartato valde habitu. Ambo illi profundè ad cor loquebantur, ut tanquam germana filia seraphicum suum Patrem in paupertate imitetur. Alterâ vice venit, dū in choro inferiori altaribus invisendis occuparetur, advenerat ad

D d d 3 fer-

*Quanti
in paupertate
voluntaria
quantique
DEUS
eam faciat.*

*Pauperas
querit a-
matque
pauper
Christus.*

*Christus
Joannam
ad pauper-
tatis amo-
rem varie
incitat.*

ferreos inferioris Chori cancellos, spectabili venustate juvenis, erat Sor. Joanna tunc videndi usu orbata, sed aperuit illi oculos DEUS, atque sic conspexit, quod prædictus juvenis apud se confisteret, qui etiam suavi blandoque inprimodum aspectu cor ei rapuerat. Vestis ejus erat valde lacera ac pauper, perque fissuras Virginea ejus purissimi nitoris caro apparebat. Agnovit illicò Sor. Joanna, divinum hunc sponsum suum esse. Ut verò eum ita propè nudum, maleque tectum in tam vili lacerna conspexit, tota ejus anima emollita fuit. Adhæc tantus ei tum Zelus amorque paupertatis altè impressus inerat, ut toto Religiosi statûs vitæ tempore, nullum alium in Cella sua ornatum habuerit, præterquam acutis angulis Crucem ferream 33 librarum pondò, ad suas exercitationes cum ei peragendas. Erat quidem famula D. quod colorem materiamque attinet, vestitu aliis Cœnobij sororibus haud dispar, semper tamen grosso paupere, petiatoque indumenti genere utebatur, una quidem ex parte Confororibus suis conformem se vestitu exhibendi animo, alterâ verò sponsum suum Christum

Cella ejus ornatus quis quali!

et vestitus. JESUM in paupertate ac nuditate imitandi. Nobile istud exemplar heu! quædam Monialium neutiquam sequuntur, uti D. Bern. inquit, quæ in vestitu non quærunt corpus contegere, sed excolere ac exornare. Sanè pudor est ingens, quòd Monialis in Claustro majorem nonnunquam curam ageret ornatus corporis, quam aliquam sæculo luxui dedita fastuque umens mulier, quodque sacra Virgo lus studeat vestitu corpus ornare,

quam animam virtutibus condecorare. Si Spiritus sanctus usque adeò damnat luxum fastumque in mulieribus mundanis, quid non faciet sponsæ Christo dicatæ? Quid oro cogitat ejusmodi Monialis? ait D. Cyprian, de habititu Virg. Cogitat fortè talem temeritatem impunitum iri? Frustra est cum obtendere nititur, quod honesta sit, nec ad complacendum hominibus se ornet comatque. Tam sollicita illa vanitas sola fat est, quòd in perpetua DEI offensa vivatur. Profanis ejuscemodi actionibus curi que dedunt sese, inquit D. Bernard. dedunt sese quædam sacra Virgines, aliæ ut suum corpus, aliæ ut Cellam exornent. Non ineptæ istiusmodi Monialibus obtrudi queat illud, quod D. Basil. cuiuspiam magno Senatori impropèravit, qui senatoria quidem Subsellia, deseruit, Monachusque effectus est, nonnullos tamen census redditusque ac suppellectilem reservavit, ita ut eo apparatu Monachus, quo senator prodiret, commodiusque jam viveret, quam in seculari conditione. Præmemoratus D. Basil. apud Cassian. lib. 7. c. 19. errorem illi sequentibus verbis exprobravit, Senatoris tu quidem locum deseruisti, animo ut Monachus fieres, sed neque Monachus es, quippe qui primum quidem perdideris, alterum verò assecutus non sis. Senatorem exuisti, Monachum non induisti. Exprobrat hoc idem non immeritò posset illis Virginibus, quæ quidem in magnas evadendi Dominas in mundo, spem deposuere ut Religiosæ sanctimoniales fierent, in Cœnobio verò neutrum sunt: neque magnæ quippe

cultus corporis sui Religiosi dicitur.

E h n p s e p d R

Religiosi commoda sectantes, nec seculares sunt nisi Monachi.

quippe sunt dominæ, dum juxta conditionem Claustralium nihil sunt aliud quàm pauperes humilesque Moniales, nec etiam pauperes humilesque sunt Moniales, dum secum agi sibi que serviri perinde cupiunt, ac si essent magnæ Dominæ. Perfacile paucisque gravis error iste emendaretur, si summum suum sponsum imitandi desiderio, nuditate paupertateque ejus speculi ac exemplaris vice uti velent, uti hæc sponsa Christi Joanna fecit, atque ea in te illis præluxit. Zelus hic paupertatis, qui in ejus corde exarserat, multò etiam luxit luculentius ad flammam incensæ illius Charitatis. Caritas ista nunquam non eam perurgebat ad subveniendum necessitatibus proximi, è contrario impellebatur paupertatis amore ad nihil habendum, imò nec id, quod alioquin ad necessitatem suam requireretur. Potuit illa tamen singulari dexteritate usa, & desiderio dandi & nihil habendi satisfacere, dum scilicet & nihil ei suppeteret quod erogaret, & erogaret, quo ipsa mereretur. Sequentia duo facta utrumque hoc abundè testatum facient. Cùm aliquando Sor. Joanna gravibus morbis pressa ob ingentem corporis imbecillitatem interiorem tunicam gelaret sub habitu, venit una quædam sanctimonialium in Cellam ejus & ait: Huc memittit Antistita, ut interulam tuam, pauperis cujusdam fæminæ cessuram usibus, tradas. Depo- nit actutum sponsa D. eam de corpore, Monialisque in manus consignat; non longè post Joanna Abbatisæ cõspectui sit obvia, eique se insinuat di-

cens: Reverendissima Mater, jam ego interiorem illam vestem tradidi, ut Reverentia tua mihi præceperat. Quam interiorem vestem? reponit Abbatisa. Illam ait Sor. Joanna, quam per illam & illam sacram Virginem auferri à me jussisti. Egone? Iterum inquit Antistita, nunquam ad teulam misi. Vestis illa semper est habenda, semperne tualis elargieris, quò ipsa indiges? Reverendissima Mater respondet Joanna, cùm mihi dicitur te id præcepisse, quid ultra cogitandum dicendumvè mihi restat? Negligerène Obedientiam debeo, & quidem in opere Charitatis? Neutiquam sanè, ait Abbatisa, sed ego nihil ejusmodi mandavi, neque ulla Cœnobij Virginum id asseverare queat. Magnam istud famulæ D. peperit sollicitudinem, cæpitque formidine pulsari, ne fortè in hoc dolus quispiam diaboli latitaret. Verùm Gloriosa Virgo S. Catharina Senensis, brevi eam ab anxietate ill. liberavit. Apparuit S. hæc Virgo S. Joannæ eadem nocte, aitque ad eam sollicita sis: ego illa fui, quæ à interiorem vestem postulavi, pro quada. a valde paupere egenteque fæmina.

Alià quadam vice dum in Choro inferiori erat, accessit ad Cancellos pauper fæmina cum infantulo in brachiis. Insinuat se apud Sor. Joannam & ait: Audi me sacra Virgo, libetne intuitu DEI charitatem eam præstare, mihi que velum obvelando capiti meo largiri? meum quippe vendidi ad sustentandum hunc parvulum. Respondit continuò ad miserationem flexa Domini Ancilla. Etiam amica mea; suum que cum dicto flammæum

Et nihil habere & necessitatē patientibus subvenire potest solers dexte: q. se. Religiosus

Sancti etiam à Joannæ pro indigentibus elemosynam petunt.

Et ipsa DEI Mater.

animum capiti detractum, summa cum animi voluptate feminæ tradidit. suscepit illud pauperula illa mulier, non sine maxima grati animi testificatione unaque cum parvulo suo videri desit. Dum igitur Sor. Joanna nocturno tempore in Cella sua devotioni se dedisset, adventit in throno Christus D. cum sanctissima Matre sua, duoque Angeli comites: Attulere hi supramodum elegans flammeum; quos Christus D. sequentibus allocutus flammeum, inquit, istud filia mea imponite. Obrexit illa Matris meæ caput, volo nunc ego etiam isto caput ejus contegere; Colligitur ex hoc liquidò nobilem hanc Eleemosynæ largitionem Monastica paupertati neutiquam adversari, nam alioquin minimè id probaret DEUS, cum tamen jam hic videamus, quod se gratum pro ea exhibuerit, Sancti illi, qui aliàs Majestatem ejus in paupertate tam eximie sunt consecrati, ejusmodi res non erogassent. Quis mortalium paupertati tantopere, tamque perfectè deditus fuit, atque Seraphicus P. Franciscus? Majoremne unquam Apostolicamque magis paupertatem spectavit hic Orbis, quam illius fuit? Si tamen DEI intuitu ab eo Eleemosyna peteretur, continere se haud potuit, quin propria sua indumenta largiretur, quantumcunque etiam superiores id ei prohibere conarentur. Fortè Charitatis hoc opus adversabatur Zelo illi, quem S. P. gerebat erga paupertatem? Minimè gentium. Ambæ potius è contrâ hæ virtutes tam bellè conveniebant, ut altera alterius actu & exercitio augeretur; estque sole meridiano clariùs,

quòd is qui ut egenum convelliat, ex charitate seipsum expoliat, necessariò pauperior fiat. Nostra Sor. Joanna tanquam germana perfectæque (ui S. Seraphici Parris Filia, igneum illius ardentissimæ Charitatis spiritum ex assè hæreditavit, ideoque nihil eis, qui DEI nomine interposito quidpiam ab ea petebant negare poterat. Suppetebat equidem nihil, præ magna paupertate, quod largiretur; dabat tamen quod ipsimet necessarium erat, nimirum ut tantò esset pauperior. Nudavit se cunctis quæ habuit, eò animo videlicet, ut sic nuda charitati evaderet conformior.

Non sunt reprehendenda ejusmodi munera ac largitiones in Sacris Virginibus, si cum recta ratione, consilio licentiaque spiritualis Parris aut Præsidis fiant, alia verò confectio-
num saccharatarum consimilium-
que dulciorum dona, quæ absque necessitate gravique causa erogantur, meritò acri pœnæ subijci oportet. Tales Virgines, ait D. Basilus, perinde agunt ac Regina quæpiam, quæ in servum à pedibus oculos conjecit, bonisque ac opibus Regij sponsi sui ejusmodi ambulonem pedissequum donat. Fortè una quæpiam ejus farinae dicit ò Domine, nulli ego do aliquid eò quòd eum amem, sed quia ille mihi dar, aut solum ut ab eo mihi aliquid detur, vel utriusque etiam hujus causa. O perbellum oppidò laqueum, ac mellissimam fraudem. Venenum dare, non est dare, sed auferte, quia non est aliud, quàm dare mortem & vitam tollere. In hunc verò modum donant viri muliebri sexus. At quid necessè habent sanctimoniales

*Largiri in-
argentibus,
quibus ipse
egreas, an
Religiosa
paupertati
adversetur.*

*qui sua vi
cessaria du
egeniò su
pauperior,
neque in
paupertate
tem possit.*

36

les cum ejuscemodi agere? D. Hieronimus talem ex hoc infert conclusionem. Si sæcularis quæpiam Virgo, ait ille, suæ deponationis die suimet ipsas obliviscitur, omnemque sui curam providentiæ sponæ sui credit, quanto magis id ipsum desponæ Christo JESU Virgini faciendū est? Adjungit porro his etiam nolle ejus Majestatem, ut sponæ suæ abundant superfluis, sed nec velie ut eis desint necessaria. Eam obrem sanctimoniales ex necessitate virtutem faciant velim, & cum virtute sufficientiam reperient.

CAPUT VII.

De Angelica Castitate Sor. Joanna à JESU MARIA.

PUtiissima Castitatis virtus propria dos est sponæ DEI. Dum nimirum juxta assertum sacræ sponæ in *Cant. Cant. 2. v. 1.* Divinus sponus vivit, degit, deliciaturque sola inter candida lilia, hoc est in solis puris Virginibus. Causa hujus est liquida & patens, quod nimirum mutuo desponæ similes admodum sint oporteat, posteaquam sponæ fœdus inire, atque eâ ratione ambo sint unum. Nec reperiri potest ulla inter duos unio, qui è diametro sibi advertantur, sed ubi utriusque unitur voluntas, ad quod proculdubio morum uniformitas requiritur. Quia ergo DEUS puritas ipsa est, vult ut sponæ suæ pariter sit pura. Hac de causa DEUS sponam suam Sor. Joannam à JESU MARIA adeo maturè ab omnino nayo ac labe impudiciæ servavit, ut octavo ejus ætatis anno per An-

gelos suos mirabili zona puritatis eam præcingi jussit. Cœlestis hujus auxiliij singularisque gratiæ præsidio Christi Sponæ ab omni connata affectionis sensu, impuriisque cogitationibus adeo immunis vixit, ut nihil eorum unquam per se ferit, perinde atque si Angelus esset in spiritu, sic textus habet, fortè legendum in carne. Non quidem quasi hoc in puncto castissimæ Christi sponæ defuerint certamina, sed certamen id aliud non erat, quàm plura semper in pudicitæ templo trophæa erigere. Quid Sor. Joanna non egit, ut virtutem hanc servaret ac tueretur? In tenera ætate dum formæ illius decus celebraretur, ignito ferro vultum perussit. Occasionem omnem quâ conspiceretur, nunquam non velut ignem flammæque Ancilla Domini vitavit. Jejunijs crebrisque flagellationibus cruentis castigavit excruciatque corpus, ut eò pacto omnem ei lasciviendi ansam subtraheret. Denique tam multas nobilesque in propugnanda hac virtute de hoste Sor. Joanna retulit victorias, ut ad eam remunerandam Regina puritatis MARIA, pretiosissimam illam coronam decoravit. Dum nimirum illa noctu esset in Choro, apparuit ei Sanctissima Virgo MARIA, coronam quandam gestans manu; erat hæc corona splendore non ac magnifico non absimilis corone illi, quæ olim in Cælo pulchre circumculo ex duodecim stellis componitur apparuit. Conjecerat Maternos oculos suos in filiam suam Joannam MARIA, aitque illi; Filia mea, Coronam hanc tibi offero nomine dilecti Filii mei, ob servatam toto vitæ tuæ tempore pu-

Sûmo studio Castitatem tuam tuamque ob rem coronam splendidam donatur à SS. V. MARIA.

dicendam. Regina mea, & Domina, respondit ancilla ejus, gratiam hanc favoremque non sum ego promerita, Quidquid in me boni esse potest, totum id à solo DEO meo provenit. Si pudoris gemmam servavi, illi gratiæ habendæ sunt, totum est illius gratiæ & conservatio, ego verò nullam in eo partem habeo, cur igitur mihi coronam imponere debeam? Responso isthoc accepto Regina Cæli MARIA eam Coronam vertici Joannæ imposuit, moxque disparuit, ac filiam suam coronatam reliquit, ut eâ ratione indicaret, quàm præclare hæc virtute Sor. Joanna triumphavit, nemo siquidem coronatur, nisi qui legitimè certaverit, uti nos D. Paulus fideliter commonet.

Cognitum nobis neutiquam est, sed uni DEO, quàm generosè pro Virginea integritate Sor. Joanna decertavit, quemadmodum vicerit ac triumphavit, aut etiam gloriâ & honore sit coronata; attamen non celavit nos divina Majestas, quibus usata sponsa ejus mediis ut sic triumpharet, pulcherrimumque illum, atque odoris præstantissimi intemeratæ pudicitiaæ florem conservaret. Primum medium fuit, singularis ejus ab omni humano consortio colloquiisque secularibus segregatio, ita ut cum D. Paulo posset dicere, Conversationem suam, dum adhuc in terris degeret, jam fuisse in Cælis. In omnibus ferè mortalium statibus Casta Virgo nostra aliquanto versata est tempore, nimirum | Virginali, Matrimonii ac viduitatis statu; nunquam tamen in ullo eorum cum quoquam hominum sermonem contulit nisi de DEO re-

Medium primum conservandi pudoris fuit ab hominum consortio sequestratio.

busve quæ ad spirituales emolumentum conducere possent; & hoc ipsum fiebat perarò & non nisi cum expressa suorum spiritualium Præsidium ordinatione. Observavit in eo cum primis divini sponsi sui sponsa præceptum, qui multoties eam commonebat, conversationem ejus atque consortium non cum hominibus, sed cum Angelis esse debere. Recenset id ipsa prorsus dignis notati verbis, quæ universas factas Virgines altè cordibus impressa gerere conveniret. Per sæpe, ait Ancilla D. num. 168. à Domino voluntatem ejus intellexi, quod videlicet mea conversatio esse debeat at cum Angelis & non cum creaturis: quia magnus ille zelator est: estque unicum mihi desiderium omnem conjunctionem actionemque cum creaturis devitandi, proposuique mihi omni studio, id seriò adimplere. Verùm mei Conscientiæ Rectores dicunt mihi, esse necesse ut ad multorum hominum solatium in Collocutorium me conferam. Sanè haud ego apta sum solatium cuiquam impartiri, aut usibus bonæ aliquis rei servire, Huc serviunt viri spirituales, non verò sine intellectu muliercula. Utinã ad aliquid essem idonea, possemque in re quapiam illi deservire. Hoc si se ita haberet, nã felix ego ac beata forem. Hactenus propria illius verba accepimus: sed hæc eadem nõ tam sublimi sunt loco habenda, ac ea quæ DEUS ad eam est prolocutus.]

Divina Majestas dixit aliquando ad Joannam, quòd zelo ingenti flagret, nec habere velit, ut sponsa suæ cum hominibus sed cum Angelis agant. Multa

cujus rei sapa à Domino com- monetur.

Multæ id præstant, quæ corpore à cunctis mundi actionibus se separant, & animo æquæ ac corpore orationi dedunt; agunt eo pacto & conversantur vel cum Angelis vel ipso DEO, qui Rex est & Dominus Angelorum. Quamverò deplorandum esset, si quæ fortè sponfarum Christi diversum ab eo ageret. *D. Joan. Chrysof. hom. 16. in Genes.* observat, quod cum DEUSEvam in Paradiso collocasset, Adamoque insigni formâ, prudentiâ eximiâ, supraque omnem modum viro amabili conjunxisset, adhuc tamen sacer textus non memoret, Evam ul- lum verbum ad sponsum suum Adamum protulisse, sed ait S. pagina in Paradiso eam cum serpente colloca- tam. Admiratur plurimum cœcitatē hanc *D. Chrysofom.* Quantum e- nimverò miraretur Virginem, quæ à DEO in claustralem translata Para- dyum, suoque unigenito Filio depō- la est, si inquam u'piam talis aliqua DEO desponsa, non attentâ tā ingenti beneficiâ cum pulcherrimo, suo, sapientissimo, deliciofissimoque spō- so sermones conferere negligeret, at- que interim cum diabolo serpentis formam induto ad cancellos collo- queretur? Quid oro talis una cogi- tate queat, nisi hoc solum quod a- ctione tali animam suam in lapsum in- teritumque inducat? Insinuat istud ipsum piæ cuipiam fœminæ DEUS, quæ aliquando cum adolescente non usque quaque honestam conversa- tionem in templo habuit. Dum i- gitur colloquio finito sacrum audit, sacerdotique ad elevationem sacræ ho- stie venit, visa est illi SS. Sacra-

menti species carbone atrior. Hâc ni- nimirum ratione eidem significare voluit DEUS, quid jam dictum col- loquium in anima sua operatum fu- isset, *Itin. Rad. p. 4. §. 18.* Inspexit idem ipsum limpidius perficiusque Pro- pheta Hieremias *Thren. 4. v. 7.* qui de Nazaraïs, idest veteris testamenti Religiosis ait, Principiò fuisse illos candidiores nive, nitidiores lacte, ru- bicundiores ebore antiquo, sapphyro pulchriores. Nunc verò, pergit ultra, denigrata est super carbones facies eorum, &c. Quâ verò de causa ab uno extremo ad alterum, scilicet à summa pulchritudine ad summam deveni- rint turpitudinem, nullam affert ali- am, quàm quod suis è Claustris e- gressi sint ad conversandum agen- dumque cum sæcularibus personis; ita ut hoc unum satis fuerit ad eos è candidis atros, è bonis malos, ex pulchris turpes, ex Angelis diabo- los efficiendos. Quot sacris Virgi- nibus id ipsum non evenit? Quàm multæ ortæ sunt ingenti fervore, & a- liquanto tempore candidiores puri- oresque nive se conservavêre, brevi verò post quia egressæ sunt ad can- cellos colloquendumque cum viris, sic sunt immutatæ, ut quæ Angeli an- tē spiritu fuerant, mox id effectæ sint, quot scienti omnia DEO est cogni- tum. Ut ergo sacratæ DEO Vir- gines corpore & animo Virgineum pudorem suum omni meliori ratione tueantur, cum primis eisdem incum- bit atque necesse est, ut hujus sponsæ Altissimi imitatione, terrenas conver- sationes vitent, cumque DEO, San- ctissima ejus Matre, nec non San-

*Religiosis
noci pluri-
mum cum
sæcularibus
colloquia.*

*Mirū quid,
quod Eva
non cum A-
damo, sed
serpente re-
feratur lo-
cuta.*

„ essem demersa, ubi plurimis frui-
 „ tum voluptatibus ac deliciis; seire
 „ tamen nequeo, quomodo modo eis-
 „ dem sum perfruita, mansique eo in
 „ statu longius multò quàm altàs. Ut
 „ verò rursus mihi sum reddita, plu-
 „ rimo tenebar desiderio, quidpiam
 „ de fruitione illa cognoscendi, sed id
 „ duntaxat intellectu sum affecuta,
 „ quòd magna pressaque appropriatio
 „ ac unio fuerit cum Divino igne,
 „ cujus virtute anima mea lique-
 „ bat, dissoluebatur, unumque fiebat cum
 „ D. DEO. Cùm igitur eam gratiam
 „ anima percepisset, vidissetque quòd
 „ reverti debeat ad agendum cum ho-
 „ minibus, seque onerandum ponde-
 „ re molestiarum, tristis me luctus &
 „ ploratus invaderat, qui è fundo ipso
 „ cordis proficisceretur. Unde anima
 „ mea in maximo summeque delicio-
 „ so permanit solatio, sic ut nihil ce-
 „ lare possem, sentiremque item in-
 „ gens desiderium solitudinis. In men-
 „ tem venere mihi Eremitarum an-
 „ tra, magnamque patiebar ob eo-
 „ rum felicem statum invidiam. Tene-
 „ barque quoque ingenti cupiditate,
 „ quantum esset possibile, in Cella
 „ mea persistendi, cùm enim in cella
 „ me videbam, in Cælo mihi esse vi-
 „ debar. Interiori potèd potiri solitu-
 „ dine studebam unice, qui profusus
 „ absconditus gaudiique plenus est
 „ thesaurus. O solitudo, tu tota plena
 „ es bonorum, tu locus es ubi anima
 „ gaudio diffluit, tu custos es virtu-
 „ tum, securus portus, reclinato-
 „ rium Sponsi, ubertas pacis, medi-
 „ cina peccatorum, locus Orationis,
 „ in quo suavissima dilecti secreta per-
 „ cipiuntur, sacrum tabernaculum, ca-

„ stum cubile, ac turris fortissima, in
 „ qua sese anima ab hostibus tuetur!
 „ O solitudo amica mea! Ne me ab-
 „ jicias, nam donec vivo te semper
 „ requiram, quoniam absq; te anima
 „ mea non est tranquilla, sed solam
 „ te agnoscit, ad te unam clamat, eo-
 „ que in desiderio perseverat, donec
 „ te potiatur. Quid plus oro dici
 „ queat, quo hujusce Christi Spon-
 „ sæ ingens amor solitudinis declare-
 „ tur? Cordi eam sibi sumebat tan-
 „ quam bonorum omnium scaturigi-
 „ nem, diversosque etiam præstituebat
 „ fines dum sola esse quæreret. Inter
 „ alios præcipuus is erat, quòd Ancilla
 „ D. solitudinem Cæli instar æstimeret,
 „ unde exclusæ sunt peregrinæ imagi-
 „ nationes, sensualium idearum, quæ
 „ per sensus corporales introrepunt, ad
 „ puritatem animæ inquinandam. Ju-
 „ xta hæc media, quibus Sor. Joanna
 „ sollicitè utebatur ad conservandum
 „ pulchrum nitidumque Virginitatis
 „ florem, insuper adhuc alia omnia, quæ
 „ sibi proficua arbitrabatur, suos vertit
 „ in usus. Dilaudat oppidò D. Bernard.
 „ in form. hon. vitæ. Orationem ceu
 „ apertissimum conservandæ Castitati
 „ medium. D. Hieronym. epist. ad Tu-
 „ rian. Jejunium, vigiliæ atque alia
 „ penitentis opera. S. Augustinus in
 „ Manual. c. 32. Meditationem vulne-
 „ rum Christi Servatoris nostri. Postre-
 „ mò quidam alius bene peritus Do-
 „ ctor. Mag. Avila sup. Audi filia. c. 14.
 „ commendat pietatem devotionemq;
 „ erga Gloriosissimam DEI Genitricem,
 „ nec non Venerabile Sacramentum
 „ Altaris, velut ad præactum finem ap-
 „ primè conducentem. Omnibus hisce
 „ nobilibus exercitiis Castissima Virgo
 „ Eec 3 nostra

Latus soli-
 tudinis
 quidque bo-
 ni præstet.

Varias-
 dia tuenda
 Castitati
 idonea.

Quibus o-
mibus Jo-
anna est usa
nostra sollicitè est usa: vixque etiã in
cujusquam Sincetorum vitã vel insti-
tutione aliquod remedium poterit
reperiri, quo non in vita sua casta hæc
Sponsa DEI fuerit usa. Hisce mediis,
potissimum verò singulari prærogati-
va benedicti illius Sponsi, per quam
ab omni carnalis appetitus tentatione
illam præservavit virtus hæc Casti-
monia in Virgineo ejus corpore sic
effloruit, ut hic in terris, ubi cum ho-
minibus degebat convivebatque, se
tam immaculatam puramque servã-
rit, velut si apud Angelos DEI semper
conversata vixisset.

CAPUT VIII.

*De profundissima humilitate Sponsa
Christi Sor. Joanna.*

MAter virtutum, fundamentum
omnis perfectionis est Humilitas.
E: sicut superbia testimonio D. Chy-
sost. hom. 15. in Math. fons est omnis
mali, ita humilitas scaturigo est om-
nium virtutum. Hinc uti Hildeber-
tus Epist. 71. ait, sequitur quòd ad
montem, qui ad Cælum nos ducit, in-
cessanter ascendamus, si per humili-
tatem semper descendamus. Quò
namque anima profundius ad terram
humiliatur, tantò ascendit altius atq;
à DEO exaltatur. Insigne hujus ve-
ritatis exemplar habemus in Sponsa
Christi Sor. Joanna, quæ præsertim in
Cælum se extulit, dum totã vitæ suæ
periodo summã constantiã sese demi-
sit usque ad terram. Nullos virtus
hæc, qui modò cum ea sunt colloca-
ti, latere potuit. Separatio ejus à con-
sortio humano, modestissima ge-

stuum compositio, in omni actione
candor & ingenuitas, in loquendo
audiendoque moderatio ac parsimo-
nia, hæc in quam omnia humilitatem
ejus clarissimè prodebant. Elucebat
tamen potissimum hæc virtus in opi-
nionem, quam Sponsa DEI de se ipsa
habebat, hæc ut liquidò agnoscat,
quædam Joannæ acta recensero, ex
quibus singularis ejus demissio per-
spicue elucet. Sed neque latentes
animæ virtutes melius noscere possu-
mus, quàm externo factorum ju-
dicio.

Caput atque origo virtutis hujus
initium sumit à gemina cognitione,
quæ etiã animam ad supremum hu-
militatis gradum elevare potest. Una
est propria suimet cognitio, per quam
vilitatem nostrã cognoscimus. Altera
est cognitio DEI, Divinæ videlicet
ejus Majestatis atque magnitudinis.
Ista cognitio reverentialem parit ti-
morem, illa verò profundam humili-
tationem. Harum duarum rerum
comitatu Sapiens ista Virgo ad supre-
mum usque humilitatis conscendit
apicem. Quantum igitur ejus pro-
prietiam suimet cognitionem attinet,
erat æstimatio quam de se habebat vi-
lis ad eò & abjecta, ut non se vilio-
rem solùm cunctis reputaret mortali-
bus, verùm etiam indignam se cen-
seret vel unius hominum consortio.
Eam ob rem crux illi acerba erat in
Cœnobio degere. Consuevit illa di-
cere; magnum esse pudorem, tali,
tam abjectæ vilique mulierculæ, qua-
lis esset ipsa, quòd tam sanctæ, tam
præstantes atque Nobiles Virgines
cum ea velut Conforore agerent. Ne-
que verò illa sentum istum, quem hu-
miles

*Cujus fun-
damentum
est vera
DEI
cognitio.*

*Semper as-
cendit ani-
ma si sem-
per descen-
dat.*

*Judicia ve-
ra humili-
tatis.*

miles ejusmodi cogitationes ei causa-
bant, dissimulare celareque potuit,
quippe quæ nullam Sacrarum Virgi-
num absque verecundo rubore colo-
risq; mutatione intueri posset. Imò tã
procul ea in re Sponsa Christi deve-
nit, ut aliquando perquam serio mul-
tisque cum lacrymis apud suum Con-
fessarium institerit, ut facultatem sibi
eribueret, à Reverendissima Abba-
tissa postulandi, ut facto se privaret
habitu, postmodum verò illa humi-
fusa pedibusque omnium Sanctimo-
nialium advoluta, vellet rursus habi-
tum expetere, & siquidem Antistita
petitionem non admitteret, conten-
tam se fore usu ac fructione ejus gratiæ
thesaurique minimè participem fieri,
edò quòd id haudquaquam mereatur,
Indigno etenim etiam Sanctissimum
vestimenti genus probrò est ac dede-
cori. Porro si citra sua merita iterum
à Cœnobii Monialibus Sacrum Or-
dinis indumentum impetraverit,
mansuram se denuo demississimã be-
neficii recognitione eis obstructam: si
nimirum videat solius DEI amore
tantam sibi charitatem esse exhibitam.
Erat Confessarius ejus prudens ac cir-
cumspectus, ideoque postulatam fa-
cultatem Sor. Joannæ dilectè negavit,
asserens ejusmodi humiliaciones esse
in Cœnobiis periculosas. Repulsam
passa abiit Joanna, ut apud Christum
summo cum dolore de ea conquere-
tur: Divinaque Majestas ad eam, Fi-
lia, inquit, esto morigera Confesso-
ri tuo, qui meus est locumtenens,
, non enim humilitas in eo sita est,
, quod tui est appetitùs, tametsi san-
, ctum id alioqui bonumque sit, sed
, in mortificatione tuæ voluntatis,

utque facias quod ego volo. Ne ta-
men desiderium tuum cupiditasque
inanis omnino cassaque sit, eam ego
tibi in aliud exercitium commuta-
bo. Per singulos dies Orationi dua-
bus horis vacandum tibi erit, unã
pro Ecclesia mea statuque horum
Regnorum orabis, alterã pro tuis
inimicis atque animabus in Purga-
torio. Ubi ab hac Oratione discesse-
ris, ad cujuslibet Sanctimonialis
pedes provolvitor, quæ fortè con-
spectui tuo se obtulerit, pravique
exempli, quod illi præbes, magna
cum demissione veniam petito. Au-
diebat disciplinam institutionemque
Divini Magistri humilis discipula, ne
verò quidquam, non appellato de ven-
nia Confessore suo ageret, præcepta
hæc eidem exposuit. Posteaquam er-
go Confessarius motum impulsum-
que hunc maturo expendit discussit-
que judicio, indulsit ei copiam eun-
dem in effectum deducendi, latere
secreti quidpiam in hoc arbitratus.
Obtentã hæc licentiã, abjiciebat sese
prona ad pedes omnium Sacrarum
Virginum quæ fortè illi fiebant ob-
viæ, orabatque singulas tanta cum
humilitate veniam, ut eas puderet
Sponsam Christi sic advolutam sibi
videre, vitabantque occursum, ac fe-
stinæ abscedebant, si modò minus
Joannam conspicerent, quò nimirum
tali ratione molestiam illam effuge-
rent.

Vilis hæc sui æstimatio effecit, ut
nunquam pateretur sibi à quoquam
præstari ministerium, licet id summa
etiam requireret necessitas. Anno uno
ante beatum è terris excessum, cum
Sponsa Christi visu orbata, ad eam
viribus

Mira sui
humiliatio-
nis Joannæ
invenia.

In quo sita
sit humili-
tas.

viribus destituta esset, ut vix pedibus
valeret insistere, spiritualis ejus Præ-
ses ad eam inquit, Mater, nemo pau-
perum cœcorum est, qui ductorem
non habeat; Charitas tua etiamnum
est capta oculis, insuperque infirma
ac virium impos. Insinuavit te apud
me certa quædam persona, quæ Re-
verentiæ tuæ ancillam sit procuratura
& sustentatura: auxilium hoc extre-
ma requirit necessitas. Cunctæ Sacræ
Virgines mihi asserunt, esse rem mi-
serabilem, videre tuam Reverentiam
ambulantem per Claustrum palpate
auras, repentem, atque ad passus pro-
pè singulos, in omnes impingentem
angulos, sequeludentem, dum non
videt quò quave incedat. Velis idcir-
co, Mater, proposito meo assentiri,
cum perspicias rectâ me id ratione
abs te petere. Quis eloqui satis queat,
quantum cor humillimæ Virginis
propositum istud contristârit? Toto
ea aspectu cohorrui, ruboreque suf-
fusa fuit, neque sine calentium lacry-
marum profluvio prudenti cum hu-
militate respondit: Reverende Pa-
ter, quidnam mihi dicis? Joannane
Rodriguez ancillam habeat, cum
ego in mundo nusquam digna fue-
rim, ut ullius ancillæ ancilla essem?
Sanè perbellâ hæc res foret! Quàm
id quadraret, quàm quivis ritu id
exciperet! Quid verò ad hæc di-
ceter DEUS & Orbis? Quæ fo-
ret de sua Reverentiâ opinio? Oro
per DEUM, Pater, ne apud me
ullum anaplus verbum ea de re fa-
cias, ni mihi vitam velis ablatam.
Responsum hoc illa tanto cum sensu
doloris dederat, lacrymis ac gemitibus,
ut ob mœrorem ejusdem, Patri

illi nihil remaneret animi ultra ea de
re aliquid movendi. Deinceps verò
ubi Sor. Joannæ morbi adeò increvê-
re, ut ei non esset possibile ad S. Con-
fessionem atque Synaxim, nedum ad
Cancellos descendere, nisi perquam
difficulter inter duas tresve Sancti-
moniales, adactus fuit sæpe dictus
Præses, ad eam iterum compellan-
dam dicendumque: Mater, adhuc
modum ultra id transire nequit, mo-
lestiâ tuâ & ipsam te spiritali privas
solatio, & ejus causâ privantur eo-
dem alii. Quare omnino decrevi sel-
lam curare instrui, ut in ea duæ an-
cillæ charitatem tuam deferant, quò
necesse fuerit. Altero isto proposito
in Ancilla D. dolor prioris recrudit:
& quoniam sermonem hunc ferre ne-
quibat, quæstia est Ancilla Christi;
Absque dubio, Pater, pigere tæde.
reque necesse est omnes, quòd ego
tamdiu vitam producam, quando-
quidem præmaturè illâ me privare
volunt. Jam ancillam dare mihi vo-
lunt, mox uti Illustrè Dominam
in sella circumgestare. Nequaquam
Mater, respondet Pater. Nolo ego ut
veluti magna Domina in sella porte-
ris, sed ut à duabus bajulis fimi onus
egeri in finario feretro solet, ita etiâ
duæ Ancillæ charitatem tuam de-
ferant in sella. Pater, reponit Virgo
humilis, quòd fimus ita portetur,
fit eò, quòd ille sit utilis, sed me quæ
nulli sum usui, quid attinet ita porta-
ri? Hæc profectò est mira quædam
exoticaque responsio, estque simul
non humilis modò, sed & perquam
acuta, multum rationabilis ac Sa-
piens. Unde facilè elicitur, pruden-
tem hanc Virginem è corde Divini
Magistri r.

*Pra humili-
tate non
admittit
Joanna et-
iam in sum-
ma necessi-
tate sibi ser-
vire quem-
quam.*

*Audi hoc
mirabilem
dialogum.*

*Et humi-
tatem Joan-
na admira-*

Magistri r.

Magistri sui humilitatem luxisse & didicisse, qui non habita ratione, quòd Dominus esset, tamen dixit: Non se venisse ministrari sed ministrare. Ita ergo illustres hujus virtutis radii in omnibus nostræ Domini imitaticis operibus eluxère. Potissimum tamen in hoc, quod jam nunc narrate volo. Erat præcipuè cuidam Sacræ Virgini, Franciscæ de Lerma nomine, neptis 19. circiter annorum ætate, quæ Tyrocinium in eo Cœnobio agebat, dicta Sor. Casilda de Lerma. Cùm igitur ambæ istæ Sponsæ Christi Joannam in Cella sua invisissent aliquando, ait prædicta Franciscæ: Mater, dic oro huic parvæ aliquid, ut discat bona esse Religiosa. JESUS! Sor. respondet famula D. Sor. Joanna; ego ne loquar aliquid, ubi tuâ Reverentia est; Rogo Mater, respondet Sor. Franciscæ, Dei amore id mihi præstes. Tandem post longâ instantiâ, permota est Sor. Joanna, ut juveni illi Sorori aliquid loqueretur. Exponebat igitur illi SS. Fidei nostræ mysteria, ut & permagnâ dignitatem Sponsæ Christi. Proterebat porò hæc tam emphaticâ sapientique doctrinâ, ut omnes præsentes præ teneritudine animi atq; devotione ad flendum ubertim permoverentur. Poterat etiam idipsum Joannæ complacere: at verò è contra usq; ad eò eam hujus monitionis pernituit, ut alterâ post die suo Confessario diceret. O Pater! ingens ego peccatum assero. Et quid rei est Mater? quærit ille. Enarrat ergo ei totum quòd modò dictum est. At verò Confessarius specie irati & stomachantis ei respondit. Estne hoc tantum crimè? Cur non, Pater? respondet rursus Joanna, quòd tam rudis ac stupida mu-

lier, qualis ego sum, præsumere audeat præ aliis plurimum peccatis Virginitatis institutiones ac præcepta tradere? Non hæc est ingens arrogantia atque superbiæ? Non est hoc præ grande crimen? Sanè ita ego existimo. Intuemur hic perspicuè quàm humilis Sor. Jo. à JESU MARIA fuerit, dū etiam agit pœnitentiam pro virtutis actu perinde atque ingens fuisset patratum scelus.

Abjecta hæc tui in rebus temporalibus æstimatio, inerat eidē pariter in spiritualibus etiam rebus. Omnes illa mortales reputabat virtute majores, se verò maximam totius Orbis peccatricem. Eratque opinione ejus certa perspicuaque veritas, quòd omnes à DEO immissæ plagæ pœnæque propter eam infligerentur. Perpendebat Sponsa Christi in corde suo omnes gratias ac beneficia, quæ à DEO est consecuta, agebatque in animo suo: Fuitne aliquis unquam in Orbe peccatorum aut est etiamnum, qui non se gratiorem exhiberet, essetq; sanctior quàm ego, si unâ duntaxat potiretur gratiâ, quas ego tanto numero accipio? Ego verò quòd plures mihi præstantur favores, eò minùs me gratâ exhibeo. Dico ego sanctè, quòd inter omnes creaturas vilissima maximeque sim contemptibilis. Dico item, nescire me, cur terra non dehiscat, ut me vivâ absorbeat, ignoroq; etiam, quâ me ipsam ferre sustinereq; queam. Insculperat cordi suo altissimè cognitionè hanc Sor. Jo. & quia se tam improbam reputabat, bonam de se hominum opinionem pati non potuit. D. Petrus Manlo Burgenlis Suffraganeus, erat famulæ D. plurimum addictus, frequenterque ad eam visebat. Quadam vice inter alia etiam sese precibus ejus

Maximâ se totius Orbis peccatricem audivit.

Idque quæ ratione quibusque ex causis.

FF commen-

Etiam bona facta sua ex humilitate presumptionem repræsentat.

commendavit, adhuc ultra adjiciens: Mater plurimum ego fido Reverentia: tuæ precibus, & quoniam fides nos edocet, esse in Ecclesia Catholica Sanctos, esse potest, ut Reverentia tua ex eorum sit numero. Nullum telum tam acriter penetrare posset illum cor humanum, uti hæc verba humilis Virginis cor penetravêre, cumque ea profertur audiret, præ doloris vehementia extra se abiit, neque illum eam consolandi supererat remedium. Accessit postmodum ad Sacramentum penitentia: alloquitur Confessarium uberrimis fluens lacrymis, profundisque cum pectoris gemitibus ac suspiriis cordis. Territus ad hæc Confessarius ait: Mater, quidnam habes? Quid tibi contigit? Pater, responderet illi Joanna, summo dolore affictior, quod cum ego maxima omnium totius mundi sim peccatrix, DEUSQUE satis agat, quod non meorum criminum causâ mundo finem imponat, meque ut meo in profundum inferni præcipitet, homines tamen tam diversam de me opinionem habeant, ut etiam D. Petrus suffraganeus in faciem mihi dixerit, esse posse, quod ego una sim è sanctis. Hoccine ferri queat? Reverentia Vestra proclamet ac dicat, quæ qualisque sim ego, aut si grave id sibi videtur, curæ meæ hoc permittat, e-gomet ipsa præstabo & eloquar. Res profecto est deploranda mundum ita falli. Loquebatur hoc illa tam copiosis cum lacrymis vivacique sensu, ut ambigi nequeat, Virginem humillimam idem penitus in corde sensisse quod agebat foris. Non equidem omnes homines id sentiunt, quod lo-

Verum vultumque humilitatis exemplar Joanna.

quantur, fatentur quidem aliqui ore se malos esse, idè hoc agunt, ut videantur. Ficta hæc ac personata humilitas duplex est superbia. Vera demissio necesse est è corde proveniat, ideoque Christus D. inquit. Discite à me quia mitis sum & humilis corde.

Talis omnino erat hæc humilis ejus Ancilla, eamque ob rem cum Divina Majestate tale pactum iniiit, quod propriis ejus verbis referre volo. Sic ergo inquit Vir. ipsin. 176. Rogabam Dominum, ut quandam largiretur mihi gratiam: nimirum ut licet ego pro quibusdam hominibus eum rogem, ejusque Majestas etiam eis præstet id quod ab eo postulo, scire tamè idem homines nequeant, cujus interventu tales eis Dominus gratias contulerit, ut eo pacto solius suæ Majestati gratias agant. Et ut eandem de causâ, si Domino placet ut ab eo aliquid petam, ac impetrem, id mihi aperire velit, ut hoc ita exequatur, quod quidem ingens mihi erit remuneratio; quod sciam voluntatem ejus eamque impleam. Cæterum oro ut dum nemo mei meminerit, tamen amicos ego mortales diligam eisque inservire cupiam, sic tamen ut id illi non sentiant. Ad hæc mihi ipsius Majestas dixit. Filia, grata mihi est petitio tua. Verumtamen honoris ac gloriæ meæ interest ut cuncti homines nôrint, quod tam debili tubo canali; qualis tu es, aquarum mearum rivis, misericordiæ que flumina in eos defluant ac deriventur, atque ut sic peccatores ad te clament, tu verò deinde ad me venias. Omnis mensa benignitas DEI mei! Qui non dispereo, dū considero quod ei non

servient

servierim? Qui non disrumpor præ
intimo dolore, quod eum non di-
lexerim? Felix est anima, ô Domine,
quæ tibi servit, teque amat ut dignus
es amari, ut dignum tibi est serviri!
Væ mihi miseræ! Cujus temporis ja-
cturam feci! O qualem pœnam pro-
merui! Quid me fiet? Ad quem
confugiam? Neminem pro me ha-
beo. Virgini MARIÆ non servivi,
nec Sanctis Cœlitibus, ut jam pro
me intercedant. Idcirco anima mea
nunc dolore confixa ac penetrata
est, cor meum sauciatum est, eum
ad eò mala sim & improba, ut nihil
unquam boni à me præstetur. Lau-
detur DEUS quod me toleret, quia
scilicet ille est qui est. Hactenus ver-
ba Sor. Joannæ attulimus, ubi sensus
ille doloris ejus cum primis est notan-
dus, quippe in quo singulare DEI mu-
nus exactissima humilitatis elucet.

Poterat Sor. Joanna de quolibet
argumento ac materia, (speciatim ta-
men quantum spiritum concernit,
summo cum acumine ac perspicuitate
disserere, proferebatque sensus suos
maximâ ingenuitate & candore, pro-
priis que prorsus & exquisitis verbis,
ita ut omnes qui cum ea egère, consilia
ejus expeterent, ceu Oracula quædam
essent, audiebaturque ab omnibus sum-
ma cum voluptate ac solatio animi. In
duabus tamen potissimum rebus visa
est sibi omnino dissimilis. I. in enar-
ratione culparum suarum & imper-
fectionum. II. in propealatione Divi-
narum gratiarum, quando videlicet
de statu animæ suæ rationem reddere
oportebat. Quod primum attinet,
vincebat eloquentiâ seipsam in expro-
bratione suorum defectuum, dum illa
scilicet errores suos tam disertis per-

spiciisq; verbis expromit atque in
imaginatione sua versabantur, produ-
cit in medium, ut ab omnibus, qui Sor.
Joannam non nôrunt, pro veritate
ipsa haberentur. At si fortè proposi-
tum haberet quispiam à DEO indul-
tos sibi favores palam facere, tum e-
nim verò loqui non poterat, ac velut
muta videbatur non aperiens os suum,
non licebat ei tunc usitata loquendi
formæ se accomodare, quinimo vide-
batur Ancilla D. oblita omnium, quæ
DEUS illi fuisset locutus, quæve con-
tulisset, et atque tunc necesse præver-
tere sermones ejus, rei que illius men-
tionem fieri, ut eo pacto pudorem
vinceret, perceptosque favores diluci-
dè indicare posset. Hæc profectò mi-
ta est, & exotica humilitas, ad pro-
prium sui laudè atq; commendatio-
nem nullum reperire verbum, & è
contra quod ad proprium contemptû
confixionemque servit, verbis copio-
sis ac redundantibus clarè foras pro-
dere. Præcipuum tamen in omnibus
hisce illud est adhuc reliquum, quod
Sor. Joanna semetipsam semper magis
magisque despexit, quod eam vivæ
Divinarum gratiarum aquæ affluen-
tius inundârât. Animæ perfectæ sunt
maturis spicis haud absimiles, quæ
quò magis fertiles granisque sunt gra-
vidæ, tantò profundius in terram in-
clinantur. Probè rôrunt ejusmodi
animæ, quod DEUS dona sua quasi
quosdam census certotque redditus
nobis dispertiat, quò eisdem nunquã
non acquiramus, quodque is post-
modum congesta exinde lucra à no-
bis requisiturus sit. Quoniam ergò
animæ Sanctæ in perpetuo degunt
metu, ne fortè creditis sibi bonis non
satis lucrentur, inde fit, quod DEI
Fff 2 dona

*est diserta,
inmanife-
statione
gratiarum
propè elin-
guis.*

*Joanna in
propealatio-
ne suorum
defectuum*

*Cur sancti
semper me-
morant.*

163. A non longo tempore
deprehendi, quod in eo genere sim
emendata, nam; et si nihil in me sit bo-
ni, videtur tamen mihi ea in me ma-
litia non residere, quæ hæcenus. Li-
cet, quod virtutem attrinet, nullam
incrementum reperiam; & semper
etiam videam, quod in bono parum
promoveam: experior nihilominus
indies semper plures DEI gratias,
quod non exiguum mihi sensum do-
loris generat, haud immeritò timēs,
nè fortè si Dominus iisdem in hac
vita me remunerari velit, pœnasque
in sequentem usque vitam differat,
conditio mea perquam misera ma-
laque futura sit. Per infinitam suam
misericordiam ne id fieri sinat Deus!
Sæpenumero ejus mihi Majestas di-
xit, ut in illo confidam, magnamq;
mihi securitatem salutis meæ præ-
stitit, at verò quoniã talem me con-
spicio, boni alicujus securã red-
dere me nequeo. Hucusq; loquitur
famula D. tam quæ liquidò ac dilucide
propriis his ejus verbis continua ejus
demonstratur humilitas, ut ulteriori
explicatione sermoni ejus lucem sim
ablaturus. Hoc solum dico, quod hu-
millima Virgo in enarratione totius
vitæ suæ, nullo alio utatur modo lo-
quendi, dum nunquã à DEO obten-
tam refert gratiam, quin simul suam
ingratitude memorando accuset,
suamq; imperfectionem cum Divinis
favoribus ita commixtim exponat, ut
Lector pene nesciat, Divinam mu-
nificentiam erga puram suam Creatu-

*Neque se-
cursi sint.*

ram, an verò Sor. Joannæ humilitatē
debeat admirari. Ex hoc patet iter
et rationem, quod aliquando desponsæ
Christo Virgines inveniunt. Vix illæ, o-
rationi se dedidère, vixque aliquem in
ea gustulum ac spirituale gaudium li-
bavère, & jam tum sui evadunt imme-
mores, ardent cupiditate sublimium
DEI favorum, oculos suos in futura,
quidve subinde fieri queant conjiciūt,
quid verò ante fuerint obliiscuntur.
Voluptatibus Divinis frui unice ap-
petunt, neq; in mentem eis venit vo-
luptates, quas in peccatorum illece-
bris habuerunt, deplorare. Non sic
veræ ac perfectæ agunt Virgines, quæ
in summis DEI favoribus, amicaque
ejus consuetudine, suam visitatē con-
temptibilitatemque semper ante ocu-
los ponunt. Postquã D. Paulus in ter-
tium fuerat Cælum raptus, ibidemq;
Sacratissima vidit auditq; mysteria,
sua nihilominus malè acta ita ante ocu-
los habuit, ut diceret: Non sum dignus
vocari Apostolus, qui persecutus sum
Ecclesiam DEI. Idem omninò juxta
doctrinam consiliumq; SS. PP. atque
Doctorum præstandum est cuius Re-
ligiosæ animæ, si perstare in gratia
constanter cupit, ad quod cunctis no-
bis apprimè serviet proficua institu-
tio, illuminatæ à DEO Præcepticis
ac Magistræ D. Theresiæ. Propriis e-
jusdem verbis placet hoc Caput con-
cludere. Propria cognitio, inquit
illa, nunquam intermittenda est.
Nulla in hac via ita magna est anima,
ut necesse non habeat sæpenumero
parva iterum fieri ac fugere. Nulla
etiam tam sublimis est Orationis
conditio, in qua non rursus incipien-
dum sit. Si quidè cognitio peccato-
rũ ac sui metipsum panis est, cū quo
nullus

*Nunquam
non ante
et a via lo-
psum habet
di præce-
lis, proprie-
q; cognos-
studen-
Religijs.*

„ nullus non cibus sit edendus, quan-
 „ tumcumque is præstans sit, in via
 „ hæc Orationis.

CAPUT IX.

De sublimissima Oratione, abrepta in
 DEUM Virginis Sor. Joannæ
 à JESU MARIA.

O Ratio sigillum est Virginitatis.
 Ideoque D. Greg. Nyssen, lib. de
 Orat. ait nullam virtutem concedere
 magis Virginem, quam virtutem O-
 rationis. Eiusdem prorsus mentis est
 Seraphicus P. D. Bonaventura, qui
 ultra adhuc, de progres. Relig. c. 17. ait;
 quod Monachiac Moniales absque
 Oratione sint perinde ac milites abs-
 que armis; in spiritali quippe bello
 ac militia, arma nostra sunt Oratio.
 In hac suscitatur fides, spes roborat-
 tur, Charitas accenditur. In Oratione
 instruimur ad perfectionem, inspira-
 tiones bonæ ferventer excipiuntur,
 boni affectus armanantur, proposita
 roborantur, scelera cum pravis propen-
 sionibus deprehenduntur, atque
 in notas referuntur, periculum item
 observatur, doloribus atque adversi-
 tatibus in ea obviatur, postremoque
 victoria coronatur. In Oratione in-
 quit Albertus Magn. de Virt. c. 73.
 DEUS agnoscitur, cognitus amatur,
 amatus inquiritur, inquisitus reperit-
 tur, reperto verò illo anima pervenit
 ad fruitionem. Quæ equidem in ma-
 teria Sor. Joannæ Illustris admodum
 & illuminata exitit.

A quarto ætatis anno sponsa Christi
 sese in meditatione exercuit, erantque
 interiora ejus cum DEO colloquia
 ita communia & usitata, multiplicia
 & suavia, nec non è contra rursus DEI
 benevolentia erga sponsam suam ita

multiplex, interiorique item gustui
 adeò arridens, tanquam si præstans i-
 stud & futurum in Cælis gaudium,
 non magno distarent intervallo. O
 quam felix est conjuncta Christo
 nuptiali fœdere sponsa, quæ sicut
 hæc sapiens Virgo voluptatibus, va-
 noque mundi consortio nunciunv
 remittit, & per frequentes devotas
 meditationes quietem in brachiis di-
 lecti sui divini sponsi quærît, atque
 sanctissimo ejus pectori velut mollis-
 simo cervicali indormit.

In vocali Oratione Ancilla D. pa-
 riter sese assiduo exercebat, neque in
 ea minoribus à DEO favoribus est
 dignata. Legebat singulis diebus An-
 tiphonas, versus atque Orationes san-
 ctorum, quos peculiariter veneraba-
 tur, sacra invisebat Altaria, eratque a-
 liis compluribus devotioni promo-
 vendæ aptis exercitationibus dedita,
 potissimum tamen magno Rosatio
 seu Psalterio 15. decadum, quod illa in
 meditatione pertinentium eò myste-
 riorum, tantâ devotione percurrebat,
 ac si aspectu interiore mysteria illa
 clarius quàm corporeis oculis intrue-
 retur. In dolorosis mysteriis penetra-
 bat gladius doloris animam ejus. Ex
 adverso in gaudiosis tantum ejus fuit
 gaudium, ut sibi jam in Cælorum
 gaudiis esse videretur. Inter Orationem
 Dominicam erat sponsa Chri-
 sti adeò abrepta atque in spiritu sub-
 levata, ut per sæpe ad se longo tempore
 non rediret, atque ita non rarò maximè
 diei spatium Rosario dicendo insume-
 ret. Diabolus porro ad laborabat Sor.
 Joannam in ea devotione impedi-
 re, dicens ignorare ipsam quid age-
 ret, quodque Angeli etiam istum O-
 randi modum derisui essent habi-
 turi.

Oratio Re-
 ligiosis
 quam ne-
 cessaria &
 quid præ-
 stet.

Quæ qua-
 lisque sue-
 ru Joannæ
 vocalis O-
 ratio.

*nequa illi
demonstro-
xumo opere
confidatur.*

atui. Tentationem hanc Ancilla D. aliquando Confessario suo aperuit, ac perquam lepidè addidit. Pater, diabolus quidem Pater est mendacii, hâc tamen vice veritatem dixit, nihil enim facio rectè, ut faciendum esset. Inter orandum Rosarium crebrò ad dexteram suam cospiciebat S. Angelum suum Custodem perquam elegantis formæ adolescentis specie, ad sinistram verò dæmonem terribissimi Æthiopis formam indutum. Elevabat brachia sua stygius hostis ad eam apprehendendam, at verò Angelus etiam sua ex adverso sustulit ad eam protegendam.

*Recitanti
Offic. B. V.
M. Christi
se ad-
iungit. Et
cum ea
psallit.*

Legebat quoque illa parvum Officium Beatissimæ V. M. atque in hoc meliori usa est consortio & adiutorio, dum non jam tutelaris, sed magni consilij Angelus, Rex ac Dominus Angelorum ei se adjunxit socium, cumque sponsa sua descendit ad orandum, quò nimirum sic devotionem remuneraretur, quam illa in hoc Officio suæ Sanctissimæ Parentis habuit. Singularis iste favor & gratia credi fortè facile nequirit, si non Sor. Joanna confitèrâ suâ ingenuitate atque candore id præstasset sæpenumero, ait illa, legimus cum Dominus com-
plures Psalmos, dumque ego Gloria Patri pronuncio, tunc ille caput suum inclinat ad æternum Patrem suum, & ego illud ad omnes tres divinas Personas DEUM Patrem, Filium ac Spiritum S. demitto. Ubi orare desimus, ego provovor in genua, ejusque SS. pedes exosculor, ejus porro Majestas mihi SS. benedictionem largitur. Posteaquam is disparuit relinquit animam meam

in maxima meæ vilitatis cognitione, plenam humilitate, cum ingenti desiderio internæ collectionis, majoremque in modum cupidam pro sua Divina Majestate multa agere ac pati.

Non minùs fuit Sor. Joanna à Divina Majestate gratiâ donata in Honoris Canonice, quas ex quo Conditum subiit, quotidie persolvit, neque unquam sive noctu, sive diu, tempore sacri hujus Officij à Choro absuit, nisi solùm cum ægra decumberet. Stabat Ancilla D. in Choro tam composita, tamque devota, tam abrepta animo atque in spiritu elevata, veluti si una esset è novem Angelorum choris. Non bene hoc ego dixi, melius Sor. Joanna dicit. In Choro inter divinum Officium, ait illa, ita sum in DEO, ut mihi videar, illic non esse præseas. Non quidè quod vel punctum apicemvè præteream ex verbis, qui alternatim per Choros dicuntur, verùm quòd sic inter illos beatos locata sum, ut dicere nequeam, quâ illic ratione modoque consistam. Domino utpote fonti hujus doni soli notum est, quânam se istuc habeat. Quid igitur mirum, quòd Angelica hæc Virgo tam læta, tam alactis, tamque sedulo Chorum adibat, cum in eo perinde versata sit atque si in Cælo esset? Si fortè lecto detinebatur, nec posset in Odeum concedere, tanta illi pœna erat, ut ad solatium lenimenque ejus miracula patraret DEUS. Erat Cella ejus tam longè à Choro absita, ut à parte una ad alteram, nè canoræ quidem quàm maximè tubæ sonus exaudiri posset, & tamen hoc ita omninò sit, clarè

*Qualis Jo-
anna in
Choro inter
divina Of-
ficia fuerit.*

*etiam in li-
cto decum-
bens cum
sororibus in
choro exi-
stentibus
miraculosa
psallit ac
precatur.*

tamen illa precipiebat, poteratque cuncta discernere, non modo quæ in Choro canebantur, sed etiam orabantur. Adveniebant quoque complures à Cælo S. Angeli ac Seraphini, ad assistendum ei, legebatque formula D. & canebat in lecto suo alternatim per Choros cum suis consorciis, quæ in Choro erant, totum divinum Offitium. Divinæ quippe voluntatis erat, ut sacrum Odeum in ejus Cella esset, quò nimirum Joanna solatio optato semper in Choro versandi, atque Majestatem ipsius laudum præconiis celebrandi perfrueretur.

Ex hoc colligere possumus, ingens bonum quo se ipsa mer sanctimoniales privant, quæ ex acedia Chorum adire negligunt, cum tamen circa illum dubiis suis sibi desponsis animabus maxima DEUS eo in loco bona impettiat. Revelavit id ipsum S. cui-dam personæ, dum nocte media in Oratione versatur idem DEUS. *In vit. S. Lutgard. lib. 1. c. 27.* Videbat illa quòd cujusdam facti Parthenonis Moniales, qui valde Religiosa pietate ordinatoque disciplina vigore florebat, dum ad Matutinum procederent, quælibet in à S. Angelo turrelati suo com. ncederet, Divini famuli isti, qui vissimo fulgebant lumine, custodiabant, sacras illas Virgines eisque serviebant ceu devotis DEI Regisque sui sponsis. Cum igitur Chorum ingressæ fuissent, suo se ordine Angeli collocarunt juxta sacras Virgines, ita ut Chorus uterque mixti videlicet Monialibus Angeli, summa cum reverentia & devotione Matutinum concinerent. Idem istud

Sor. Joanna crebro est visum; atque ideo plurimum contristabatur, si forte sacræ Virgines non debita cum reverentia & compositione in Choro consisterent. Dixit illa Confessario suo aliquando. Reverende P. unum est, quod æquanimiter ferre nequeo, scilicet quod quædam Moniales cum in Odeo in DEI conspectu Angelorumque ejus societate astent, ita nihilominus stent, ac si illic non essent. Respondit ei Confessor, forte animo eam tentandi. Forsitan tunc Moniales in Choro SS. Angelos DEI vident, aut Dominum ipsum. Ita omnino, Pater, ait Joanna, Pater, hoc cene illæ non videant? Perspicuum est ideas contueri, quoniam sunt me probiores. O miram sanè ac exoticam humilitatem, sanctamque simplicitatem! Possitne quisquam huic tam humili simplicitati non sat credere? Quia verò superbi reperiuntur homines, qui nimiam sibi arrogantiam imaginantur, quod soli illi præ omnibus aliis supremum cujuslibet virtutis gradum apicemque attigerint, ita etiam indubitatum est, humiles dari homines, qui in omnibus ac singulis virtutibus, quas in se advertunt, aliis mortalibus primas potioresque, humili suâ opinione partes tribuunt. Talis hæc erat verè humilis atque zelosa Virgo Opinabatur illa suas Consorores in Choro DEUM intueri, ut ipsa mer intuebatur, atq; ideo ægerrime ferebat, quod aliqua illic exigua cum reverentia modestiaque versarentur.

Zelus iste, quò nimirum omnes in divinis Offitiis tacito & composito situ corporis gestuque, reverentia, attentione mentis ac devotione age-

*Mira Jo-
anna sim-
phicitas, quæ
putat om-
nes alias vi-
dere quæ ip-
sa videt.*

*Magno se-
bano pri-
vane ex-
corpore et
Choro ab-
sentis.*

*Quid ap-
tur in choro
ubi devotè
divina ce-
lebrantur.*

rent, in causa fuit quod Sor. Joanna nonnunquam aliqua commotioris animi signa ederet. Celebrantur Burgi in D. Claræ Cœnobio statæ solennitates festa que majora exquisita Religionis pompa & Majestate. Igitur si qua raliū dierum videret Sor. Joanna, quod aliquæ Sorores Musica nimium essent intentæ, vel ob tumultum grandis populi concursus circumspicerent, aut una alteri loqueretur, tum enim verò dolor, illius tam atrox erat, ut expleto divino Officio in Choro remaneret, seque illic acerbissimo fletui ac miserandis gemitibus ita rotam dederet, ut saxa ipsa exinde, nedum corda mortalium dirumpi possent.

Miserabantur aliquæ sorores tantos Sor. Joannæ luctus, quærebantque ex ea: quidnam hoc rei est Mater? Cuiam tam acerbè gemis, ploras singulis? At verò Ancilla D. tora suo possessa zelo, reponebat. Charissimæ sorores meæ, quid me interrogatis? Videris tam exiguum honorem quem in Choro servamus, nostram incompositam, parumque moratam in divinis laudibus actionem, modi nesciam inordinationem, quâ in oculis divinæ versatur Majestatis, eandemque impudenter facie ad faciem inhonoramus atque lacessimus: & quæritis quid mihi sit, quid desit? Tantus contemptus tam amabili, tam excelssæ dignissimæque Majestatis, an non ipso sanguine cordis est deplorandus? O te modestissimam plenamque spiritu Virginem! Quam sapienter redarguit & castigasti ludibria, quæ à nonnullis Majestati divinæ irrogan-

tur, dum in tam sacro loco debitæ reverentiæ obliviscuntur.

Multi Theologorum sunt ejus opinionis, peccatum Adami atque Luciferi fuisse idem. Licet ergo Principes in pari culpa, pari quoque soleant libertate frui, videmus tamen quod Angelum DEUS damnarit, hominem verò in gratiam rursus receperit. S. Petrus Chrysologus inquit, rationem hujus differentię in circumstantia loci constituisse, quæ peccatum unius levius, peccato alterius fecerit. Peccavit Adam in Paradyso seu voluptatis hortu, & hæc præsumptio atque audacia tam magna non est, ut prorsus nullam veniam mereatur. Lucifer verò in Cælo, in Choro Angelorum constitutus deliquit, dum nimirum Angeli DEUM laudarent. Tali porrò in loco peccare, talique tempore ingens est contemptus, qui divinæ misericordiæ portas oppellat, Justitiæ referat. Considerent, velim hoc diligenter Moniales, curam studiumque adhibeant ad imitandam hanc Virginem, ut videlicet in Choro cum reverentia, attentione, ac devotione DEUM alloquantur. Custodiat illas DEUS, ne in loco illo, quo in gratia DEI eas esse oporteret, in disgratia ejus existant, atque cum sententia damnationis inde descendant, quæ illic DEI obtinere gratiam potuissent.

*Si Adam
Luciferi
peccatum
par fuit,
cur Angeli
damnantur,
homo
in gratia
recipiamus?*

admirandus Joannæ zelus honoris divini in eisdem laudibus.

* * *

CAPUT X.

*De singulari devotione Sor. Joannæ
erga Vener. Sacramentum, deque
gratis, quas in hoc illi Ma-
jestas divina con-
tulit.*

AD virtutum classem pertinent etiam illæ, quæ passim devotiones nuncupantur, eò quòd bona hæc opera, ad obsequium divinum, quod externis etiam actibus colendæ Majestati divinæ servit, eamque adorat, veneratur & laudat. Has inter est devotio erga Ven. Sacramen. non præcipua duntaxat, sed & fons atque origo cæterarum omnium devotionum. Quippe secundû doctrinam subtilis Doctoris scoti altissimû istud mysterium ac Sacramen. Sacramentorum in Christi fidelibus venerationem, reverentiam, devotionemq; suscitât, quam Christo Servatori nostro debemus. Doctrina hæc perspicuè & actualiterque in Venerabili nostra Sor. Joannæ à JESU MARIA eluxit, quæ omnem id, quod in se sanctum fuit, constanti ad sanctissimum istud Sacramentum devotione obtinuit & conservavit. Erat illa teneris ab annis instar solsequijs, dum videlicet Sponsa D. divini solis hujus, sublimissimæque mysterij radiorum amore capta, nunquam non, quoad fas esset, ad eum oculos converteret, tanquam scopum omnium suorum appetitum. Cùm in Chorum advenisset, ibant non solum oculi, sed & cuncti sensus ac potentia ejus ad tabernaculum, in quo illa expressè ac dilucidè Corpus Chri-

sti oculis animæ intuebatur, & quidem certitudine claritateque majore, quàm si corporeis illud oculis contemplata fuisset. Non tamen eodem semper modo Dominum videbat. Aliquando Salvatorem conspiciebat specie infantis, nonnunquam adepti maturam ætatem viri. Nunc apparebat ei vulneratus, mox gloriosus, aliàs in Columbæ forma, vel Agni. D. Chrysologus *Ser. de Nat. D.* ait: Quandoquidem DEUS homines amat, & summè amat, imò ultra omnem modum amat, quòd etiam eam ob rem, juxta Officij sui modum, se transmutet atque diversimodè visendum præbeat, ut variè illos benedicere & excitare queat. Imò, quòd plus est, dum famula ejus Joannæ rei divinæ interesset, aut coram Venerabili Sacramento versaretur, prodibant statim modo ac usu nitentes, supraque modum collucentes radij à Ven. Sacramento foràs, quibus cor animamque illius, veluti sagittis Dominus transfigebat, sponsaque ejus Joannæ suavissimâ divini hujus ignis vi in modum Phœnicis conflagrabit, & gloriosè coronabatur dum divinus de illa triumphat Amor.

Calor iste divini amoris incendij præquam dulcis, fortis & actuosus, caput & origo erat inexplebilis famis cupiditatisque divini hujus edulij. Quia verò in eo Parthenone non mittebatur nisi bis in hebdomadæ ad S. Communionem accessus, profundâ suâ humilitate palliabat mortificationem desiderij, quo in S. Communionem ferebatur; Tantoque minus in hoc prærogativâ quampiam usurpabat, quanto majorem virtutis ha-

G g be

*diversis modis in SS. Sacramen-
to Joannæ visendum se præbet Christus.*

S. Altaris Sacramentum quid in fidelibus operetur.

bebat præminentiam. Quam verò
 id acceptum divinæ fuerit Majesta-
 ti, jam nunc declarare est animus. Ap-
 paruerat illi aliquando Christus An-
 gelis suis comitatus, erat Dominus ve-
 ste sacerdotali amictus, gerebatque
 lancem seu patellam cum S. hostia sa-
 cro sanctis suis manibus, accedit que
 ad sponsam suam, alloquitur itidem il-
 lam summâ dulcedine ac dilectio-
 ne. Sponsa mea suscipere me vis
 an non? Dic mihi utrum habere ve-
 lis, ego namque statui tuo placito
 obsequi, Mi sponse, respon-
 det sponsa, notum est tibi de-
 siderium meum, cupiditas a-
 viditasque nec non & anxietas,
 quam ego sustineo tui potiundi &
 suscipiendi gratiâ. At nolim ego id
 fieri crebrius, quàm spiritualis Pa-
 ter mihi est præscripturus. Sine igi-
 tur me ardorem istum, sicim istam,
 angustiamque pati, nam in nullo ego
 à sancta mea societate me alienam
 esse volo, cum certa certum
 esse id, quod agit communiter, res-
 ponsum istud Regi Altissimo arrisit
 usque adeò, ut eam suavissimis benignis-
 simisque oculis blandè intuere-
 tur, ac diceret: Sponsa mea, summo
 mihi obedientia tua fuit gaudio.
 Confide in me, nusquam ego tibi
 deero. Suscipe me spiritali modo.
 hoc etenim tibi nemo vetare po-
 test, nemo impedire; tumque visura
 es, quid ego agam. Quod verò egit
 Majestas ejus, fuit, quòd in cunctis spi-
 ritualibus cõmunionibus ejus, amo-
 rem illi singularem demonstrârit, mi-
 rosque ac raros favores indulserit.
 Balneabat Abluebaturque nonnun-
 quam sponsa Christi ab eo in sanguine

acigne. Sentiebat illa per animam suâ
 quasi validos præcipitesque torren-
 tes lucis meare, quibus illustrabatur
 simul & cremabatur, perinde atque
 ardentes solis radij Crystallum non
 modò penetrant sed & illustrent.
 Aliàs sinebat sponsam suam per vul-
 nus lateris sui in se introire, ubi illam
 SS. sanguine suo potabat. Ut verò
 sponsa Joanna in Cœlestem istam
 Cellam vinariam introducta fuit, ad
 libitum bibebat de vino, quod ger-
 minat Virgines. *Zach. 9.*

Præparatio ejus ad actualementem Sa-
 cramentalemque Communionem fi-
 ebat ab ea summa cum diligentia. Er-
 rat tamea humilitas ejus sui que vili-
 pensio tam ingens, ut nulla unquam
 præparatio sufficere posset, imò tene-
 ræ illius Conscientiæ pavor erat adeò
 vehemens, ut Dominus ipse animare
 illam debuerit. Quâdam vice instante
 jam S. Communione sequentibus Do-
 minum verbis alloquitur. Nescio e-
 quidem, Domine, quo pacto ego ad te
 venire audeam; indignitas mea est ni-
 mis magna, reperioque me vehementer
 pudore suffusam. Tandem tamen ac-
 cessit eò sicut aliâ, dumque, uti con-
 suetum est, illa profert verba, Domi-
 ne non sum digna, ut intres sub tedâ
 meum, respondit ei Dominus. Si tu
 digna non es ad me accedere, ego pro-
 fectò sum dignus ut ad me venias.
 Quidnam vis? Visne me deserere? A-
 liâ vice cum ad S. Communionem Si-
 militer se præpararet, ad Dominum
 inquit: Rex meus, quâ hoc faciendum
 est? Quonam pacto possunt duæ res
 extremæ tantopere que ad versæ coire,
 tu ipsa puritas, ego pura, pura impu-
 ritas? Quâ ratione queant puritas &

Quanti Jo-
 anna ipsa,
 Christus
 Obedienti-
 am faciant.

Quid spiri-
 talis in ea
 effecit. Ci-
 mum, qui
 Christus illi
 frequentan-
 dam suavit.

Joanna ad
 Eucharisti-
 am functionem
 accedens
 humilitas.

& impuritas copulari unumque fieri & Age mi sponse, si tuo sedit animo, ut hæc indigna sponsa tua, tuæ accumbat mensæ, tum amplius & amplius lava me à multiplici iniquitate mea, donaque mihi vestem nuptialem; tali ego ratione ad te accedam, aliàs neutiquam. Hisce prolatis sensit Sor. Joanna in anima sua prædulcem quendam Cœlestem succum, cujus virtute amore succensa, suavique supramodum robore sublevata, cumque Majestate divina est unita. Eâ unione peractâ, singulari tenerâque admodum amoris demonstratio-
 ,, ne Dominus ait, Columba mea, a-
 ,, mica mea, sponsa mea, veni ad me,
 ,, donabo te puritate, quam tantopere
 concupiscis. Quis ejusmodi divinâ invitatione ac pollicitatione contentus non sit? Erat nihilominus hujus Ancillæ illius humilitas tam magna, ut semper adhuc in timore versaretur. Eam obrem statuit Dominus clarè diserteque sponsam suam alloqui, eo-
 que anxium illum timorem eliminare. Apparet itaque illi, atque de indigna quorundam peccatorum Commu-
 ,, nione questus, ait, Quid tibi videtur,
 ,, filia, de prævaricatione mundi, quod
 ,, filii illi, quos ego Omnipotentia
 ,, meâ creavi, vitâ meâ positâ rede-
 ,, mi, quos corpore ac sanguine meo
 sustento, ad me accedant, inique non
 ,, in domo mea solùm sed ipsa etiam
 ,, mensa mea oppugnent? Quòd tam
 ,, ingens stupor ac stoliditas reperia-
 ,, tur in mortalibus, ut indignè ad S.
 ,, Communionem accedant, ausintq;
 ,, Dominum, qui in æternæ lucis
 ,, throno dominatur, in sepulchrum
 ,, abominationis suscipere atque il-

*Christi D.
 quærela de
 indigna cõ-
 munionem
 peccatorum*

lic collocare? Cum que David pro-
 phetârit in ortuam carnem meam
 corruptionem haud visuram, cœgar
 ab hominibus vivens etiamnum vi-
 dere corruptionem ac tangere: O
 filia mea! Si me ita omnes recipe-
 rent quemadmodum tu agis, Tu
 eâ me puritate sumis, ut ab ingenti
 illa contumelia atque dehonestati-
 one mei relever, quam mihi in sa-
 cra Communionem inferunt. Cùm
 igitur ego tantam in eo complacen-
 tiam voluptatemque habeam, ne
 committas ut me illâ prives.

Hisce atque aliis ejusmodi bene-
 volentiæ testificationibus animata D.
 Ancilla S. adibat synaxin ad susci-
 piendam ipsius Majestatem. At ve-
 rò magnifica procedentis pompa
 comitatusque amplitudo, quæ illi
 aderat, cùm ad S. Communionem
 accederet, satis enarrari nequit.
 Quatuor Seraphici Spiritus qui ejus
 assistentiæ à DEO ordine ordinati,
 semper accensis cereis præ-
 bant; uno ex latere respabant eam S.
 Michael & Gabriel cum innumeris
 aliis cœlestibus Geniis. Ex altera parte
 erat D. Patriarcha Joseph cum Sanctis
 Dominico & Francisco, Clara & Te-
 resia, ingentique aliorum utriusque
 sexûs Divorum numero. Hæc tam
 in gloriosa societate procedebat Sor.
 Joana ad S. Communionem. Cùm
 ergò Altissimi sponsa in corpus suum
 sanctissimam Eucharistiam susciperet;
 sæpenumero percipiebat in ore atque
 palato, suavem valdè succum in expli-
 cabilis cujusdam suavitatis, Mane-
 batque internè cum DEO colle-
 cta, atque in ea collectione intue-
 batur animam suam, quasi è pu-
 rissi-

*Pompa quâ
 deduceba-
 tur ad S.
 Synaxin Jo-
 annæ.*

rissima Crystallo tabernaculum. In medio divini illius habitaculi sacrosanctum susceptum à se intuebatur Sacramentum, supra omne solis jubar coruscans. Quis porro edicere queat, quid divinum hoc lumen in ea operabatur? Sol in sua Cœlesti sphaera producit aurum in terris, quid ageret, si metallicas intra fossas veniret? Quid igitur non ille sol Justitiæ Christus D. egerit in corde sponsæ suæ? Non ille in illa aurifodina terram sponsæ suæ ad supremum usque Cœlum elevavit. Talius itaque gratiarum ejus Majestas compotem Joannam faciebat, quæ non perpetuæ solum sed miræ, exoricæ, raræque etiam essent. E multis unam duntaxat loco cæterarum enarra-

*admirabiles
gratia quas
in S. Communione
percipiebat.*

Erat aliquando à Sacrosancta Eucharistiâ perceptâ, Sor. Joanna in societate Sanctissimi Dominici ac Francisci in Cœlum sublata. Videbat in hujus Cœlestis Hierosolymæ medio super sublimem valde thronum Spiritum Sanctum, qui suavissimis eam verbis est allocutus. „Filia mea, in sanctissimæ Trinitatis „nomine spiritus connubium, quod „cum DEO isti confirmare con- „cludere quolo. Hæc ubi divi Dominicus Franciscus audire, Regiâ sponsa Joannam veste induerunt, carueumque pallium ei circumdedere, quod pretiosissimis elaboratum gemmis undique tralucebat: Gemmarum qualibet radiabat ut sol. Tum pennam attulere cum atramentario, ac nitente admodum membranâ, supra quam ista dextræ DEI digitus hæc exaravit:

Ego Spiritus S. qui à Patre Filioque procedo, dico: quod ego nomine trium, qui unus tantummodò DEUS sumus, confirmem spirituale conjugium, quod nobiscum inivit Joanna, quod tantumdem sonat atque gratia. In hujus veritatis fidem hæc nomine meo subscripsi. Ego Spiritus S. Ut ergo litteræ istæ confectæ fuere, Angelorum unus eas clausit atque obsignavit, deinde verò in corde Joannæ sponsæ Altissimi reposuit. Ab eo die adeò illa mutata sibi que dissimilis, inque DEUM tota transisse visa est, ut seipsam haud nosset. Tales elargitur DEUS gratias illis, qui eum dignè suscipiunt. Bonum mortalium, juxta præclaram S. Pauli ad Rom. c. 3. v. 14. doctrinam, situm non est in commestationibus, & sensuum oblectamentis, sed in devotione ad suscipiendum D. JESUM Christum, qui uti Concil. Trid. sess. 13. loquitur, in divino isto atque altissimo Sacramento, mortalibus divinitatis thesauros dilectionisque suæ divitias, cum vera libertate communit.

CAPUT XI.

De intima devotione Sor. Joanna erga Sanctissimam Virginem MARIAM.

BAldus Jurisperitorum præcipuus, asserit, cum Regina quæpiam Principem juvenem filium suum nobiliticui personæ conjungit, Virginem ejusmodi in filiam Reginæ illius evadere, idque arctiori etiam

*Sponsa Christi ar-
Etiore vin-
culo conne-
Auntur
Matri ejus,
quàm filii
adoptionis.*

etiam necessitudinis vinculo, quàm est illorum, qui alioquin in filios adoptantur. Ex hoc facillè colligi potest diversitas ingens inter alios Mariæ filios & Virginem Sor. Joannam; siquidem nos alii adoptivi duntaxat ejus filii sumus, longè verò alio sublimiore modo est Sor. Joanna. Etenim, uti libro primo memoravimus, ipsa Regina Cælorum eam Filio suo despondit atque conjunxit, eamque ob rem ætiori cognationis vinculo Mariæ filia est, quàm nos adoptivi filii sumus. Habuit quoque Sponsa Christi Joanna, Divinam hanc Matrem; Instructricem, exemplar, speculum, solatium recreationemque spiritus sui. Jam eodem libro primo diximus de devotione, quam quarto suæ ætatis anno, in recitatione Rosarii Beatissimæ V. exercuit. Perstitit in eo fervore toto vitæ suæ tempore, atque ideo Regina misericordiæ filiam suam Joannam permultis cumulavit gratiis, quarum complures jam enarravimus, cætera verò ex eo queunt argui, quod illa perscripsit ad Admodum Reverendum P. F. Joannem de Mata Prædicatorem Generalem S. Ordinis D. Dominici, de quo jam in hac historia mentio est facta. Hic vir doctissimus cū famulæ D. spiritualis Pater esset, spiritumq; ejus libenter explorasset, absens quandoque à Sor. Joanna certiozem se reddi per Epistolam petiit, de Rosario quodam, quod ei Dominus dederat, quodque illa in interiori suo cordis penetrati semper gestabat; ad hanc sui spiritualis Patris epistolam Obediens filia ei ad sequentem respondit modum.

Pater mi, quòd Reverentia Vestra ex me querit de Rosario illo, quod interiorius geto, ipsa omnino est veritas. Decurro ego S. hoc Rosario à tempore illo, quo usuratiõnis prædica fui. Cumque adhuc dum tenerâ ætate ac parvula essem, inque Parentum domo degerem, ut somnum propellere, atque pietate possem crescere, ajebam ancillis, ut jam tenebrescente vespere in meum cubile cacabum aquâ plenum inferrent, quò nimirum pulices introslire possent, sed non id eo fine fiebat, verum ut cum omnes sopore tenerentur, ego surgerem atque in medio illius aquæ nuda genu, flexo Rosario orarem, atque id ego sic egi, licet peractis esset hyems. Noctium earum unâ suprema Princeps Angelorum visendam se mihi dedit cum SS. Filio suo brachiis insidete, gerebat manu suâ pretiosissimum Rosario], in quo Crux erat pulcherrima, cum 5. pretiosis mireque nitentibus gemmis: eo Rosario è manibus Sanctissimæ suæ Mattis accepto, illi oculo meo injecit Parvulus, acor ergo Coronam illam, ac interius claritate maximâ unâ cum IESULO, qui ad jam dictam Crucem affixus est. A tempore illo statè Coronam illam oro cum meditationibus, quarum mentionem feci, & in eâ mihi unumquodque mysterium tam vivè representatur, ac si præsens illi adesse, eamque ob rem diu me in hac oratione detineo. At verò spiritus malignus totis conatibus est viribus, ut ab orando Rosario desisterem, dum persuadere mihi nititur, malè

ggg ; à me

„à me illam Coronæ orationem
 „persolvi, neque ullam in eo DEUM
 „habere complacentiam. Quoniam
 „verò spiritales mei Præsides mihi
 „præcepere nè Coronam orare in-
 „termitteram, ideo nunquam ab ea de-
 „stiti. Quilibet porrò vice dum in
 „ea precatione versor, ordine pro-
 „moventur grana seu Sphærulæ, quæ
 „valde pretiosi sunt lapides.

Jam velim pius quilibet Coronam
 istam consideret, ac tum reperiet e-
 jusmodi eam Coronam esse de qua
 gloriatur applauditque sibi David,
 dum DEO dicit: *Psal. 20.* Domine in
 virtute tua lætabitur Rex, quoniam
 prævenisti eum in benedictionibus
 dulcedinis, posuisti in capite ejus co-
 ronam de lapide pretioso.

*Admirabi-
 les gratia
 quas Joan-
 na conse-
 quebatur
 in recitatio-
 ne Rosarii.*

Pater gratiam istam, quæ in Ora-
 tione Rosarii semper illi obtingebat,
 quandam etiam aliam inter eam pre-
 cationem miram sanè raramque con-
 sequebatur, prouti perspicuè demon-
 strabunt propria Sor. Joannæ verba,
 quæ huc apponere voluimus. Dum
 „Pater noster, inquit illa, pronuncia-
 „rem, spectabam istum super om-
 „nem modum dulcem Dominum ad
 „dextram meam, non in figura qui-
 „dem sed rei veritate ac certitudine,
 „quòd apud me esset: tumque anima
 „ita se Divini hujus Domini sentie-
 „bat amore succensam, ut se ipsam
 „in seminimè reperiret. Neque tum
 „erant ullæ affectiones aut peregrini
 „amores, ullave res, quæ illi esset in-
 „festa. Reperiebat sese rotam imple-
 „xam, intricatamque vivo amoris
 „igni. Dumque ita bono huic esset
 „immerisa, aiebat ad Dominum: Mi-
 „Dilecte, si tu hic apud me es, quæ

ego dicere possum, qui es in Cœli?
 Et si tu in Cœlis es, quo apud me
 pacto es? Non dicebat hoc anima
 mea, quasi non intelligeret, totum
 hoc Maiestatem ipsius præstare pos-
 se, sed modo quodam mirabilis læ-
 titiæ. Continuo porrò insinuabat
 mihi Dominus, quòd ubi sedem
 sua Majestas habet, illic etiam ve-
 rum sit Cœlum & habitatio DEI.
 Hic anima mea in suo interiori pe-
 netrali stellatum constitutum Cœ-
 lum efficere se studuit, ad ex-
 cipiendum in hostem inquilinum.
 que perpetuum, tantum Regem,
 Hucusque habuimus verba Ancillæ
 D. Dum verò alio tempore istud
 perscribit spirituali suo Patri, ultra
 adhuc adjungit, nonnunquam
 comparuisse Reginam Cœli cum
 Filiolo suo in brachiis, infantem
 verò gestasse pharetram, sagittasque
 aureis spiculis cor ejus, quod è vul-
 neribus illis adeò est incensum, ut ad
 ignem illum totum colliquesceret, ac
 præ teneritudine, se per oculos ef-
 funderet. Habebat in his aliisque fa-
 voribus etiam partem suam purissima
 Virgo MARIA, quæ tanquam vera
 Mater, gaudebat de amore, quem
 Sanctissimus ejus Filius Joannæ filia
 suæ exhibebat. Testatur id Joanna
 ipsa sequentibus. Diebus hisce, ait illa,
 reperi me inter Filium atque Matrem,
 mille mihi tunc Dominus benevolen-
 tiæ indicia, demonstravit, ducebat-
 que Virgo Sanctissima sibi honori o-
 mne id quod Filius agebat. Sumpsit
 quoque illa de pulcherrimo nitidissimi
 monile, in quo collo suo perque retiosum
 intellexi que monile illius virtutem esse
 humilissimum.

humilitatis. Coligi ex his perfacile potest, quantum clementissima Mater gloriatur favore ac benevolentia, quam SS. ejus Filius exhibet illis, qui eam venerantur; & vicissim quantum benevolus favensque sit Filius iis, qui SS. ejus Matrem colunt.

Non oranda piis est solium Dei-para sed et imitanda.

Devota hæc Virginis MARIÆ filia devotionem pietatemque gerebat non in exoranda solum ea, sed imitandis etiam ejus virtutibus. Nulla Virgo gloriari potest filiam se Divinæ Matris esse, si ejus vestigia non sequitur, ejusque exercitia in exemplar speculumque sibi non statuit. Filia debet esse imago suæ Matris, ectypon porrò delineandum est juxta ideam ac prototypon, necesseque est sui Originalis lineamenta formamque referat. Existimant Moniales nonnullæ se magnas DEI Matris filias tunc præstare, cum festivitates ejus magnâ celebrant pompâ. Tota illarum devotio ac pietas consistit in convocatione concursuque multitudinis ad celebratam festorum: non student verò solitudini, sed nec ejus meminerunt, ut Orationem, silentium, aliasque hujus Virginis virtutes imitarentur. Hæc potiùs dicenda est vanitas, quam pietas ac devotio. Non sic egit nostra Virgo Joanna. Solennitates Sanctissimæ Dominæ nostræ illa coluit festivissimè, dum totâ die in Oratione versatur. Saragebat illa unicè virtutes, exercitationes atque opera, Reginæ Cælorum intueri, animo imitationis penicillo præstantissimam sublimissimi hujus prototypi imaginem, in tela animæ suæ exprimendi. Cessitque Sponsæ Christi pictura illa quam optimè. Siquidem

nuquam liberaliorem se DEUS exhibet, quam festivis celebritatibus suæ omnium excelssimæ Matris Unde quælibet ejus festo Divinæ isti Principi, dilectæ scilicet Sponsæ suæ Joannæ, peculiare gratias conferebat. Cunctas recensere, est impossibile, quædam duntaxat memorabimus.

In festis De-para speciales conferre gratias solet DEUS,

Anno 1645. die Natali intemeratæ Virginis MARIÆ, cum Sponsa Christi in Choro esset, omnes Choro egressæ sunt Sacræ Virgines, ut interessent processioni, quæ in ejusmodi solennitate cum deportatione imaginis Beatissimæ V. Dominæ nostræ ab eo Sacro cœtu per Cœnobium consuevit fieri. Erat per id tempus Ancilla D. tam cæca, tamque virium imposita, ut ei possibile haud esset in supplicatione illa cum aliis procedere, quapropter sola in Odeo remansit, eratque perinde tristis ac turbata, velut si tenebris esset involuta, eò quòd in tam eximia celebritate comitari Sanctissimam Virginem non posset. Dum itaque sic sola illic versatur, dictum illi est in aurem, Joanna, si procedere vis, age, erige te, siquidem haud tibi deerit, qui te deducat. Voce istâ tantum virium animique Ancillæ Christi accreverat, ut sine obstaculo consurrexerit illicò, supplicationique illi, absque eo quòd sciri posset quâ ratione, adfuit, auxilio nimirum Cælestis Societatis Angeli sui Custodis, qui comitis ei armigerique præstabat obsequium, dum scilicet is unâ manu Sponsam Domini brachio prehenso deducit, alterâ verò candidum ei cereum præfert, uti & aliæ simul Sacræ Virgines ferebant. Erat gratia hæc sanè

*Admiran-
dus Christi
in Sponsam
suam favor.*

sanè notabilis; at verò minuta intui-
tu ejus quòd Christus D. ipte illum
anteccederet, velut peculiaris amator
ab blandiendum Sponsæ suæ. Ante-
cesserat is aliquantum, priusquam an-
gulos ambitus attingerent, atque illic
Joannam est allocutus his aut simili-
bus verbis. Quid tibi videtur, Joana
mea, de hac Regina, quam Spon-
sæ meæ in Processione circumferunt?
An non perpendis invictam fortitu-
dinem, quâ eam virtute gratiæ meæ
formavi, ita ut primò sui ortûs vitæ
que momento hiantes inferni fauces
proculcârît? Nonne consideras, spe-
ciem atque decorem in quo nascitur?
Quidnam in hujus Auroræ compa-
ratione terrarum aurora habet, aut
nitida lunæ species, aut solis claritas
spectabile ac æstimandum? Specta-
runtne aliquando Cœli ac terra, præ-
ter me unum, tantam gratiam, tantam
venustatem, tam grande lumen,
splendorem tantum, ita micantem ignem,
tam puram flammam, tam plenam
gloriæ Majestatem, tam Divinum
in humana specie solem? Ab his-
ce affectuosissimis verbis erat Sor. Jo-
anna tota extra se abrepta, procede-
batque in profundissima meditatio-
ne excelssæ Majestatis, quæ hanc Cœ-
lorum Reginam DEIque Parentem
condecebat, simulque tota famula D.
tâ excessivi luminis radiis veluti præ-
stricta erat. Peractâ Processione in
Cellam suam se Ancilla Christi re-
cepit, ubi totâ die in hac eximia me-
ditatione cum ineffabili solatio spiri-
tusque gaudio mansit. Postmodum
ubi singularem gratiam istam suo
Confessario enarravit, dixit ei: Re-
verende P. nulla Seraphica lingua ex-

primere posset pulchritudinè, quam
ego sum contemplata, solus DEUS
qui eam creavit edicere potest.

In Purificationis MARIE festo
Sor. Joanna ab hac Regina suavissi-
mam aliam amabilemque quandam
gratiam est consecuta. Dum illa post
S. Communionem in Choro versatur,
exuberanti multumque anxio
anima ejus accensa erat desiderio, mag-
nificam illam spectandi processio-
nem, in qua Regia Mater ac Virgo
MARIA, cum Divino suo Filiolo
brachiis gestato Christi Joanna extra
se abiit, atque in spiritu Hierosoly-
mam in templum Salomonis perdu-
cta. Videbat recens exortum Solem
in brachiis Auroræ, scilicet Infantem
JESUM in MARIE ulnis templum
introeuntem. Occupabatur famula
D. tota in contemplatione tam spe-
ciosorum gressuum, gravisque ac mi-
rè compositi corporis gestûs, Augu-
stæ Majestatisque, plenæ modestiæ hu-
jus pulcherrimæ Cœlorum Reginæ.
Observabat defixos ejus humi oculos,
ac serenissimû totius vultûs Cœlum,
quod à propinquis Divini Solis radiis
tantò illustrius nitidiusque reddebatur.
Dehinc spectabat quâ ratione Regina
Seni Simeoni dilectum Infantulum
suum tradebat in ulnas, qualiterque
iste senecio dudum optatâ devotio-
ne perfunctus, Filium reddebat
Matri. Procubuit tum in genua coram
DEI Parente Sor. Joanna, orabatque
cum pro se cum pro aliis cunctis, pro
quibus orare tenebatur. Clementissi-
ma porrò Regina, non modò Joannæ
precibus assensum præbuit, sed & SS.
suum Filium dilectæ ejus Sponsæ Jo-
annæ in ulnas dedit. Enarrat hoc fa-
mula

*Joanna spe-
ctat myster-
ium obla-
tionis Christi
in tem-
plo.*

*Encomia
DEI Ma-
tris à Chri-
sto D. pro-
lata.*

22, mula D. sequentibus verbis. Hic
 22, ignotum est mihi, quid anima mea
 22, perleserit, solum hoc dico, quod
 22, ubi SS. Matri suum Infantulum red-
 22, didi, simul ei omne quod est in me,
 22, animam meâ corque meum tradi-
 22, derim. Ignoro etiam quemadmo-
 22, dum tunc vitam conservatim, nes-
 22, cio quippe quonam pacto ea vivat,
 22, quæ tales à Deo gratias consequitur.

Celeberrimus festivissimusque om-
 niunium Assumptionis dies erat huic
 piissimæ filiæ suæ Joannæ; siquidem
 in ejusmodi festivitibus DEI Filius
 cæteros inter favores, etiam istam ei
 præstitit gratiam, quod nimirum SS.
 Matri suæ gloriosum ex hac tempo-
 rali vita decessum Joannæ demonstra-
 ret. Vit. ips. n. 271. Erat illa tunc trium-
 pharum spatio in sublimissima con-
 templatione elevata, magnâque per-
 spicuitate ac luce clarissimâ intuebatur,
 quemadmodum mitissima Regi-
 na, ante suum obitum, vicinis suis va-
 le supremum diceret, atque inter eas
 tenuè pécülum suppellectilemq; di-
 videret. Circumstabat dehinc Joanna
 cum Apostolis lectulum in ejus obitûs
 horâ, contemplabaturque admiran-
 dum excessum illum, qui simul trium-
 phalis ac tristis, amabilis affectuosusq;
 ac luctuosus, fatalisque fuit. Denique
 videbat Reginam Cælorum mori: si
 tamen istud mori, mors vitæ ve termi-
 nus dici queat, quod multò magis Re-
 giæ gubernationis initium, quàm finis
 vitæ fuit. Siquidem Cælestis hujus
 Phœnicis vita magis Divini amoris in-
 cendio, quàm mortuali singultu, pre-
 mentisve lethi angore soluta fuit. Et
 si actualis hujus vitæ amor in illa vita
 constans perseverat, totaque exerce-

tur æternitate, profectò MARIA cū
 actuali charitate, in qua ex hoc mun-
 do decessit, in Cælum est assumpta,
 atque illic in æterna beatitudine Divi-
 nam hanc Charitatem exercebit in æ-
 ternum. Pergebat porrò Sor. Joanna
 in sua contemplatione; qualiter vide-
 licet die tertia gratus MARIÆ Filius,
 in singularis honoris Gloriosque suæ
 Parentis triumpho augmentum, ad se-
 pulchrum ejus descenderit, atque se-
 cundò animæ jam gloriosæ elegantis-
 simum illius corpus vinculo immor-
 talitatis univerit. Cernebat quoque
 Sor. Joanna, quemadmodum omnes
 Angelorum Chori ad hanc gloriosam
 anastasin comparuerint; atque ut hi
 Angelici Spiritus Cæleste suum co-
 ruscumque lumen, ludentibus inter
 se atque intermicantibus radiis, sum-
 mâ cum voluptate hac illac sparserint.
 Quandoquidem, uti S. Ildephonus
 memorat, ser. 1. de Assumpt. tota tri-
 umphans Hierosolyma è Cælo de-
 scendit, ad eomitandam in Gloriosa
 Assumptione deducendamq; in Cæ-
 lum Reginam suam. Intuebatur de-
 nique ut tota Cælestis Aula procedentium
 more ordine pulcherrimo
 disposita esset, itemque ut hæc supra
 omnem modum gratiofa pulchraq;
 Esther, innixa brachiis Divini Filii ac
 Sponsi sui, inter Cælestem triumphalis
 ac Divinæ Musicæ Symphoniam,
 supra nubes in Cælum sursum pro-
 veheretur, lucidissimis Cælestibusq;
 radiis Divinæ claritatis refulgens; &
 quemadmodum supra omnes Ange-
 lorum Choros exaltata proximè thro-
 no SS. Trinitatis assidens, veluti na-
 turalis Mater sui Creatoris in om-
 nium Creaturarum Reginam; ab eâ-
 dem

Hhh dem

Itemque
 decessum B.
 V. M. tri-
 umphalem
 que Assum-
 ptionem.

dem sublimiffimè memorata Sanctiffima Trinitate coronaretur. Gaudium portò, quod inde Sponsa Christi Joanna percipiebat, exprimi sermone non valet. Dum nimirum istam Cœlorum Reginam tam immenso honore ac gloriâ coronatam, atque ad tantam Majestatem evectam vidit. Solebat Joanna dicere in ejusmodi eventibus tantum esse animæ suæ gaudium, ut inde moriendum sibi foret, si non Divino miraculo in vita conservaretur.

*Virgini
Deipara
devoti celo-
rius aliis ad
sanctitatem
perveniunt.*

*Cur Chri-
stus mori-
caput incli-
nârit ratio
pulcherri-
ma.*

Largiebatur filix suæ Joannæ gratias ejusmodi, omnibus festis suis Puriffima Virgo MARIA, unde argui facile potest, quàm benevola favensque sit DEIPARA illis, qui eam colunt ac venerantur. Quapropter ii etiam qui in hanc misericordiæ Matrem devotione feruntur brevi spatio temporis ad perfectionē sanctitatemque pertingunt. Deniq; uti Christus Dominus inquit, quòd ipse sit via ad Patrem, ita pariter Sanctiffima Virgo MARIA recta est via brevi tempore ad Christum perveniendi. Id nobis in Cruce sua Christus D. innuere voluit, cùm in obitu suo, versus Matrem caput suum inclinaret, perinde atque si nobis omnibus dicere vellet: O vos filii hominum! Cupitis, (nam ego nunc morior,) viam nōsse, quæ ad me ducat? Agite, hic illa præsens adest, Manus meæ pedesque, ut cernitis, clavis trahi sunt affixi, idcirco capitis mei annutu vobis viam demonstrato. Mater mea est via. Qui hâc graditur viâ, compendiosum ille iter tenet, quod omnes etiam sancti trivêre. Viam hanc pariter Ven. nostra Virgo Sor. Joanna eousque emensa est. Per

hanc Sanctimonialibus quoque incedendum est, quæ fortiore nexu devinctæ, plus aliis obstringuntur, ut sint benigniffimæ amabiliffimæque hujus Matris filix, eò quòd Sanctissimo ejus Filio sint desponsæ.

CAPUT XII.

*De invicta Patientia donoque perseverantia Ven. Joanna à JESU
MARIA.*

Sponsus Divinus in Canticò Cantic. ait Sponsa: Sicut lilium inter spinas, sic amica & Sponsa mea. Quod tantundem est ac dicere, inquit D. Bern. quòd plùs illud spinis pungitur, tantò etiam magis bonus ejus odor diffunditur, & Sponsa mea tantò magis doloribus, tribulationibus, adversitatibusque infestatur, tantò etiam suavior est odor virtutum quem ex se fundit. Ex hac vitæ sanctæ historia, abundè animadverti potest, quòd Sponsus Divinus in adducto nunc typo Sponsam suam Joannam nobis ad vivum depinxerit, quippe quæ quò magis visibilibus invisibilibusque spinis infestabatur atque compungebatur, eò etiam latiùs bonus Patientiæ illius odor diffundebarur, sic ut dolorum ejus acerbitas, aliud non ageret, præterquam quòd triumphatricem virtutum ejus fortitudinem longè lateque divulgaret. A marito suo Sponsa D. 40. annorū spatio nunquam non martyrizata fuit. Adhæc toto vitæ suæ decursu, veluti doloribus Inferni circumdata vixit, dum famula D. à stygiis hostibus infernales prorsus poenas perpeteretur. In hoc tamen tam vario

*Joanna li-
limum inter
spinas &
quid hoc
sit.*

vario ac indefinente acerbissimo luctamine, nunquam in ullam interiorum inordinationem delapsa est, aut externè etiam pusillaminis dejecto ve animo est effecta. Spiritus ejus Serenitas, nullâ unquam est procellâ tempestateq; turbata, omnis ad hunc immobilem scopulum illisa vis fluctuû evanida fractaque fuit; retrò ferri omnes, invictæque ejus fortitudini sese dedere cogebantur. Præter hoc etiam Domino placuit manum suam in Sponsam suam mittere: consuevitque Divina hæc manus haudquaquam lenis esse ac lanæ, cum ei fortè propositum est amicos suos probare, uti apparet in patiente Jobo. Job cap. 2. Dum etenim stygius hostis istum sanctum virum primâ aggressionem dejecte nequit, petit ut DEUS ipse manum suam extendat, bonique Jobi ossa & carnes tangat. Igitur electam istam Sponsam suam Joannam Divina Majestas diversi generis infirmitatibus acerbissimisque doloribus velut aurum in fornace decoxit, probavit, ac depuravit. Sexto ante obitum suum anno ancilla hæc D. aded atrocibus, dolorosis, fatalibusque accidentibus visitata fuit, ut sine peculiari auxilio DEI, humanum corpus nihil ejuscemodi ullo pacto perferre possit. Invaserat primò eam repenti enorme frigus, ita ut penè diriguisset frigore videretur. Hoc sequebatur tantus calor, ut viva in tali incendio propemodum cremaretur, atque ita perpetuâ vicissitudine caloris ac frigoris Virginis patientissimæ corpus noctu diuque usque aded emedullabatur & immutabatur, ut foris quidem totum atrum tetrumque, intus

verò ossibus extra compages dimotis dissolutum esset; ex quo sequebatur, quòd Conforores ejus longè exaudire possent Joannæ ossa crepare aded, veluti si vi magnâ mutuo colliderentur. Totum etiam illius corpus penetrabant enormes, miræ, peregrinæ, exoticæque ægritudines, ut impossibile sit eas non solum percensere, sed vel animo comprehendere. Querebatur nunc tota ars Medica, insolitarum istarum infirmitatum intuitu, de sua scientia, cujus jam fidere legibus, regulis, ac aphorismis non auderet, neque ullam in tot tamque variis voluminum præceptis, doctrinis atque institutis reperiebat satisfactionem, eratque aded ars accusatrix suorum auctorum ac præceptorum. Quandoquidem ergo dolorum istorum infirmitatumque causæ nullâ valerent agnosci ratione, adducebant Doctores Medici excusationes apud Sacras Virgines dicebantque: Ægritudines istæ supra nostram sunt scientiam; ab altiore illæ causa ac origine proveniunt. DEUS, qui hæc ita ordinavit, etiam meliorare omnia atque sanare potest. Atque ita nullo humano remedio valebant Sor. Joannæ opitulari; sed compassionem duntaxat ingentem habebant cum doloribus ejus. Cujus rei nobis paradigma ob oculos ponunt Angeli in amicis patientis Jobi, cujus quidem afflictionibus illi testimonium dare poterant, at nullum afferre remedium.

Spectabant ergo Sanctimoniales quàm ægrè anhelitum duceret Mater sua Joanna, intuebantur ejus deliquia, angores ejus atque ærumnas, omninoque nec sanè abs re, opinabantur,

H h 2

Quos nec
nosset Me-
dici, nec iis
mederi pos-
sent.

à DEO
varis ex-
ercetur
morborum
generibus.

bantur, cum fatalibus ejusmodi symptomatis ac doloribus, naturali modo, vitam consistere non posse. Quamobrem Antistita Cœnobii cum Patre spirituali Joannæ præcipiunt, uti Dominum precetur, quòd eam juxta Divinum suum beneplacitum pro hac vice in vita conservet, quandoquidem id Superiorum opinione servitio ejus magis conducibile sit futurum. Morem præcipientibus gessit humilis filia Joanna, oravitque Dominum, ut jussa fuerat. Porro Majestas ejus respondit. Filia mea, perquam grata mihi tua est obedientia, advenioque nunc, ut vitam tibi prorogem, hâc tamen conditione, ut plus adhuc patiâre, quàm hactenus es perpessa; ideoque vide sis, an tali cum vectigali vivere tibi placeat. Domine, respondit famula ejus, id solùm ego volo, quod est tuæ voluntatis, precorque ut in omnibus ac per omnia Sanctissima tua voluntas impleatur. Ab eo tempore, toto vitæ ejus residuo, per 6. integros annos, omnibus horis in hoc bene aptato concordique instrumento, dolorum chordas magis semper magisque intendebat Dominus, ita ut dilectissimæ suæ Sponsæ supplicia, posthac ingenti furore ac rabie in eam saevierint, erantque simul earum afflictionum operationes communi naturæ cursui usque adeò contrariæ, ut eam patientia nutriret, mala sustentarent, dolores vitam ei adderent. Tristes hi prodromi, sunt quidem aliqui propria mortis instrumenta, quæ illam aut secum adducunt, aut ad minus accelerant; nunc verò erant apud Sor. Joannam officii sui immemores,

aut saltem aliâ vi maiore impediti atque ita mutati, ut pro eo quòd mortem accelerare deberent, è contrario Sponsam Christi efficerent robustiorem. Erant quidem externâ specie infirmitatum instrumenta, sed revera erant medicinæ salutis, conferebantque vitæ Sor. Joannæ novum robur ac vivacitatem, cum aliàs mortem secum afferre debuissent. Tali ergo ratione prodibat Ancilla Christi, parte unâ vivens, alterâ verò propè mortua. Neque unquam vel momento uno persona ejus desiderabatur in Choro, ullove puncto dolororum suorum exercitiorum, ita ut ingens quoddam esset in ea videre portentum, qualiter scilicet vivum istud mortis simulachrum, in quo nihil esset nisi pellis & ossa, irrequieto labore occuparetur. Tam gravè istum cruciatum aliâ peracerbi sensûs mortificatione cumulavit DEUS, nimirum cœcitate, tametsi ipsa Sor. Joanna plurimum huc contulerit, dum jam acerbissimam Passionem Sponsæ sui, modò Orbis terrarum peccata deflet, atque ita ardens amatrix ac Sponsa Christi tam copiosas, tam calidas, ac propemodum igneas profundebat lacrymas, ut in modum ignis ardentes illi oculos efficerent. Adhæc erant illi cruentæ quoque scaturigines, multique non absque ingenti stupore hunc oculorum ejus spectarent sanguinem: atque hinc cœcitas originem traxit, licet illa jacturam istam corporalis visus lucrum reputavit, uti etiam revera Religiosis hominibus cœcitas lucrum est, eò quòd tantò magis Divinas res

Prodigium
Patientia
est Joannæ

Cœcitas
Religiosis
est lucrum

con-

Christus
D. in vita
conservat
Joannam
ut plus pa-
tiatur.

contemplantur, quò terrenas minùs
conspiciunt. Præterea sic mundus
nunc est constitutus, ut cæcitas
magnæ felicitatis divinæque bene-
dictionis loco sit habenda, ne videatur
quod in mundo est. In omni ea
calamitate solùm id Ancillæ Christi
grave accidebat, quòd opinione suâ,
suis esset Confortibus valde molesta
& gravis, quia illas jam porrectione
manûs, modò hinc inde deductione,
atq; aliâs in ejuscemodi necessitatibus
opem manumque commodare o-
portebat. Quamobrem orabat illa
quidem DEUM, ut semper esset quod
pateretur, idque forti perferret ani-
mo, petebat tamen & ultra, vellet il-
lius Majestas juxta beneplacitum su-
um ita rem disponere, uti ejus causâ
Consodales suæ ne in minimo impe-
direntur, aut gravamine aliquo mole-
starentur. Ad hæc respondit D. in se-
quentem modum: sponsa mea, sem-
per à me Crucem expetiisti, ego quo-
que semper eam tibi sum largitus, eò
quòd in tolerantia tua summè mihi
complaceam. Quod nunc pateris
summè mihi est gratum, ceditque
ad majorem tuum profectum. A-
more igitur mei excitare ad patien-
dum: ego quippe certiore te facio,
quòd si nunc ego manum meam à
te dimoveam, super mundum illam
sim extensurus. Tui unius gratiâ
Orbi ego veniam tribuo, ejusque
mala tolero, dum etenim cerno
quemadmodum tu ingenti Chari-
tate tua mala toleras, ego præ gau-
dio, quantum laceffar ab aliis obli-
viscor. Ad hæc suavissima verba res-
pondit Jbanna: sponse mi, fiducia
quâ in te habeo præstare volo, quod

jubes. Et ego, sponsa mea, respon-
det sponsus, præstabo summâ vo-
luntate, quod à me petiisti. Qui fide-
lis est semper D. etiam opere, quod
pollicitus fuerat, implevit, Ancilla-
que ejus etiam cum divino auxilio,
quod suum erat agebat. Perferebat
illa summâ Charitate atque confor-
mitate adversa omnia, Dominusque
sponsam suam ita confortabat, ut
cum gravi tot prementium malorum
pondere, omnia sua tamen ritè exe-
qui posset, veluti si nullo gravata es-
set.

Juxta indefinentes hæc perpetu-
asque gratias, plurimis aliis beneficiis
benevolentiam ei suam demonstrabat
DEUS. Ordinârat ille, ut nullo non
die à sanctis inviferetur, alii hac adve-
niebant die, alii aliâ. Ad hæc advola-
bant Angeli DEI ad sponsam Domi-
nij sui Cœlesti Musicâ exhilarandam.
Adveniebat similiter & Gloriosa Dei-
para ad recreandam filiam suam, at-
que ad patiendum animandam. Imò
ipse Dominus ei aderat, & quidem
amoretanto talique humanitate atq;
comitate, uti suis met manibus excipe-
ret ancillæ suæ sanguinem, qui ex ejus
corpore profluebat, mundabat quo-
que vulnera ejus, tergebat oculos, so-
latiumque ei præstabat, uberrime ac
supereffluentissimæ benevolentiæ sua-
vitatisque sermonibus. Conquereba-
tur non parvo eum dolore sponsa in
Cantico Cantic. quòd in suo studiosè
instrato apparatoque deliciofo ac
mollis lectulo, amantissimum spon-
sum suum haud quaquam repererit,
cujus decora venustaque species i-
temque odoris fragrantia cum amœ-
no ac eximie consito arte comparari

*Sancti ea
patientem
singulis di-
ebus invi-
sunt, An-
geli Musicâ
recreant, B.
V. M. sola-
tur, Chri-
stus D. con-
fortat, ei-
ubivisa-
deß.*

optimè potest. Tanti sensus istæ quar-
 rimonix longè aberant à nostra felici
 Joanna, siquidem non in lectulo ejus-
 modi, qui è subere constabat, verùm
 etiam in Cella, in Choro & ubivis
 denique locorum, Sponsus divinus
 præsens aderat sponsæ suæ. Tali ergo
 assistentiâ, quæ ab ejus latere nun-
 quam divellebatur, erat illi Crux non
 solum lenis atque levis, sed bonum e-
 tiam in patiendò percipiebat odorem.
 Dicebant illi, quâdam vice ex Moni-
 alibus quædam; Mater, patienti tibi
 cum primis est necessaria. Joanna ve-
 rô magna eis tranquillitate mansue-
 tudineque respondit: Etsi ego impa-
 tiens esse vellem, nullâ tamen impa-
 tientiâ moveri possem, quando om-
 ne quod faciendum est factum video.
 DEUS agit omnia, ego nihil. Aliæ
 ajebant illi: Ora, Mater DEUM, ut à
 gam quavis istis depressuris eripiat.
 Quibus itidem sponsa D. pari tran-
 quillitate ac patientiâ respondit. Cur
 id petam? Quare à DEO meo postu-
 lem, ut meas mihi pressuras leniat,
 cum ille cum hisce omnibus difficul-
 tatibus etiam vires donet ad perfe-
 rendum omnia? Accommodè hic ad
 propositum nostrum servit Camera-
 rij Hieroglyphicum, quod ad sequen-
 tem nobis modum exhibet. In montis
 excelsi cacumine stat picta Myrrhæ
 arbor, à procellis atque turbinibus
 undique agitata & impugnata, um-
 bilicus trunci arboris ejus, hoc lem-
 mate inscriptus visitur, Quò à turbi-
 nibus magis exigitur, tanto sum fer-
 tior. Quia videlicet frondes ar-
 boris Myrrhæ aculeis undique obar-
 mantur. Quando igitur procellæ ac
 venti eam infestant, hucque atque il-

luc ramos ejus impellunt, tunc illa suis
 laceratur scinditurque aculeis, per que
 has scissuras ac vulnera, mirè fragrans
 ille succus guttatim stillat. Symbo-
 lum atque simulachrum sponsæ sari-
 ctæ ante oculos nobis exhibet Spiri-
 tus, S. aitque inter alia *Ecll.* 24. Esse
 illam quali Myrrham electam, quæ
 suavissimum halet odorem. Observa-
 re nunc lubeat formam divinæ spon-
 sæ Joannæ, videbimusque continuò,
 effigiem illius factam optimè atque
 expressam. Fuit illa revera egregia Ar-
 bor Myrrhæ, quæ quamplurimis di-
 versisque procellis turbinibusque gra-
 vissimarum infirmitatum, infestata
 & exagitata, acutissimisque acerbissi-
 morum dolorum aculeis undique hi-
 sians ac laucia, succum sanctitatis o-
 doratissimum, perfectionisque fra-
 grantiam ex se diffudit.

Mirum id fortasse cuipiam videri
 posset; qui verò adhuc majora videre
 cupit miracula, ei complaceat velim,
 diuturnum tempus cruenti atque in-
 defessis ejus certaminis per 86. cum
 dimidio, vitæ illius annos perpende-
 re. Vix primo teneræ ætatis ejus flori-
 rationis aurora illuxerat, & tanquam
 gigas maximâ constantiâ directam
 virtutis viam adeò cautè ac feliciter
 calcavit, ut famula D. toto vitæ suæ
 decursu baptismalem innocentiam
 nunquam perdidit; sed puritatem
 animæ, ac perfectam integramque ex
 asse Virginitatem corporis sui conser-
 vârit. In hoc prælongo itinere, in per-
 petuo præsentissimi semper hostis
 conspectu, nunquam illa vel unum
 pedè retrocessit, sed semper iter pro-
 movit, per quod non terrenam ali-
 quam, sed Cœlestem adeptæ est coro-
 nana

Joannæ
 Patientiæ
 sua quæ
 Myrrhæ
 lecta de
 suavitatis
 odorit.

nam, quoniam in perpetuo multivarioque conflictu isto firma, constans, atque insuperabilis ejus Patientia nunquam non victrix evasit, & quidem ita, ut tanto vitæ longævæ tractu, decrepitâ gravique plus quàm 6. annorum senectute, fidelis ancilla D. quominus eum inferentibus sese indefinenter calamitatibus fortiter decertaret, semperque ad majorem tenderet perfectionem, ne punctum junum cesserit. O quid non potest gratia, quæ imbellem imbecillumque naturam sic roborat! Dicebat ei sæpe numero DEUS, ut pro sua persona minimè metuat, quantumcunque etiam propugnaculum fortitudinis ejus hostis assiliat ac oppugnet; cætera inter munera dono etiam Perseve-

rantia se illam exornasse. Virtus hæc est Corona Constantia, per quam etiam nostra inconstantia denuò animatur. *Joanna habuit donum perseverantia.* Quantum itaque qualiterve dictâ sæpe Virtute Joanna fuerit confirmata, è tota vitæ illius serie facile cognoscitur, peculiariter tamen ex felici ejus decessu ultimâque vitæ linea, in qua frequenter hæc verba repetit. Doleo sanè, quod moriar, non quidem ob angores pœnasque mortis, sed quòd mihi nunc patiendi tempus desinat. Verbo ut absolvam, sponsa Christi Joanna in gratia DEI perseveravit usque in finem. Atque hic etiam finem suum liber præsens accipiet, & sequens de felici ejus è corpore transitu initium sumet.

LIBRI QUINTI FINIS.



LIBER



LIBER SEXTUS
DE OBITU VENERABILIS VIRGINIS.
SOR. JOANNÆ
à JESU MARIA.

CAPUT I.

Qualiter Ven. Virgo Sor. Joanna à JESU MARIA sese ad mortem obeundam comparaverit, eandemque præparaverit.

A Cerrimis desidiæ torporisque nostri accusator est pervigil cura, studium ac diligentia Sanctorum Electorumque DEI, quæ illos exstimulabat mortem, tanquam celerrimum iter ad æternitatem, summâ cautione antevertere. S. Rex David cum noctu diuque peccata sua deflevisset, cum jam Conscientiam suam præ nive candidam puramque effecisset, longiorem tamen à Deo postulabat vitam, quod scilicet ad obeundam mortem sese melius præparare posset. Nam tametsi revera ille, uti *Genbr. in Expos. Ps. 101.* ait; ad eum

finem profus esset dispositus, suâ nihilominus opinione, non sat ille sibi ad hoc paratus videbatur. Eâdem profus mente fuit hæc sponsa Christi Sor. Joanna. liquidò constat quidem, totam ejus vitam indefinentem ad mortem præparationem fuisse: vigilantissima nihilominus hæc Domini Ancilla, in his postremis vitæ annis non bene se ad mortem comparatam arburabatur, caputque denuodâ eam se omni studio præparare. Perseverabant cruciatuum refertissima, multipliciaque illius mala, hærebat dolori dolor, perinde ac procellosi maris fluctus mutuò in se incurrunt. Modò cum ineffabili cruciatu ossa ejus à juncturis luxabantur, mox superveniebat illi fatalibus cum symptomatis tale animi deliquium, ut ferè ultimum ducere spiritum videretur. Grande nimis excessivumque frigus, eam sic tremere faciebat, veluti si in lacu quodam gelu rigente Christi famula esset immer-

Sancti non quam sibi sat dispositi ad mortem esse videntur.

KL III
36

immerfa, Paulò post ignei calorìs atque incendiù æstu velut in ardenti clibano torrebatur aliàs è corpore ejus vapor igneus, veluti ferventis ad ignem ollæ erumpebat; & tamen talibus, tam variis gravibusque malis, ne in minimo Constans & immota Christi Ancilla fatigabatur, sed majore semper alacritate ac generositate suis in exercitiis progrediebatur. Toto vitæ suæ tempore nunquam ultra duas horas somno non dedit, postremis verò annis minùs multò dormiebat, quò plùs scilicet vigilaret. Cibus ejus non erat nisi forè alicujus herbæ viridis foliolù, ad fauces eo pacto humectandas. Disciplina corporisque diverberatio tam acris fuit ac sæva, ut ipsi etiam auditores ad immodicos immanesque ictus eohorrescerent. Aiebant illi summo cum stupore Conforores ejus: Quid agis Mater? Adhæc verò illa respondebat eis, Charæ sorores, finite verberem ac cædam, jam nunc vitæ meæ cereus ad unguis usque exustus est, ideoque necesse est agam aliquid hoc parvo vitæ residuo.

Ut verò Antistita cum spiritualibus Præsidibus conspexere, quemadmodum corporales Joannæ vires emarcuissent defecissentque, præcepere ei ne posthac medio noctis ad Matutinum itaret, Verùm istud præceptum erat fervidæ Christi sponsæ usque adeò dolorosum ac pœnalè, ut ad amborum pedes provoluta, multo cum lacrymarum profluvio enixè oraret, ut ad omnes divinorum Officiorum Horas veniendi sibi copiam tribuerent, concessurum ad hoc DEUM sibi vires necessarias, atque ita e-

tiam factum est. Angeli DEI erant deinceps sponsæ Domini sui adjuvamento, non in Chorum eam solùm deducentes, sed ad S, etiam synaxim, & quocumque demum necesse erat.

Quadam vice in ascensu scælæ cujusdam, unus Angelorum ad eam ait: dilecta soror, sume animos, teque excita, Cras recreationem spiritalem percipies. Di mque per studiè si mula Domini post Matutinum Cfficium in Cella sua versatur Cælestem audit Musicam usque ad sequens diluculum, symphonia hæc si n nâ suâ suavitate in spon'a Christi efficit, quod aliqui agere solet in generoso heroicque tympano m tubarum que sonitus, nimirum excitare illos atque ad pugnam animum addere. Apparuit hoc re ipsa in Sor. Joanna, quippe quæ à percepta ejusmodi musica cunctis Claustralibus ætibus, atque in commune conventionibus indefinenter interfuerit, omnes in Choro noctes exegerit, majorique semper ardore exercitia sua produxerit. Ne minimam deinceps piissima Domini Ancilla corpori suo indulserit quietem, nec se ipsam ex cruciare desijt, non attempto quòd tam diversis multisque morbis acerbisque doloribus oblita obsideretur undique.

Præparabat se Sor. Joanna ad excessum è statione vitæ sancta quâdam ac mirè solerti providentiâ & circum-
quotidie ante mortem rationes ponit cum DEO,
 spectione. Quotidie illa cum divina Majestate rationes ponebat vitæ. Per-
 serutabatur initiò summâ curâ studiosè
 oque Conscientiam suam, inspiciebat
 ad luculentum lumen totam vitæ suæ
 seriem, cum multimodis variisque fa-
 voribus à DEO acceptis, atque in cor-
 defi-

nulâ unquam magis ne minus cessavit Joanna.

admirandus Joanna fervor in extrema etiam sententia.

defigebat quod D. Bern. inquit; DEUM quidem ad benefaciendum esse pronū, nihilominus tamen perquā severè censum à nobis exacturum, nec solo talento nobis concessio in die illa contentum fore, sed usuram etiam feceritque inde lucratum repetiturum. Ea in cōsideratione sentiebat pervigil ac sollicita Christi ancilla una ex parte quidem ingens divinarum beneficiorum pondus incumbere humeris suis, ex parte altera, reperiebat minime, quemadmodum pro uno aliquo illorum satisfactionem præstare queat, itaque ipsamet de se ferebat sententiam; suam nimirum ingratitude æternam esse promeritam damnationem. Dum igitur sponsa D. in hac iudiciaria cognitione esset immersa, oculos suos in immensam DEI coniecit misericordiam. abiecit se ad pedes ejus, calidisque lacrymarum rivis inundata ait: Mi DEUS ac mi Servator, reperio me apud Majestatem tuā multiplicium ac magnarum culparum ream, mihiq; omnino possibile non est, debitū quo tibi teneor exsolvere, quemadmodum igitur imple es, ignosce mihi secundū infinitam bonitatem tuam ac misericordiam, perq; tuum pretiosum sanguinem. SS. Genitrix tua cum universo Sanctorum cœtu sint mei apud Majestatem tuam interventores. O quā omnibus nobis utile erit, cū dicto jam modo, dum hic adhucdum vivimus, rationes nostras expedire summo studio curaque satagemus, absque dilatione usque post mortem, quando jam severus Judex rigidam à nobis omnium requiret rationem.

Ubi ergo Dominus vidit, quod fa-

mula sua Joanna circa rationem totius vitæ actorum ponendam tantopere esset satagens tantumque sollicita, ut animum ei adderet eò, qui sequitur modo statum animæ suæ eidem representare voluit. Dum illa inter orandum considerat, quòd tempus operandi jam sibi ad metas decurrat, morsque ostia pulset, caput humillima Virgo contristari cum perpenderet, quòd ob innumeram obstricta, eidem verò tam parum servierit. Dum ergo in ea versatur anxietate Joanna, in amœnissimo quodam prato se conspicit; cū nimirum ob amœnitatis pulchritudinem suavissimamque odoris fragrantiam mente excederet, interiores suos aperuit oculos, ac velut in lucidissimo speculo, animæ suæ corporisque decorem conspexit. Erat anima ejus tantā pulchritudine prædita, ut in comparatione illius luna turpis, sol obscurus videretur. Induta erat veste aureā pretiosis lapidibus ac margaritis undique intertexta. Omnis hic decor ac gratia originem traxit à conjunctione conformitateque suæ voluntatis cum divina, quam famula Christi exercebat ita eximie, ut nihil diligeret nisi quod diligit DEUS, neque averfaretur aliud, quam quod ipse averfatur DEUS. Corpus ejus pariter valde venustum erat; eaque pulchritudo ab animæ decore procedebat, fuitque velut umbra animæ, sic ut hæc umbra mirabili quodam ordine, quæquæ versum eam comitaretur. Hoc visò significare famulæ suæ divina Majestas voluit, quod timendum non sit cuicumque secum rationes pone-

Ut eam ab anxietate liberet, corporis animæque puritatem sibi representat DEUS.

Joanna ob
putata de-
merita sua
in se profere
æterna dā-
nationis sen-
tentiam.

13. III
3. 6

re, qui eas ita instituit ac expedit, ut corpus suum conservet in puritate, animam verò decore virtutum exornet.

Erat nihilominus Sor. Joannæ demissio tam profunda, opinioq; quam de se habebat adeò vilis atque abjecta, ut totum id satis non esset ad tempestatem illam sancti ejus timoris sedandam & serenandam. Sed sicut pavor ille nunquam eam infestare destitit, ita etiam D. DELIS nunquam eam confortare intermisit. Ideoque cum fidelis D. Sponsa tempore alio in sua oratione meditationeq; versaretur, quòd jam hora ejus appropinquet, cæpit contremiscere, atque præ pavore nimio vultum obtegere. Inde ille non ut Christo D. in horto Olivetano Angelus, sed integra Cælestium Spirituum cohors apparuit, qui circumlitum effecere, sponsaque D. in medium ejus circuli acceptâ, mutuo se allocuti dicebant: *Ecquid hic videtis Martirem Christi? Etiamne attenditis, quæ perpessa est, & etiamnum patiatur, amoremque, quem in patiendo exercet? Ista est una è violentis illis, qui Regnum Cælorum vi rapiunt. Dicebant hæc quidem Angeli; verumtamen pavor ejus propterea finem non accepit. Quare quemadmodum sponsa in Cantic. Cant. ad S. animas loquitur, Si Invenertis dilectum, annunciate illi languorem meum: ita etiam sponsa hæc Christi loquebatur ad suos sanctos, qui ad eam invisendam ventitabant quotidie. Mei sancti, quandoquidem vos divino conspectui semper assistitis, orate*

pro me: annunciate dilecto meo timorem meum. At verò Cælestes illi divi, reponebant, Joanna, tu ipsa hoc ad eum perfer, quæ scilicet gratiam inveneris apud eum: quæ sponsa es ejus, quæ adhuc dum eo in statu degis, quo cumulari merita queunt, nos verò eo in statu haud sumus. Circa id tempus etiam D. P. Franciscus Seraphicus visendum se illi præbuit. Existimabat Sor. Joanna tuto se illi posse necessitatem suam detegere, quòd tandem semel ab hac anxietate doloris plenissimâ eriperetur; itaque se ad ejus abiicit pedes, cæpitque plurimis eos rigare lacrymis & ait; Mi Pater Seraphice, Tu meus es Patrens, meus Præceptor, meus tutor, ac mea protectio. Nunc velim benignè me respicias, nunc inquam, quando è vita mihi brevi abeundum est. Vereor namque ac meritò vereor rationem DEO reddere. Misereatur te mei meæque compatere necessitati. Precare sponsum meum, velit multa mea, diversaque peccata mihi ignoscere. Non se ultra divina Majestas potuit continere, sed ad sponsam suam ait, Quid hoc rei est? Quæris tu Patrocinia aliorum, quæ apud me aliorum Patronas? Utrumquamne ego tibi defui? Quid unquam postulasti à me quòd negasem tibi? si ergo nunquam ego totâ vitâ tuâ te deserui; cur metuis ne te in hac suprema vitæ hora deseram. An non ego sæpenumero sanctè tibi sum pollicitus, nunquam te à me desertum iri? Nescis quòd Cælum & terra transire queant, non verò id; quod ego pol-

*Sed illa
semper ad
huc timet.*

*Christus D.
eandem il-
lam ab an-
xietate illa
liberat.*

licitus sum? Age igitur, ne ultra
de ullo sis sollicita, nisi ut mihi fi-
das. Ego sum, qui sum: eroque sem-
per tecum.

CAPUT II.

*De postremo Virginis Sor. Joanna
morbo, deque gratia, quam ei Di-
vina Majestas ante beatum
suum obitum con-
cessit.*

PREtiosa in conspectu D. mors san-
ctorum ejus, magnaque curâ de-
cessum eorum disponit ordinatque
Dominus, impœnitentium peccato-
rum verò mors quodammodo nesci-
ri ab eo videtur, aut certè nulla il-
lius curâ tangi. Eapropter tempesti-
vè sponsam suam præmonuit, indica-
vitque prope adesse illius vitæ finem,
uti ex eo adverti potest, quod illa
Confessario suo respondit. Cerne-
bat ille, quod Sor. Joannatoto cor-
pore viribus exhausta, morbis atque
doloribus inundata, emedullataque
esset, itaque tempore quodam de sta-
tu suo eam percontatur, atque num
arbitretur suæ mortis prope adesse
diem? Ad hæc famula D. suavi ac
modestâ voce ipsi respondit: Pater
mi, finis meus prope est. Sic DEUS
benedictus! Postremos vitæ dies ora-
tione consumpsit, seque ad bene obe-
undam mortem exercuit, meditati-
one contemplationeque mortis sui
Servatoris. Poterat id in externa eti-
am ejus actione animadverti. Obser-
vabant Mœniales in Choro Joan-
nam, videbantque eam extra se rap-
tam, flereque incipere nonnunquam

audiebant, multisque suspiriis, mise-
rabili gemebundaque voce dicentem:
Ah summum meum bonum! Ah mi
DEUS! Ah jam moritur! Ah jam in
ultima est linea! Ah nunc tradit spiri-
tum! Deinde quieta rursus tacitaque
mansit. Mox verò iterum, tristi etiam
miserandâque magis voce ait: Nul-
lusne uspiam est, qui mortuum istum
sepeliat? Nemo qui condendo ei aux-
ilio sit? Enim verò altè penetrabant
verba hæc sacrarum Virginum cor-
da, flebant amare sororique Joannæ,
quoad licuit fuere auxilio. At verò
propemodum diriguere, ut spontam
D. altâ voce iterum dicentem audi-
vère. Quid hoc est? septem pedes
telluris desunt Cœli ac terræ Condi-
tori? Nemo est, qui mortuum hunc
sepeliat? At si quis uspiam reperun-
das erit tunc sepelietur. Post hæc ite-
rum conquievit atque in ecstasi sua
persevitavit. Audiebantur interea mise-
randa atque ardentia suspiria, & intu-
ebantur sanctimoniales Joannam co-
piosas calidasque lacrymas profun-
dentem. Externa famulæ D. species,
curas animæ ejus, actiones occupati-
onesque indicabat, facilemque nota-
ri poterat Joannam passione dilecti
sui tacensam eidemque intentam esse,
eujus contemplatione, non solum se
ad bene moriendum, verum etiam ad
plura majoraque toleranda sumendos
animos exercitabat. Maximam per id
tempus patiebatur Joanna sitim, pro-
pterea sacræ Virgines ei compati-
entes complura vascula aquæ in Cellam
intulère, at verò Ancilla Christi so-
roribus suis dicebat: DEUS meus
sicuti æstivans mortuus est, & famula e-
ejus

*Joanna me
ditatione
moris
Christi ad
mortem se
comparat.*

ER III
36

*Sitique a-
rescens re-
cusat bibe-
re.*

ejus potu se refocillet? Hoc fieri ne-
fas est, nequaquam bibam. Fecit illa
siti suâ idem quod David Reg. 2. 23.
aquam illam DEO Sponsoque suo li-
bans.

Interea Sor. Joannæ infirmitates
magis magisque indies invalescebant,
atrocitas dolorum ejus fiebat acer-
bior, quàm aliàs unquam; adden-
sabanturque undique cumulatim
perinde atque novissènt, jam finem
instare tempori, quo eam excrucian-
di copia eis facta fuerat. Itaque orsi
sunt totâ vi denuò corpus ejus aggre-
di, quod ambitus erat latentis intus
amœnissimi floridæ animæ horti,
quasi non corpus ejus à malignis in-
geniis, variisque adversis casibus ha-
ctenus jam sat miris diversisque mo-
dis fuisset excruciatum. Dies aliquot
tenuit sava dolorum acerbitas, ne-
que tantopere rabido isti cruciarui
obstitit fracti emedullatique corporis
heroica fortitudo, quàm Divina de-
super Providentiâ, quæ sic res dispo-
suit, ut hi prævalidi durique ictus,
ancillarentur potiùs, præcipuaque
essent instrumenta ad perficiendam
Sponsæ suæ Coronam, quàm admo-
tæ machinæ arietesque iternendo e-
jus Virgineo corpori, quod sanè mi-
nore vi dejici superarique poterat.
Quid ego nunc dicam de invicta il-
lius generositate ac patientia in su-
premo isto atque anxio certamine?
De præstantia spiritus illius, qui nunc
è suprema lucta eò fortior evadebat,
quò cominùs magis gloriosum ac tri-
umphalem Lauream cum Victoria
oculis haberet objectam, quantòque
avidius Tartarei hostes nobili huic
prædæ inhiarent. Sex diebus ante de-

cessum ejus consilium tenuère Medi-
ci, atque ubi arteriæ pulsus explo-
râssent, mortem Sor. Joannæ totque
ab ea suspiriis optatum è corpore ex-
cessum ocyùs adfuturum indicant.
Erat id sanè latum Sor. Joannæ nun-
cium, quòd à multis retrò diebus uni-
cè desiderabat, Dominumque pèr-
sæpè precibus ejus gratiâ fatigârat.
Summâ igitur voluntate, satisfactio-
ne ac lætitiâ nuncium à Sor. Joanna
fuit acceptum. Sed quid mirum ejus-
modi nova ei accepta fuisse, quòd ni-
mirum tandem Nobilis spiritus ejus
in libertatem filiorum DEI asse-
rendus eademque sit potiturus, post-
quam octoginta sex annis absque di-
midio, corporis ergastulo violenter
inclusus, impeditusque in hac lacry-
marum valle detentus captivatusque
mansit? Verùm nova illa, quæ an-
cillæ D. tam læta fuèit, cunctis aliis
ejus Consororibus adèd erant tristia,
veluti si omnium simul corda atrâ
quâdam nube obducerentur. Præce-
pit Antistita, ut in ægrota Cella le-
ctulus linteaminibus instratus appa-
raretur, interulâque lineâ infirma in-
dueretur. Aegerimè id tulit, pera-
cerbeque sentit Joanna, ei siquidem
animus erat suo instrato è lubere mo-
ri, quò videlicet aliquatenus dile-
ctum suum imitaretur, qui in ligno
Crucis pro nobis est mortuus. Nihil-
ominus tamen Superioribus paruit,
neque desit esse sicut Christus D. O-
bediens usque ad mortem. Aderant
illi Sacræ Virgines charitate intimâ,
dumque ex Joanna quærerent: qui
habet Mater? Respondebat illa; me-
lius quàm promereor, quòd maximè
sentio; est molestia & cura, quam mei

*Mortis
nuncium
lata excipis.*

*in hanc
et hanc
partem*

*Lintea ac
linum in-
dusum O-
bedientiâ
adacta ad-
misit.*

causâ habent cunctæ Sacræ Virgines. Illæ quidem tam sunt benignæ, ut omnia summâ alacritate pro DEI amore perficiant, video tamen illarum laborem, atque ita utrinque patimur. Cùm igitur accresceret infirmitas, Sanctimonialisque cernerent, Joannam illis decessuram, PP. Strictioris Observantiæ id intimari curarunt, ideoque advenere dicti Patres ad providendum Christi Sponsæ de SS. Sacramentis. Cùm igitur illi Joannam in lectulo, indusio lineo indutam, atque linteis intestam aspexere, ajunt illi: profecto, Mater, nunc bene provisâ curataque es. Ad quod respondit Joanna: RR. PP. Multum potest Obedientia. Nonquam non dicebam ego, si à meo tubere dimovear, inque alium lectum inferat, me morituram, & ecce jam etiam morior. Qui hoc? ajunt PP. fortè Matri est cognitum quando moritura sit? Sor. Joanna ingenuè ac simpliciter, veluti sui obitû: certa respondit. Intra Octavam Assumptionis B.V. Domine Nostræ, quam nunc festivè celebramus, D. DEUS me ad se accipiet. Modicum ante Confessionem, Divina Majestas ad famulam suam in-

*Joanna sua
mortis sue
prescia.*

quit: Spôla mea, certâti generosè ac viriliter, jam nunc corporis tui dolores desinent. Nolo ultra sinere, ut hostis malignus te excruciet, aut in-
festet; sed voluntatis meæ est, ut in bona pace obdormiat; qui perpetuò tanquam fortis Athleta vigil succinctusque persistit, ut sciatur, quòd in Cœlesti certamine ille patifici sit certus decessus; qui spiritalibus armis in vita sua se exercet. Hanc à DEO concessam Sponsæ suæ

*Liberatur-
que Divini-
su ante
mortem ab
omni dolo-
re.*

præcogitavam, illa Confessori suo aperuit, sequentibusque verbis sermonem clausit. Nunc ego, mi Pater, nullo alio dolore teneor, præterquam, quod mala mea, inordinatamque vitam concernit.

Cùm igitur fidelis ancilla D. tam fatales multiplicisque angustias, dolores, ac nunquam desinentes ærumnas fortiter pertulisset, insanæ tandem reciprocatorum dolorum moles fluctusque conquevère, præteritæ tempestates atque procellæ in blandam quietamque aurâ tranquillitatem sunt commutatæ. Erat Joannæ anima supra sensuum usum sensualitatemque intra seipsam collecta, persistitque in admodum pacata quietaque ectasi; sic ut animæ illius nullum cum corpore intercederet commercium, nisi in solo duataxat usu unionis animæ cum corpore, sed ea etiam, tam tenui jam pendebat filo, ut nemo non in perpetuo timore versaretur, quolibet id momento scillum iri. Cæterùm omnes aliæ operationes in communi potentiarum alienatione & ectasi erant absorptæ. Mirum quid videre fuit, quemadmodum vivum ædificium istud, sine ullo strepitu, quærelave, ac sine vel minima commotione dissolvebatur. Observavit hæud immeritò Spiritus S. quòd in celebri templo illo, quod Sapientissimus Regum Salomon extruxit, nec malleus, neque securis nec ferretum aliud aliquod instrumentum sit auditum non obstantibus gravibus tot instrumentorum ictibus, in hac mirabili structura in laxa & sonantia metalla indefinenter impactis. Quid mirum videatur, quòd idem & majus adhuc miraculum

*Semper do-
incoque
ta in
persistens.*

CAPUT III.

De felici obitu Ven. Virginis Sor. Joannæ à JESU MARIA.

Mortuus est Moyses dum cum DEO colloquitur. *Deuterom. 34. v. 6.* ex quo nonnulli volunt concludere, Moysen neutiquam esse mortuum, in consideratione, quòd tam beata tamque pretiosa mors, haudquaquam sit mors appellanda, sed melioris vitæ prodromus. Mors ejusmodi fuit mors Sor. Joannæ. Ante suum felicem transitum factâ exomologesi, Sanctissimum Altaris Sacramentum sibi ministrari expetit, postremum sit cum Sponso suo in terris epulum habitura. *Suprema Sacrum hæc S. Communio Matris Joannæ Viaticum celebrata est juxta laudabilem Sacri Joannæ so-*
illius Cœnobii morem, festivâ spe-
lenniter
Et atque cum pietate. I. Conveniēte percipit.
 ad consuetum æris campani sonitum Sacræ Virgines, quæ perfectâ Charitate Sor. Joannæ fuerant conjunctæ. Deinde descenderunt deorsum ad comitandum Venerabile Sacramentum, tumque in prudentium Virginum modum, quæ Divinum Agnum sequuntur quocunque ierit, supplicantium ritu cum ardentibus prælatis manu candelis superiora petiēre, portantes lampades ac luminaria sua ante lucem mundi. Sic ergo advenit Processio illa in pauperem eam Cellam, quæ tunc parvo cuidam Cœlo erat persimilis, ob Regiam illic Dominatoris Cœlorum omnium præsentiam qui ab isto terrestrium Angelorum

lum sit factum, dum Joannæ nostræ corporis templum, quod innumeris pretiosis eleganterque elaboratis lapidibus exædificatum fuit ad solum dejectum fuit? Videmus quidem admirandum hoc S. Spiritus templum solvi, at nullos audimus anxios gemitus, nullas notamus pressuras, aut motus inconditos advertimus; sed absque strepitu ac tumultu mortale hoc ruit ædificium, tranquillè sedateque anima ista è corporis laqueis educitur. Sic moritur, qui sic vivit. Incompositi gestus cum duro rigidoque spiritu, justæ sunt pœnæ turbatæ intricatæ, confusæque conscientiæ, vitæ temporalium nimis sollicitæ, irrequieti animi; peritque memoria talium cum scandaloso probrosoque sonitu. At verò anima illa, quæ inter variarum calamitatum strepitus quiete patiens mansit, quæ durantibus temptationibus magnarum adversitarum, nullâ se contradictione defendit, quæ inter sonitus afflictionum, nullam recipiendam ullius querelæ vocem emisit, hæc inquam abijt in pace, sine tumultu excedit, sine turbatione solvitur, valedicit vitæ in silentio & quiete. Ita nostra fortis mulier, ita invicta nostra Martyr, ita, inquam, nostra Ven. Mater Sor. Joannæ à JESU MARIA, paulatim è temporali hac vita discedebat, atque ad æternam transibat.

*Quieta
mors
remuneratio est
Patientia,*

gelorum Choro comitatus eò adve-
nerat.

Sponsa Christi, quæ tanquam una
è prudentium Virginum numero,
lampadem sui cordis ardenti Charitatis igne accenderat, eratque in
Sponsi sui expectatione pervigil ac
parata, ut eum limen subire, perque
ostium introire conspexit, tenerrimo
eum gratitudinis excepit affectu, con-
summatoque solatio & singulari gau-
dio & utraque sui cordis alâ istam Di-
vinæ Majestatis gratiam, quæ ancil-
lam suam dignata est invisere ac lati-
ficare, complexa fuit, Externo sche-
mate erat Religioso ac Monastico ha-
bitu convestita, verùm in introitus ve-
ste nuptiali splendide magnificeque
adornata, quod abundè teneritudo
ejus ardentissimæ pietatis demon-
strabat. Dum sic ergo famula D.
decumbit, obsecrat primò universas
ejus Cœnobii Sorores, plurimis per-
fusa lacrymis, veniam dari malo ex se
præbito exemplo, uti & gravamini
atque molestias quas illis causasset.
Rogabatque porro in virtute indefi-
nentis à cunctis Confororibus nun-
quam non exhibitæ sibi charitatis, ut
abjectam personam suam DEO com-
mendent, quandoquidem optimè
nõssent, quantum ipsa earum egeret
intercessione, cumque hæc protulisset
Sor. Joanna corpus suum attulque,
ut licuit, in decorum ordinem com-
posuit, summâque veneratione, ac de-
missione animi profundissimâ, Divi-
nam suscepit Majestatem, Domino-
que suo animam commendavit &
contradidit, humiliter orans velit
eam, tanquam ex asse suam, in æter-
nam possessionem accipere. Paulò

post hæc acta, DEI amore Sponsa
D. petiit Sacri Olei unctiois maturè
particeps effici, itemque Eleemoly-
nam pauperis attritique habitûs sibi
impertiri, ad corpus suum in eo sepul-
turæ tradendum. Omnibus hæc po-
stulatis annuit Abbatissa, simulque
Sponsæ Christi innuit, vellet omni-
bus præsentibus Sacris Virginibus
pro ultimo vale benedictionem suam
largiri, attentâ videlicet singulari
charitate illâ, quâ in eam universæ
ferebantur, quamque illis decessus
ejus gravis sit ac molestus. Causaba-
tur initio Sor. Joanna, exultationes-
que prætexebat; vicit tamen Obe-
dientia humilitatem: atque ita Prior
benedictionem à Majoribus accepit,
tumque illam cunctis Confororibus
impertiit, omnibusque simul valedi-
xit, idque amabilibus suavibusque
ad eò verbis, ut nulla earum, præ in-
timito dolore, animique colliquescen-
tis teneritudine, verbum proferre
valeret, sed responsum ei diserto de-
dère silentio calentiumque lacryma-
rum profluvio, eratque item totus il-
le Virginum Chorus in tantum tristis,
veluti si omnes dimidio sui essent
præmortuæ.

Porro fama mortis ejus repente
tota fuit Urbe diffusa. Et quia nemo
non summam de ejus sanctitate ha-
bebat opinionem sine ordine, sum-
mâ cum confusione populus ad ejus
Cœnobium convolvavit, afferebant-
que plurima Oratîa seu Coronas,
Numismata, Cruces, aliaque diverfi
generis corporis ornamenta, instan-
tissimè orantes ad Ancillam D. res il-
las ante obitum affricari, existimantes
corpus illius aliud non esse, quam Sa-
crum

*Benedi-
ctionem sui
Conforori-
bus ante
obitum la-
gunt Jo-
anna es-
demque
vale ubi-
mum dicit.*

III
30

orum Reliquiarum pignus. At verò illa petitio duabus potissimum excusis fuit rejecta. I. Quia strictè injunxerant Superiores, ut neq; in vita neq; morte Sponsæ Christi, pietatis atque devotionis prætextu, ulla singularis veneratio exhibeatur. II. Ne humilis Joannæ spiritus inquietaretur, aut contristaretur, attento eo, quod Virgo humillima præ dolore acerboque ejus rei sensu extingui posset, si ejusmodi veneratio ei ante obitum impenderetur Suscepto SS. Viatico peractisq; cæteris omnibus Ordinis ceremoniis, expecebat Joanna sola manere, què scilicet uti Moyses in silentio solitudinis cum Divina Majestate, de morte sua tractare posset. Mansitq; ita in societate complexuq; Crucifixi, dicens: hoc speculum suum esse ad contemplandas in eo maculas & labes animæ suæ, & quidem longè luculentius, quàm aliàs in tersissimo speculo navi ac vitia vultus conspiciuntur. Tali ergo pacto persistebat Sponsa Christi in tutissima arboris S. Crucis umbra, quæ est arbor æternæ vitæ. Erat item animæ ejus Cymbula Cœlestem portans panem, promovebatque in tacita quiete sensuum iter, latè passis expansisque fiduciæ velis, nec non optatis faventibusque S. Spiritus ventis usu, emetiebaturque eo pacto, istud Divini Institutoris navigiolum turbidum alioqui tempestuolumque mortis æquor, festinè decurrens ad tutum jamque propè apprehensum æternæ felicitatis portum.

Oleo Sacro
ungitur
Joanna.

Sabbato 20. Augusti in festo S. Bernardi cum Confessarius ejus aliique Religiosi animadvertissent, quòd valdè debilis venæ micantis pulsus,

sicut & semper durans tacita quies, supremam ejus vitæ horam adesse liquiddò indicaret, Sacro eam Oleo perunxerunt; quam illa unctionem maximâ devotione percepit. Mansit verò Ancilla D. semper ac perfectè sui suorumque sensuum compos, habebatque facies ejus magnam admodum venustatem. Hisce ita inter 5. & 6. Vespertinam peractis, Sol obtenebratus est, lugubrem tristemque amictum induit æther, totaque terræ facies tenebris obducta fuit. Ad hæc tam ingens fœdaque est exorta tempestas cum tonitruis, frequentique intermicante fulgetto, ac sævâ prorsus ventorum turbinumque rabie, quæ 10. admodum horas tenuit, in tantumque defævit, ut omnes unanimiter faterentur, consimilem tempestatem filios hominum vidisse nunquam. Erat nonnullorum opinio horrendum hoc terrumque negotium, opus ac machinationem esse Tartareorum, qui sic furerent spirituum, eò quòd nunc in ultimo vitæ sine nihil potestatis haberent tentandi vel attingendi Ancillam Domini. Ego verò juxta meum ætne judicium potiùs asseverarem, tam gravem vehementemqueurbationem, non fuisse dæmonum opus, sed potiùs mundi quendam Creaturarum sensum, quem etiam in morte sui Conditoris demonstrarunt. Quia, uti D. Leo Papa inquit, cunctæ res creatæ cupiebant Creatori suo commori, cumque eo finiri. An non sapiùs fideli huic Sponsæ suæ dicebat DEUS, sicuti præsens historia affatim docet, quòd ejus gratiâ mundum sustineat, idque si ejus causa non fieret,

Kkk ret,

ret, jam finem mundum accepturum fuisse? Si igitur Joanna fuit Columna Orbis, quid mirum tam horribiliter eum intremiscere, dum hæc ei Columna statumenque subtrahitur?

Postridie Dominicâ 21. Augusti 1650. horâ 4. Matutina tempestas illa conquievit, Cælum serenatum est, Sol quoque rursus pulchrum suum latumque spargebat lumen, eâdemque ut dictum, horâ dum cunctæ Sanctimoniales accensis cereis, pios devotosque concinunt hymnos, suamque dilectam Sororem circumstant, spiritum illa suum in manus Creatoris sibi tradidit, inque Sponsi sui Cœlestis brachiis placidè quietèque obdormivit. Porro corpus ejus ita constitutum fuit, ut perspicuè gloriam animæ illius indicaret. Erat ejus viventis corpus totum vulneratum, facies dejecta, informis, pallida, & macilentâ; cujus rei causa fuit non devexa solum gravisque ætas, verum etiam tormenta plagæque malignorum spirituum, tumque etiam valde severa illius acerbaque pœnitentiæ opera, nec non dolores ægri tudinesque variaz. Nunc verò post ejus obitum remansit corpus ejus non tantum ut cera flexile ac mobile; sed facies ejus etiam adeò erat plena, nitida & venusta, ut id universi maximo cum stupore causis naturâ sublimioribus, adscriberent. Piæ quædam devotæque personæ, prout confectus ab Ordinationis processus demonstrat, animam Sponsæ Christi à suo decessu triumphali gloriâ circumdatam, manu Palmam Virginalem gestantem, in Cælum profectam fuisse assèverant. Quia verò visiones revelationesque

istæ, errori subjacere possunt, hic non describuntur, perinde ac permulta miracula, quæ benignus DEUS, post ejus mortem patrâsse fertur, eò quòd ejuscemodi miracula hucusque necdum sunt judicialiter approbata. Si quis verò libenter hujus Ancillæ Christi videre velit miracula, is, velim, spectet illius vitæ prodigium, illicque mira super mira conspiciet.

CAPUT IV.

De pio ac perquam celebri funere, quo Sponte propria famula DEI honorificè parentavit Reverendissimum Burgense Capitulum.

Viventes amici DEI, eximia illa gaudent proprietate, quòd nimirum mortuis DEI amicis honorem habeant. Ubi Sara defuncta fuit, juxta expositionem Abulensis in Cap. 23. Gen. v. 2. Abraham Arbee Uebium præcipuam simul coëgit convocavitque atque cum insigni concentu Musico illustrique inferiorum pompâ, magnificè admodum Saram suam monumento intulit. Jam dictus Abulens. porro ait: Abrahamum non humano quopiam respectu permotum ad hanc tam insignem sepulturam peragendam, verum eò quòd Sara insigni virtute ac Sanctimoniam fuerit. Eximia sanè mulier, uti hæc testatur historia, fuit Veni. Virgo Sor. Joanna à JESU MARIA; mortua est sicut Sara plena dierum meritorumque. Post ejus excessum, Reverendissimum Burgense Capitulum universos Capitulares in unum convocavit, prædictique Domini singulari gaudio deli-

*Joannâ, se-
dâ: à ante
ejus obitum
exortat tem-
pestate, pla-
cidè in D.
abdormit.*

*Status cor-
poris ejus
post mortem.*

delibuti, famulæ Christi corpus ad sequentem modum magnificè tumulo condidère, sola eò optimâ opinione publicâque Joannæ sanctitatis famâ adducti.

Ut primum Sponsa D. migravit è corpore, cunctæ omnino ejus Cœnobii Sorores, præ animi teneritudine ac devotione in amarissimos fletus compellebantur. Considerabant quidem nobilem æternamque Coronam, quam beata ejus anima per mortem est adæpta, alterâ tamen ex parte dolenter ferebant, noxiam jacturam illam exacti sui omnium virtutum exemplaris, quod imitari poterant. Non tamen permittere D. DEUS voluit, ut cætus in Cœlû Sponsæ suæ introitus, absque solatio & gaudio suorum Confororum in terris perageretur. Evenit itaque ut Ancillæ Christi Confessarius piâ curiositate inquireret, an in Venerabili ejus corpore habitotum in vita stigmatum Sanctissimorum, vulnerum etiamnum vestigia superessent. Accensum igitur eò sine est lumen, atque in cæterorum Religiosorum conspectu omniumque item, quæ aderant, Monialium Confessor ejus, manus, pedes, latusq; inspexit, cunctiq; utriusq; sexûs ad lumen cernebant, quòd dictæ corporis illius partes, adeo diaphanæ pellucentesque essent, velut si purissima Crystallus forent, quodque iisdem locis mortui ejus corporis, Redemptionis nostræ insignia & stigmata cum splendore apparerent. Omnes itaque simul ex penitissimis cordis medullis lætati sunt, quod venerandum istud corpus tam nitidum rubicundumque conspicerent. De

hinc summo studio ac devotione à Sacris Virginibus funus curatum est. Corpus usitato Ordinis habitu indutum, chordæque cinctum, caput albo nigroque velo contextum fuit. Humeris deinde suis Sacræ Virgines illud in Chorum inferiorem extulerunt, atque illic pretiosus hic thesaurus sandapilæ fuit impositus. Insuper est demortuæ manibus Christus Crucis affixus, accensa circum luminaria, instratque flores ad indicandos prænobiles ipsius vir tutum flores. Circa 5. Matutinam in utroque D. Francisci ac Sanctæ Claræ Monasterio campanæ pullabantur. Vix verò compulatio ea ceperat, continuò populus totâ Urbe excitus communi vociferatione conclamat: audiebaturque vox dicentium: jam Sancta est mortua! jam nostra S. Mater obiit! Ad hosce clamores tanta totius Urbis commotio secuta est. ut mihi sit dubium, an simile quid usquam sit auditum. Nobiles, ignobiles, Religiosi ac seculares, parvi magnique visi sunt à manè usque ad Vesperam incessanter ad S. Claram concurrere; dubitatumque est an quisquam totâ Urbe fuerit, qui eò non advolârit. Maturè Sacræ Virgines portas templi releravêre, videbaturque Joanna totis accurrentibus catervis non minùs in morte mirabilis, quàm in vita fuerat. Vultus ejus erat clarus, nitidus atque refulgens ut Crystallus. Omnes qui eam conspexêre dicebant. Eja quam pulchra, quam gravis ac seria, quam gloriosa est hæc facies! Quam plena splendore ac Majestate! Est sanè illa viva sui ipsius imago, veraque archetypi expressio. Nemo non cir-

Kkk 2 cum-

Inspiciuntur loca veterum eius quinque stigmatum, apparentia, sicut Crystallus fulgida.

Joanna facies post mortem est refulgens.

constantium ecclasi propemodum abreptus extra se fiebat in aspectu pulcherrimæ faciei. Intuebantur cum admiratione splendidam hanc concham, tamen si pretiosus unio amplius in ea non reperiretur, nec à tam grata amabilique specie vultus averti potuere. Tota die corpus demortuæ super instratum floribus feretrum permansit, populus quoque interea pietatem devotionemque suam abundè testatus est, assiduâ præsentia, ferventi conclamatione, suâ veneratione, magnoque accursu. Accedebant cuncti ad pretiosum hoc funus summa cum admiratione inspiciendum. Rectè ac bene observavit Seneca Romanus Sapiens, quòd Sol quidem hominum oculos ad se intuendum alliciat, non tamen ferat splendorem suæ lucis clarè inspicere: at verò si sui splendoris decor intra opacum corpus se condit, tunc facilis liberalisque sit oculis nostris, ut sic species ejus impunè cerni queat. Eadem fuit ratio istius jamjam extincti luminis, nunc obscurati solis, qui non facile se antehac ab hominum spectari oculis patiebatur. Nunc verò mortis tenebris atque sipariis obductus, modesta ejus occultatio finem accepit, sinitque se nunc ab oculis mortalium aspici pro lubitu.

Anteaestâ die, Burgenles Domini Canonici unâ sunt collocuti; gratum DEI hominumque oculis fore, si à Cathedrali ejus Urbis Ecclesia singularis honos demortuæ Ancillæ D. Joannæ haberetur. Dicitaque Collegii Decanus Capitulum convocat. Nemo norât quem in finem Capituli Conventus indiceretur, o-

mnes tamen unanimi sententiâ dicebant; Si ad sanctam tumulandam convocamur, primus erit meus assensus. Factâ propositione à D. Decano summa voluntate animique devotione convenere, ut quàm celeberrimè festivissimèque supplicantium ritu ad exequias perendas procederent. Haud equidem ajebant, id officii Metropolitanum consuevit Capitulum, nisi solis Prælati suis Regiisq; personis exhibere. Sed enim famula hæc D. Joannæ, quæ nunc regnat cum Divina Majestate in Cælis, meritò pluris, quàm terrena quævis Regina est facienda. Hisce ita constitutis utriusque Monasterio S. Francisci ac D. Claræ id totum est intimatum, atque ultra etiam decretum, ut cum primùm injam dictis Cœnobiis ad sepulturæ officium pulsaretur, etiam ad Metropolitanam ædem festivè ac solenniter campanæ compullarentur. Factumque est ita: Et insuper præeuntes hostie æris campani sonitus, 15. Paræciarum Universitas est secuta. Neque minus Cæsarea Civitas Burgi fervorem suum palam fecit. Eadem quippe die conclusum est, ut Senatus universus tumulationi Joannæ; intersit, eò quòd Ven. Virgo Joannæ eorum esset filia & domestica, salus ac felicitas Urbis Burgenlis, heroicis suis gloriosè coronata Virtutibus, quæ decus ac gloriâ Patriæ suæ mirifico splendore auxisset. Civitas hæc, diserebant illi, est locus Nativitatis ejus, habitatio productæ in multam ætatem vitæ, Circus patens ejus: famæ ac nominis, denique locus est ejus quietis beatique transitus, æquum itaq; ac plusquam dignum est,

ut Civitas nostra peculiari studio ac
celebritate ejus exequias cohonestet;
quandoquidem apud nos sacri cor-
pus ejus quiescit, nosque ante alios fi-
delis ejus Patrocinij participes effici
confidamus. Postquam igitur modo
prædicto uterque Ecclesiasticus ac
sæcularis Ordo unanimi decreto ac
pietate simul concordavere, Domi-
nicâ die circiter horam 5. Vesperti-
nam ceptum est exequiarum Offici-
um peragi; quæ sanè usque ad eò so-
lenniter ac magnificè sunt peractæ;
ut vix ullibi aliâ tam celebris vita, tam
gloriosa mors, tam festiva lætaque
sepultura; tam denique triumphalis
Victoria sit visa.

Pompa pro-
cedentium
Canonico-
rum ac Se-
natûs ad
Joanna Cor-
poris sepul-
crum.

Porrò totus Venerabilis Capituli
ædis Metropolitanæ Conventus eo
illuc, qui sequitur, ordine accessit.
Prælatum est initio ejusdem Capitu-
li vexillum cum duobus ponè lumi-
naribus. Sequebantur illud DD. Ca-
nonici atque Vicarij totiusque Tem-
pli Metropolitanæ Conventus bini ac
bini pulchro ordine. Postremus in-
cessit D. Decanus Sacerdotali amictu;
antecedebant hunc Capellani ejus-
dem, à tergo verò famuli sequeban-
tur. Mediû ordinis procedentiû tenu-
ère Musici ac Phonsci, qui suavi de-
votoq; concentu audientium animos
exhilarârunt pariter ac emollierunt,
ita ut qui audierunt partim Religioso
Spiritus gestirent gaudio, partim de-
votione animi æquè ac tristitiâ dolo-
reque in lacrymas solverentur. Eodem
prorsus pietatis ardore ac celebra-
tate, Capitulum sequebatur Cæsareæ
Urbis Burgi Senatus, totusque proce-
dentium ordo innumera populi mul-
titudine circumfundebatur, vulgus

que novæ hujus atque insolitæ rei
spectaculo stupore attonitum dice-
bat: DEUS me custodiat! Quæ est ista
nova pietas? Conveni: et potius dice-
re processionem hanc esse bene ordi-
natam Chororum Angelorum, qui ani-
mam SS. scilicet ipsam Virginis in Cœ-
lum deducit, quàm processionem ad
funus demortui corporis celebran-
dum euntium. Tali igitur, tam piâ
magnificâque pompâ deventum est
ad S. Claræ Monasterium RR. Capi-
tulû. torum exequiarum cum usitatis
cæremoniis peregit Officium; ad ex-
tremum tandem ejus Parthenonis
Moniales, in Crypta eo die sub ara
Crucis effecta, Venerabile corpus de-
posuère. Consistit hoc Altare in cho-
ro inferiori proximè ad ferreos Can-
cellos, quiescitque sacrum Venerandæ
Matris Joannæ corpus ex parte Epi-
stolæ. Atque ita hæc funebris Cele-
britas finem accepit. Neque hic Cære-
moniæ omnes perscribi queunt; sa-
tis est quod dicam RR. Sedis Archi-
Episcopalis Metropolitanæque ædis
Burgensis Capitulum, Justa hæc sum-
mâ festivitate ac singulari pietate per-
solvisse. Sequuntur sunt adhuc aliæ in-
signes exequiæ funebres nec non ho-
noris venerationisque exhibitiones.
Sequenti etenim die, advenit ad S.
Claram tota Communitas præcipui
D. Pauli Cœnobij Prædicatorum Or-
dinis, Patresque illi RR. Summa cum
devotione solenne sacrum pro famu-
la D. celebravere, Feria 3. pari pietate
comparuit illic totus Conventus ce-
lebris Monasterij S. Augustini. Feriâ
4. Cœnobium SS. Trinitatis Feria 5.
Patres totusque item Conventus eo-
rum,

Locus se-
pultura
Sor. Joannæ

K k 3

rum, qui se B. Virginis de Redempti-
one captivorum nuncupabant. Feria
6. Cœnobium Domine nostræ S. Ma-
riæ de Victoria. Cartusia de Miraho-
res, Monasterium S. Joannis Patrum

Multa alia Benedictinorum, Collegium Soc.
Cœnobium JESU, discalceatorumque Cirmeli-
Persona et tarum Conventus in suis propriis
iam privata Cœnobiorum Ecclesiis magnâ cele-
ac denique britate Missæ Officium egere, aliaque
totus Cle- item Monasteria, Cerum ac Nobi-
rus celebri- litatem ad ea invitavere. Pari modo e-
ter paren- gerunt omnes sacri Virginum DEO
tant Matri dicatarum Parthenones, singulariter
Joanna. verò Regium Cœnobium de las

Huelgas, præcunctis aliis demor-
tuam sponfam D. studuit venerari, ita
ut Matri Joannæ æquè celebri par-
entârît funeris Officio, ac pro solis a-
lioqui Regiis Personis illic fieri con-
suevit. Quidam etiam sæcularium
speciales amici famulæ D. pariter e-
jus celebravere memoriam. D. doctor
Petrus Ortiz de Zarate Assessor In-
quisitionis, Cancellariæ Vallisoleta-
næ Advocatus, Auditorque Burgen-
sis, &c. D. Franciscus Alvarez de Ca-
stro ejusdem Urbis Thesaurarius, at-
que complures alij magno ardore
mutuò certavere, quis cui palmam
præriperet in magnificentia & spe-
ctabilitate venerationis, funebrium-
que Justorum sponsæ Christi pera-
gendorum. Omnibus hisce hoorifi-
centiæ ac Venerationis Officiis Co-
rona est imposta ab Universitate Cle-
ri totius, quæ in 15. Parochiis consistit.
Omnes hi DD. sese in Parœcia D.
Laurentij congregarunt. Quilibet
eorum amictus erat superpelliceo,
atque ita supplicantium ritu piâque
pompâ ad S. Claram advenere, ubi

festivissimè Officia exequiarum cele-
bravere, quibus ædis Metropolitanæ
Musici inservivere, Vicarius quoque
Generalis præsentia suâ Officium il-
lud cõonestavit. Nunc fidelium re-
atorumque corde quilibet perpen-
dat, velim, omnes recensitas, sepul-
tæ hujus, supremique honoris ac Ju-
storum funebrium circumstantias;
cogitetque in una qualibet Justorum
Religiosorumque Congregationem
præsentem adesse DEUM, juxta Chri-
sti D. assertum *Matth.* 18. v. 20. Ubi
duo vel tres congregati fuerint in no-
mine meo, ibi sum in medio eorum,
atque tunc in consideratione ita mul-
timodæ singularisque venerationis,
quam tam multæ sanctæque Congre-
gationes Matri Joannæ exhibere
sanctitatem ejus facile colligere po-
terit. Quis namque totum Conven-
tum S. Metropolitanæ Burgenfis Ec-
clesiæ permovit, ut unam pauperem
sanctimoniam tali modo sepulturæ
traderet? Quis tot præcipuas incita-
vit Communitates, pauperulam
DEO sacram Virginem tali tantoque
fervore devotionis venerari, nisi sola
sancti spiritus inspiratio? Et si vox po-
puli vox est DEI, quis oro permovit
populum tam altè præ devotione ac
lætitiâ exclamare, nisi solus potens
omnia DEUS? O tu per omnia bea-
ta Joanna! Præclara hæc atque mag-
nifica sepulturæ tuæ ratio, te multi-
pliciter prædicat. Ait illa, te nunc in
æternis gaudiis, ceu sponfam ami-
camque DEI vivere, ac numerum
Cœlitum augere. Loquitur illa, do-
lores tuos nunc in perpetuas delicias
voluptatesque, lacrymas ac fletus in
amœnos risus, multivaria tua certa-

mina

*ex multa
veneratione
Joanna co-
pensa colligi
etiam san-
ctitas ejus
potest.*

mina in nobiles triumphos Victoria-
rumque trophæa esse commutata: Il-
la item inquit, jam te pacem quietem-
que consecutam, jam te vicisse felici-
ter, jam te per gratiam DEI trium-
phasse, ac denique jam te in æterno DEI
regno cum sua Majestate regimen fe-
licis auspicio inchoasse.

ICAPIT V.

*De piis quibusdam devotisque scriptis,
quæ Ven. Virgo Sor. Joannæ post
se reliquit.*

*Hi homines
sæpe etiam
salamque
cum DEO
loqui so-
lent.*

PII quique DEO dedit ac spiritui
addicti homines, non solum ore-
tenus, sed & scripto student cum
DEO colloqui, ad conservandum eam
ratione incensum spiritus sui vigorem
ardoremque ejus tantisper refocillan-
dum. Optimum hoc amantium in-
ventum famula Christi sæpius exer-
cuit. Multa quidem illa spiritu plena
scripta reliquit, quæ tamen lucem non
aspexere, quoniam piæ quædam per-
sonæ thesaurum istum reperere, san-
ctæque avaritia tenacitateque illum,
velut alterum Evangelicum thesau-
rum occultum habent. Quare hic ea
duntaxat in medium proferre volu-
mus, quæ propriâ ejus manu fideliter
conscripta reperiri poterint, suntque
sequentia.

Quæruis voces solitariae amantis
anima in sui dilecti absentia. O ho-
nor anima, humilis tuæ mancipata
ubi Ancilla, quare ita in tenebris eam
relinquis, cum tamen tu sis lux ejus?
Cur ita radios divini vultus tui ab-
scondis, meque relinquis implexam
in dolorosa abyssos, plena anxie mo-

lestiæ ac pressuris ob pœnam absen-
tiæ tuæ? Video alios omnes & te non.
Cerno illos, qui me latificare neque-
unt, cumque intueri nequeo, qui so-
lus animam meam gaudio replere po-
test. Illos habeo socios, qui solitudi-
nem præstare mihi nequeunt, & de-
est mihi illius gratissima præsentia, qui
mihi diu noctuque cruciatum causat.
Magno studio & intimis animæ meæ
attendo, si fortè vel brevè verbulum
audiam, at verò auditus mei fœditas,
maximæ hujus gratiæ digna non est.
O unicum bonum meum, cum nul-
lum extra te solatium reperiam, nul-
lumque pro me aliud solatium esse
queat, neque etiam à te me separare
possum, & ad te vehementissimâ vi a-
moris anhelo, ita ut nunc omnes ani-
mæ meæ potentias reperiam aduna-
tas, quæ alioquin variis multisque
modis solitæ sunt dispergi, & quia ex-
dem, dum denuò te requirunt, nunc
in me congregatæ inveniuntur, ubi te
post separationem suam deservere, id-
circo desiderium animæ meæ novas
adeptum est, vires, deprehenditque
quod angusta habitatio illi perquam
sit molesta & gravis, cuperetque, ut
videretur, anima in pectore dilatari, ac
si illic conclusa perdurare nequeat,
velletque pariter pondus peracerbæ
hujus molestiæ & gravedinis, quæ de-
bili cordi incumbit, deponere, ideo-
que cogitur cor conqueri, teque de-
nuò quærere. Notum tibi est, mi DE-
US, quale hic solatium habere pos-
sem, quodque tu solus unicum bo-
num meum, illud ancillæ tuæ præsta-
re queas. Multum illud, quod mihi
ex te præbes facit, quod citra ullam
hæsitacionem ambiguitatemque fa-
verè

meri cogar, Majestatem tuam perfidiam meam minimè attenturam: quodque tu ne momento defines Dominus meus unicumque animæ meæ bonum esse. In tantum quoque laborat satagitque anima mea, ut fidenter intelligere asseverareque possim, quòd cum divina gratia tua, ego ne uno momento desinam esse tua, quodque te totum mihi dare debeas, quandoquidem donasti mihi ut ego tui unius desiderio ardeam, absque eo quod huic desiderio ullam aliam appetentiam immixtam comperiam. An hæc nescis, DEUS animæ meæ? Non vides quod hæc in anima mea sic inveniantur? Egone te fallere queam? JESU viræ meæ? Compertum tibi quoque est de me, quod unum inter alias res omnes, quæ mihi majore sunt solatio cum quid tibi loquor; aut offero me ad aliquid pro te agendum, aut mea desideria tibi expono, sit cognitio, quod te fallere non possim, tamen si memetipsam deciperem; & ita soleo tibi loqui. O quantus est honor animæ meæ, mi Domine, intueri, quod veritates cordis mei, & reconditissimæ res animæ meæ, tibi magis notæ sint quàm mihi! Quodque cum tuæ Majestati hæc propono ac offero, jam tibi cognitum sit, quid in me habeas, vel postea sis habiturus, item que quòd nihil tam certò sit futurum, quàm id, quod cognitum tibi fuit, & jam nunc est notum, vel æternaliter tibi cognitum erit, & quod te magis quam me ipsam amem, & vix de hoc dubitare possim, quantumcunque etiam ipsa me improbam atque inutilem deprehendam, & agnoscam. Nam quid dari queat, quod tui cau-

sa peragere refugiam, et si adversum illud mihi esset, modo malitia mea cum beneplacito tuo convenire queat? Quid tuæ voluntatis unquam sit, quod meæ non placeat? Quandoquidem bonitas tua lucem animæ meæ contulit, summaque felicitatis cognitionem, quæ in adimplerione tuæ divinæ voluntatis inclusa est, absque eo, quod contempnibilis hæc Creatura augeat ulli rei metas sineque præscribere. Domine ne avertas divinos oculos tuos à me, ne totum Animæ meæ bonum emarceat & exareseat, tuo quippe sublimissimo aspectu cuncta crescunt atque proficiunt, sine hoc verò nullum subsistere bonum potest.

Aliud colloquium ejusdem argumenti.

O bonum immensum animæ meæ, quæ ad te noctu diuque intimo sui cordis amore suspiravit teque concupivit! Quandoquidem tu excelsissime Domine, qui magnus es super omne id, quod magnum dici potest, dignatus es oculos tuos conijcere in rem adedò vilem, tuusque amor tam se latè extendit, ut tibi complaceat tam vilem contempnibilemque amare creaturam, quamvis eò quòd tua sit, meritò æstimari queat. Poterit igitur hic Vermis tuus tecum loquendi audaciam sumere, tibi cordis sui vulnera detegēdi, quæ tibi ò spes mea nota sunt, qui te ipsum vermem appellare voluisti & opprobrium hominum, quò scilicet illi, qui id ipsum sunt, ad te venire non reformidarent. Fuisti tu equidem vermis & opprobrium hominum, quia uti dixisti ita factum est: dum

dum malitiam eorum noxasque tollens, eandem pondere innocentissimos humeros tuos onerasti, humiliatus usque ad mortem, mortem autem Crucis. Nescio quānam cuncti sensus in suā abjectionis abyssō non dispareant, in consideratione, quod tu humiliaveris te, qui nullum peccatum fecisti nec facere potes. In summa, tua te ad hoc permovit bonitas, quæ potentior est utique quā hominum malitia. Beata fors parsque eorum, qui benignitatis hujus fiunt participes! At verò tu ô dulcedo nostra, quonam pacto mihi ab Adami amaritūe discedendum, aut contra eam agendum, nisi tibi dolores meos universim proposuero? Inter horti amoenissimi divinarum proprietatum flores, signatam reperio Benignitatem, ceu primam, præcipuam efficacissimamque ad corda immutanda. Cerno quod parvula corona apiculæ, maximam in floribus dulcedinem reperiunt, quod nimirum ab eis dulcissimus noster cibus proveniat, & lumen, quod tenebras nostras illustrat. Mirum sanè non est, DEUS meus ac bonum meum, quod cum misera Creatura tecum vult colloqui, nullum conveniens verbum reperiat, dum è miseræ suæ abyssō tuam in comprehensibilem Majestatem contempiatur. Ego te ex profundo meæ precor, aspice, oro, cor meum, quod jaculo amoris tui transfixum est. Intue-re illud, ô Domine, finem que fac evagationi, abstrahendo illud ab omni, quod tu non es, ut id totum uni tibi vivat. Ne sinas meas impotentias imbecillitatesque tantum prævalere, ut mihi hoc neges, quando Crux tua

sanctissima tam potens est, ut mundi totius mala emendare queat. Præsta mihi ô Gloria Patris tui, splendor ac pulchritudo, quod à te postulo. Cōpatere mihi eò quod nullam ferre sciam afflictionem quod si scirem jam debile cor meum disruptum fuisset, vita finem haberet, atque præ doloris vehementia adjecisse id, quod violentâ oppressionē possidet, veluti est habere aliquid quod tuum non sit, aui ad tui divini beneplaciti normam, quod sanè jugum est importabile, tamque grave pondus, ut sola tua Omnipotens manus illud relevare queat. Tolle grave onus istud à me, depone illud, releva me ab eo immensum bonum animæ meæ, atque si tibi placet, onera me omnibus aliis ponderibus, quæ extra jam dicta, gravia passim grandiaque censentur, unâ cum omnibus tribulationibus, quæ falsò tales dicuntur, ac pro talibus à mundo habentur, cum ex tamen à Sanctissima voluntate tua proveniant, atq; à manu tua pro salutari medicina, charæ filiæ tuæ & ancillæ donantur. O quam grata foret animæ meæ dies illa, in qua huic meæ petitioni assensus præberetur, O quam avidè præstolatur humilis ancilla tua illum, quem millies magis quàm seipsam amat! O honor meus, an fortè tibi volupe est ab inaccessibili tua luce, quam inhabitas ad excruciatum cor respicere, quod te impendit diligit, suosque in te oculos conijcit, suas ut tenebras in claram lucem serenamque diem commutare possit? Videtur sic esse, quando quidem tu nube voluntatis tuæ, lucis radios ita obtegis, ut anima mea vix perspicere que-

et, an tuum amabile me brachium feri-
riat, atque ita dolor ac tristitia auge-
atur. Cū in etenim inobedientia mea
pœnam benè mereatur, non facilè
dignoscitur, an severitas hæc à Justi-
tia tua, an verò à misericordia prove-
niat. Misericordiam dico omne id,
quod efficit, ne tu amittaris, tametsi
esset illud acerbissima etiam Inferni
pœna. Appare mihi nunc ô Sol me-
us! Oriaris in me ô Aurora lucis, at-
que si necesse est ut infirmum cor me-
um purificetur ac emundetur, præque
meris afflictionibus diluat, fac ut ita
fiat, siquidem ad gloriam tuam hono-
remque id cedit. At verò suo tempore
veni mihi leniter ac suaviter in auxi-
lium, ô Domine, refrigerante, leni-
que vento S. tui Spiritus, ut ita me a-
nimè ad patiendum. Cœlum citiùs in-
vertatur, Abyssus os tuum aperiat,
meque vivā absorbeat potiùs, quàm
ut anima mea vel punctulo uno dis-
cedat, seque separet à tua SS. volun-
tate, & à conformitate atque consen-
su, quem habere cum ea debeo. Pre-
me ac onera ô mi Domine ac vita
mea, pro beneplacito tuo, fundum
istum ac fundamentum, imponeque
illi gravissimum pondus, quod in ve-
niri potest, id namque cupit, & huc
anhelat anima mea, & omne id quod
tibi cum primis placitum gratumque
fuerit, desiderat. Volo pœnas dolo-
resque ferre, si voluntatis tuæ est ut
pœnas sustineam, Volo vivere, si vis ut
vivā, volo mori, si tibi adlubet;
ut moriar Tua Joanna.

* *
* *

*Quæ ratione Ancilla D. Joanna ex di-
vina institutione Cellulam Eremiticam,
turgustiolumque in seipsa
construxerit.*

Turgustiolum hoc anima mea esse
debet, cor verò Ara, super quam
locandus mihi est Christus Servator.
Altare hoc habet ex latere alia duo
Altaria, super id quod dextram tenet,
consistit sanctissima Angelorum Re-
gina ad Crucem, altera ex parte stat
meus Seraphicus P. S. Franciscus. Ego
Ascetria, seu Cellæ sum incola. Clavis
Cellæ hujus est omnium temporane-
arum rerum oblivio. Materia è qua
constructa est hæc Cella, Crux est
Christi Redemptoris nostri, videlicet
objectum ejus SS. Passionis. Forami-
na seu dentatæ hujus clavis incisuræ,
sunt figura patentium quinque vul-
nerum Christi. Sunt etiam illic an-
cillæ, quæ ad servitium solitariæ am-
bulant & moventur & stant, nimirum
potentiæ animæ, quæ etiam ejus
Cellulæ clavem habent. Quando igitur
illæ Cellam referant, hoc fit, ut Ascet-
triam eo pacto suæ obligationis er-
ga Dominum, uti & concessarum sibi
gratiarum, & misericordiarum exhibi-
tarum, unâ cum periculis è quibus
eam eripuit, commonefaciant. Intel-
lectus attendit quæ primis, observat-
que Dominum, quò nimirum exer-
cere se norit, ut opera, DEO accepta
existant. Voluntas amore DEI tota
occupatur, sine ullius creaturæ ap-
petentia. Memoria porro est malle-
olus ostiarius, qui ceteras potentias
suis ictibus ad exercitationem, præ-
xim atque bona opera excitat, Mure-
eti-

etiam fortiambitur hæc cella, firmissimo scilicet proposito citius moriendi, quam D. offendendi. Est in hac etiam Cella Horologium horarium quadrantiumque pulsu ac significatione distinctum, ut per hoc brevis ævi annorumque hujus vitæ commoneat, utque Conscientiam perscruet, ubi scilicet divinum servitium neglexerim, aut in Choro alijsque Communitatis actibus errore lapsa fuerim, neque DEI præsentia subduxi. Insuper adhuc Cella illa lampade instructa est, oleum quod intus ardet, est amor proximi, lychnus ardens est fides, ignis verò seu flamma est dilectio DEI. In hac itaque taliter, Domino docente constructa Cellula; sua Majestas me degere jussit, neque ulla re aliâ occupare. Similiter Domini præceptum est, ut in Cella illa hortum multis floribus confutum habeam: videlicet virtutibus Humilitatis, Obedientiæ, Charitatis, Paternitatis, vili ac nihili meimetipsum pensionis, oblivionis creaturarum, firmæque in eum solum spei. Exerceo me ut virtutes has curem & meliores efficiam. Majestas divina mihi gratiam tribuat, in aliquo serviendi & complacendi,

Quid anima nunquam non perpendere debeat.

In præcedenti vita malum quod fecit, dixit, aut cogitavit. In præsentibus brevitate vitæ & quod ei singulis diebus una vitæ elabatur. Ad hæc quàm difficulter perveniatur ad beatitudinem æternam, quamque pauci mortalium salventur. In vita altera horrendamors, severum Judicium,

pœnæ inferni eorumque æternitas. Gloria Cœlestis cum sua æternitate. *Res quatuor, quarum anima meminisse debet ne peccet.*

Mortis, Judicij quod illam sequitur, Beatitudinis, quam boni homines consequentur. Semper in DEI stare præsentia, cum sancto quodam timore & consideratione, quod omnia divinis ejus oculis pateant.

Meditatio post S. Communionem, & quemadmodum tunc anima se exercere queat. Post S. Communionem ante omnia Christo D. gratia sunt agenda, illeque offerendus est SS. suæ Mariæ, in purissima ejus Conceptione ac Nativitate, uti & in Conceptione d. vini suæ Filij, quem in purissimo suo corpore concepit. Omnes illius Virtutes, cuncta ejus exercitia, & quæ g. sst usque ad suam Coronationem in Cœlis, Domino sunt offerenda. Postmodum gratia Domino agenda, prout illi gratias egere, aguntque 9. Angelorum Chori, Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli, Martyres, Confessores, Virgines, omnesque alij Justi & Sancti, qui ejus gratia gloriæque sunt participes. Et quia totum hoc necdum satis est; offerenda sunt Patri æterno gratiarum actiones SS. ejus Filij, à momento suæ Incarnationis, usque dum in Cœlos profectus est. Post hæc rogandus est divinus hospes pro venia, ob præparationem, exiguam habitaculique munditiem, simul & ob omissionem tam multorum bonorum operum, & commissionem peccatorum in malis operibus, verbis atq; cogitationibus, sive mortalia ea sint, sive venialia. Hic potest anima universalem omnium

peccatorum facere memoriam, cum fiducia, quod cum tam pacificus hospes ad eum veniat, perque ostium eius introgrediatur, illi ignoscet, etsi peccata eius in arenæ maris aut stellarum Cæli numerum excrevisent. Dehinc ad pedes Domini expetendæ sunt animæ gratiæ; neque verò res viles petendæ, quippe à Rege, tanto, qui animam, tantopere deperit, res omnino magnæ sunt postulandæ. Primò quidem remissio peccatorum. 2. Virtutes in ornatum animæ, videlicet perfecta humilitas, Charitas, sui ipsius despectio, atq; alia omnia, quibus eam egere Domino perspectum est, ut consummati decoris Domini templum fiat. Hic exponendæ sunt etiam necessitates Ecclesiæ, Regni, Ecclesiasticorum Politicorumque Statuum, loci in quo degimus, parentum ac propinquorum, ac speciatim benedictarum animarum in Purgatorio. Postremò dum ad pedes JESU moratur anima, suum, que illi cor in habitaculum tradit, perpendere cum primis ac recogitare illam oportet magnitudinem ejus Domini, quem exceperit, supereffluentiam Charitatis, quam animæ exhibuit atque in Institutione SS. Sacramenti demonstravit, semetipsum ei præbens in cibum, qui est commemoratio amaræ illius Passionis. Ubi demum considerandū est animæ, quanta ille & quemadmodum est perperitus, deque omnibus hisce Dominicis mysteriis, expers fundi oceanus conficiendus, in quo anima demergatur atque intinis ei uniatu complexibus, per admirabilem compassionem. Amen. Si ex hisce meditationibus illa

fructum spiritalem collegerit, DEO soli det gloriam.

Quindecim considerationes de stationibus Beatissima Virginis Domina nostra, quæ singulis diebus exerceri possunt.

In primis considera, quemadmodum SS. Virgo in templo fuit præsentata. Hic oranda sunt quindecim Pater & Ave Maria in memoriam 15. graduum, quos hæc suprema Regina triennis conscendit. Pete ab ea ut in cælum te ducat, suoque SS. Filio præsentet, 2. Considera qualiter SS. Virgo locum Angelicæ annunciationis inviserit, ubi divinus ejus Filius in purissimo ejus corpore homo est factus, & quomodo tunc Cælesti quodam splendore, miroque pulchritudinis decore donata fuit, dum nimirum Cælestis Sol in ea quievit. Hic ora 1. Ave MARIA, peteq; à divina Matre, ut nobis velit Humilitatis gratiam obtinere, quæ tunc in eadem tam eximie eluxit.

3. Considera, quomodo SS. Virgo Sanctam Elisabeth inviserit, qualiterq; ad infantuli divini præsentiam, quem in sacro suo utero MARIA gestavit, S. Joannes in alvo Matris suæ sit sanctificatus, illicque Conditorum suam adoravit. Hic ora unum Magnificat, peteq; humiliter quatenus velit Regina Cælorum à suo Filio obtinere, ut is gratiâ suâ te visitet, atque à peccatis absolvat.

4. Considera, quemadmodum Regia Mater inviserit locum illum in quo divinum Filium suum sine ulla Virginei pudoris læsione peperit; qualiterq; illa ejus paupertatem, exinanitionem, atq; derelictionem, in qua eodē

ab-

abjecto loco in mundum prodiit, sit contemplata. Perpende item hic ejus gaudia, quæ ex ortu ejus, atque adoratione Regum Pastorumque percipit. Hic recita Gloria in excelsis Deo, aut verò verum illum, Monstra te esse Matrem &c. & roga Virginem ac Matrem MARIAM, ut nobis omnibus paupertatem spiritus, commiserationemque erga pauperes impetret.

5. Perpende ut Regina Cæli templum inviserit, ubi suum Sanctissimum Filium obtulit, atque postmodum totum amissum triduo reperit. Ora hic unum Nunc dimittis &c. Repeteque verba illa, quæ Virginea Mater ad suum Divinum Filium protulit. Fili quid fecisti nobis sic? Ecce ego & Pater tuus dolentes quærebamus te. Ora hic Virginem pro gratiâ mundum deserendi, ac DEUM unum querendi, non absque acerbosensu doloris, quod eum tam crebrò amiseris.

6. Contemplare ut Sanctissima Virgo locum illum visitavit, ubi S. Joannes purissimum omnique vacantem labe Filium suum aquis tinxit. Ora unum Pater & Ave Maria, peteque ut Constantiam tibi ac fidei augmentum obtineat.

7. Expende qualiter suprema omnium Virgo, solitudinem illam visitavit, in qua benedictus fructus ventris sui JESUS jejunavit, atque à Diabolo tentatus fuit. Ora unum Credo postulaque gratiam, Victoriâ in tentatione obtinendi.

8. Considera, quemadmodum Angelorum Regina Montem Thabor conscendit, in quo Filius ejus

transfiguratus in claritate apparuit, Oraque unum Pater & Ave Maria ac precare Reginam, ut gratiam tibi obtineat in Cælo dilectissimum suum Filium perpetuò in gloria sua contemplandi.

9. Perpende, quomodo sublimissima Cæli terræque Regina inviserit locum, in quo Regius ejus Filius Magdalene veniam peccatorum impertit. Recita unum Pater & Ave Maria, postulaque ut nobis veniam peccatorum obtinere velit.

10. Considera qualiter Virgo MARIA visitando adierit locum illum, in quo dilectus Filius ejus Lazarum suscitavit à mortuis: dicque 1. Pater & Ave Maria, ut à Divino suo Filio petat, ut à morte peccati ad gratiâ vitam te revocet.

11. Meditare quemadmodum Virgo prudentissima locum illum inviserit, in quo Filius ejus ac Divinus Magister, supremam cum Discipulis suis Cœnam celebravit, suumque Sanctissimum corpus eidem in cibum ac pretiosum sanguinem in potum tribuit. Ora Pater & Ave Maria, atque Divinam precare Matrem, ut nobis impetret ad S. Communionem cum vera condecensque præparatione ac dispositione accedendi gratiam.

12. Contemplare, ut Mater Misericordiæ, hortum Olivetanum, Sanctissimum Sepulchrum ac Montem Calvarie adierit, in quo dilectus Filius ejus mortem oppetiit. Perpende item angustiam, quam tum in horto, tum in monte sustinuit. Ora hic tria Pater noster ac totidem Ave Maria, peteque velit illa nobis à Filio suo obrinere, ut suorum nos dolorum

participes reddat, & fortitudinem præstet afflictiones tolerandi.

13. Considera, ut afflictissima Mater, locum illum inviserit, in quo Sol Divinus, dilectissimus videlicet ejus Filius eam lætificavit, cum à mortuis resurrexisset, eidemque in gloria sua apparuit. Dic Antiph. Regina Cœli lætare &c. unumque Pater noster & Ave Maria ac pete, ut resurrectionem ad gloriam tibi obtinere velit.

14. Perpende ut Domina nostra progressa sit ad invisendum locum, ubi ejus Filius Rex gloriæ ac honoris in Cœlos conscendit, ubi etiam reliqua ejus SS. pedum vestigia osculis excepit. Ora 1. Pater noster & Ave Maria, & pete ab ea ut impetret tibi, quò semper in Cœlestibus cogitatione versari queas.

15. Considera quemadmodum MARIADOctrinæ &c. Magistra Apostolorum & Ecclesiæ Christi inviserit locum illum, ubi illa cum Apostolis Spiritum S. accepit. Perpende item qualiter SS. ejus obitus eidem sit revelatus, atque ut illa SS. Filii sui vocem audierit, Veni Columba, mea, Sponsa mea &c. Adhæc qualiter Apostoli omnes miraculo ad gloriosum ejus excessum convolarint. Utq; Regina Cœlorum Discipulos Christi in suo obitu animavit, eisque benedictionem suam impertierit, ac denique Sanctissimam suam animam Divino Filio suo tradiderit, corpus verò longè sole clarius à decessu remanserit. Dic unum Salve Regina & ora, ut velit Advocata tua esse, teque in vita & morte comitari.

Amen.

ORATIO.

*Quam D. DEUS Sor. Joanna præmisit
eamque edocuit, pro animabus in
Purgatorio desentis.*

Indicavit D. DEUS famula suæ Joannæ, quòd ad orandum pro animabus Purgatorii ad sequentem modum se præparare disponereque deberet, ac dicere. Pater æternæ, rogo te per JESUM Christum Filium tuum meumque Dominum ac Salvatorem, velis mihi omnia peccata mea, atque omne quod toto vitæ meæ decursu, cogitatione, verbis ac operibus unquam perperam egi, atque inde reatum pœnæ incurri, mihi ignoscere, uti & omne id in quo tuæ Sanctissimæ voluntati adimplenda defui; aut quod contra proximum non integro pectore, sedulitate curaque debitâ gessi, nec taliter, uti tuus amor justè ac meritò requirebat. Fac me Domine animo corporeque totam puram. Post hanc præparationem ita tibi erit orandum. Pater æternæ, precor te per JESUM Christum Filium tuum dignissimum, amoremque illum qui eum adegit hominem fieri, nec non per merita Sanctissimæ ejus Passionis ac mortis, perque immensam Charitatem illam, quâ mortem sustinuit, itemque pretiosum sanguinem ejus, quem pro toto genere humano fudit, velis animas Parentum meorum, Confessariorum seu animæ Curatorum, qui mihi bono consilio ac benefactis auxilium præstitere, sicut & animas inimicorum meorum, qui mihi malè fecerunt à pœnis purgatorii

gatorii eripere. Oro etiam te generatim pro cunctis fidelibus defunctis, qui in Purgatorio detinentur, pœnaeq; luunt. Orationem istam DEUS illi præiuit, atque pollicitus est, se omnes, qui eam ita oraverint, exaudire, atque juxta eorum postulata velle agere, dummodo illi in gratia sua, dum eam pronunciant, sint constituti.

CAPUT VI.

Versus aliquot seu Rythmi, quos Ven. Virgo Sor. Joanna à JESU MARIA fecit, atque ad Cythara sonitum cecinit.

Plurimos homines, cum DEI amore succenduntur, solent Poëticis etiam Commentationibus Lusibusque spiritum suum magis magisque ad amandum excitare. Eadem hac mente Ancilla Domini Joanna multos Rythmos composuit, quos deinde inter Cytharæ modulos, mirâ quadam gratiâ suavitateque concinuit. Complures inter, quos post se scriptos reliquit, aliquot hic adducere constituimus.

CANTICUM AC
LUSUS CYTHARÆ SOR.
JOSIS JOANNAE à JESU MARIA
in die suæ Professionis.

O Venturoso dia
En que la nueva Esposa del A-
mado

Con gala, y bizartia
Clara mente ha mostrado
Que el coraçon de amor tiene abra-
sado.

O dies fortunata!
Quâ Christo Sponsa jungitur,
Quàm pulchra, quàm ornata
Dum Sponsi donis ungitur:
In Sponsum est translata
Cor Sacro telo pungitur,
O Unitas beata!

O empenno venturoso
Pues desde oy en su Dios se ha trans-
formado:
Viviendo en el Esposo
Con ser tan levantado
Que el coraçon de amor tiene abra-
sado.

Felix labor & pœna,
Queis Sponsa transformatur:
Donatur mirâ Srenâ,
In Deum elevatur:
Inde fit Deo plena
Dum Sponsi vulneratur:
Amore cordis vena,

O dulce, y feliz muerte
Pues con morir à todo lo criado
Os ha cabido en suerte
Un Dios enamorado
Que el coraçon de amor tiene abra-
sado.

Mors bona & optata
Quâ soli Deo vivitur:
Cuncta tollens creata,
Queis Sponsa planè moritur:

It

In Sponsum est translata
Amore cor transfigitur,
O Copula beata!

4.

Con el está contenta
El alma que de veras le ha gustado:
De nadie tiene cuenta
Porque el Crucificado
Su corazón de amor tiene abrasado.

Quàm læta gustat Christum
Mira cordis dulcedine,
Mundum fastidit istum
Fellis amaritudine:
Transit in Crucifixum
Gaudens amoris vulnere
Cruci Cor est confixum.

5.

En el mora de asiento,
Y dentro de aquel pecho enamorado
Al suyo dà alimento,
Con gozo tan sobrado
Que el corazón de amor tiene abrasado.

Ut domi hïc moratur,
Inter plagarum millia,
Mens lautè saginatur
Est enim Dei filia;
Attendunt Crucifixum
Mentis aperta cilia
Sponsæ Cor est transfixum.

6.

Estando en el altura
Deste Vigor gozoso, y encumbrado
Segusta, la dulcura

Que goza en tal estado
El corazón, que amor tiene abrasado.

Quàm multa mira latent
In hoc amoris fœdere,
Quæ Sponsæ Christi patent.
Cui soli gaudet vivere:
Attendit Crucifixum
Amoris languens Vulnere,
Quod Cordi manet fixum.

CANTIO IN LAUDEM SOLITUDINIS.

1.

LA Vida del Disierto
Es gloria para el alma ya desierta,
Y el vivir como un muerto
Es la vida mas cierta
Para vivir en Dios, viva, y despierta.

O Vita Eremitica
Tu DEO servienti,
O quàm es honorifica,
Quàm grata sanctæ menti!
Quæ vivit morte typicâ
Mundo decipienti,
Deoque est vivifica,
Omni loco præsentî.

2.

Porque despierto el gusto
De morar en las mudas soledades,
Les viene muy al justo,
Conociendo verdades,
Gozarse con su Dios en sus bondades.

Nam

Nam hæc in Solitudine
Deo semper intendit,
Multa sollicitudine
Sanctè tempus impendit;
Hinc se cernit diligi,
O quali charitate!
Et à DEO dirigi
Mirâ suavitate.

3.

Y aviendo recibido
Este manjar en el divino pecho
Suspendo ya el sentido
Se queda el satisfecho
Durando con la Esposa en este le-
cho.

Dum pascitur hoc est
Sponsali in Convivio
Ardet amore JESU,
Fit sensuum dormitio:
Amore solo vivit:
Succedit desponsatio,
Quis unquam fari scivit
Qualis hæc Copulatio!

4.

Segura de temores
El alma quietamente sosegada,
Vive en estos favores
Porque no tema nada
Sino à Dios, que la hizo de la nada.

Ejecto jam timore,
Quem pellit amor fortis,
Christi gaudet favore,
Sponsa beatæ fortis:
Dumque contemnit casta:
Solus timetur Deus,
Qui est de terrâ malsâ,
Charus creator ejus.

5.
Este temor precioso
Como es reverencial, y no cau-
tivo,
Filial, y amoroso,
Sirve el amor de estribo,
Que le ayuda à abrasarse en fuego-
vivo.

Hic Timor filialis
Res quia non est mala,
Sed reverentialis,
Est Sponsæ quasi scala:
Quâ Amor calcat cuncta,
Tanquam levatus alâ,
Quæ Hostis movet puncta,
Qualitercunque mala.

6.

Es verdad que es terrible,
Pues haze mas temblar, que otros
temores
Mas tiene de apacible
Dar paz en sus rigores,
Creciendo alli el valor, en sus pri-
mores.

Hic Timor est permagnus,
Nam facit Sponsam tremere
Nefors lædatur Agnus
Peccati navo temerè:
Donat ast pacem menti,
Quæ Sponso studet vivere,
Laboreque ferventi,
Servire tanto munere.

7.

En el qual conociendo
Los pecados y culpas cometidas,
Las va disminuyendo,
Hasta dexar tendidas
Las causas que causaron las heri-
das.

M m m Hæc

Hæc Vita timorata
Lux est Divinæ gratiæ,
Quâ mens illuminata
Attendit se quotidie:
Lavât, expurgat labe,
Rigatque stratum lachrymis,
Observat ne hæc tabes,
In mentis serpat intimis.

8.

Como al alma desea
Purificar su ser, assi parçe
Luchar en la pelea,
Porque el Cielo padeçe
Fuërça; y el esforcado lo mereçe.

Dum Sponso vult placere
Sponsali pulchritudine,
Ornat se Sponsa verè.
Virtutum multitudine:
Quicquid est nævi tergit,
En vi quam Cælum patitur
Angustâ viâ pergit:
Sic Porta Cæli quatitur.

9.

Mas no se llamen fuertes
Aquellos que el desprecio los la-
stima
Sino el que de mil fuertes
Busca la delestima,
Piñando Presúpciones por encima.

Nec putet sese fortem
Aut Sponso Christo similem,
Qui horret tanquam mortem
Crucem aut statum humilem:
Sed gaudens se contemptum,
Amanque sequi Pauperem
A quo se scit Redemptum
Factum Vermem, non hominem.

10.

O dichoso camino,
Seguir en algun tiempo las pla-
das
De aquel Pastor divino,
Que tantas tiene dadas;
Por traer sus Ovejas regaladas!

Quàm felix ambulatio
Quâ vadit hæc Ovicula!
Nam rota Vitæ ratio
Est Vitæ Christi Regula,
Et Pastoris vestigia,
Qui Ovem amat intimè
Eam quærens per invia
Quanto dolore & sanguine!

11.

Dâ Pastro deleytoso
Nacido de su sangre, y sus sudo-
res
Y como tan sabroso
Ardiendo en sus amores
Le buscan los valientes Amado-
res.

Quàm Pactus delicatus,
Quo vadunt Oves agmine,
Miro labore satus
Ipso Pastoris sanguine:
Hic benè sapit Agnis
O quàm pinguescunt optimè
In bonis ævis, magnis,
Pastorem amant intimè.

12.

O padeçer divino!
O gloria para el alma, y fuerte
muro!

O

O Cruz de esmalte fino!
Que hazes al oro puro
En la fragua de amor á lo seguro.

O Crux mentis tutamen
Cunctis es muris fortior,
Tu cordis es purgamen,
Ut fiat auro purior:
Amoris es Examen
Omnera expurgans scoriã,
O quantum es solamen!
Es dux ô Crux ad gloriã,

Scio quidem, non meretur
Mens mea te diligere,
Sed tam dignum non veretur
Ex cunctis præligere:
Imò rogo per teiplum
Amem Te ferventissimè,
Peto propter Te idipsum
Ut amem perfectissimè,

3.

Fuente sois, Cierva os deseo:
Sol sois, descubrid los rayos,
Sanad mi Bien, mis heridas,
Pues sois tan buen Cirujano

LUGUBRE CANTICUM
IN ABSENTIA DEI.

1.

MI Dios, lumbre de mis ojos,
Dios mi Vida, Dios mio, A-
mado.

Responded à meis deseos,
Pues con suspiros os llamo.

Vita mea, lumen, Deus
Amore tui languo,
Te requirit clamor meus,
Donec sis præsens doleo:
Ah responde meis Votis
Te Uno solùm gaudeo,
Unum te quærens rebus totis,
Unam quærens circumeo.

2.

Si yo amaros, no mereço,
Vos mereçais ser amado,
Por vos mismo os pido amor,
Y lo pido para amaros.

Cerva peto Vitæ fontem
Pota me tuo flamine:
Solet, me frigentem, fontem,
Illustra sacro lumine:
O Chirurge mi divine,
O lana mea Vulnera!
Da vitæ medicinæ
Infirmæ Vitæ munera.

4.

Sois la Vida, yo estoy muerta:
Sois fuego, y yo un Caranbanõ
Sois Camino, y voy perdida,
Todo lo tendrè, si os hallo.

Vita mea Chare DELIS,
En morte jam deficio,
Ignit es ô Sponse meus,
Extinctus ego titio:
Es mi Deus Via recta
Erranti hîc in sæculo,
Cuncta erunt hæc refecta
Si præsens sis periculo.

M m m 2

s. Para

5.

Para ternura, sois Ninno,
 Para amistades, Hermano:
 Para sed, Vino precioso,
 Para hambre, Pan muy blanco.

Puer es ex Charitate,
 Frater ex Amicitia:
 Siti nectar suavitate,
 Me potans in lætitia:
 Panem donas huc de Cælo
 Ut fame non deficiam,
 Et Te Panis regis velo,
 Ut plenè me reficiam..

6.

En los Oratorios, Christo,
 En los Montes, Solitario:
 Luz del mundo en las tineblas,
 Y consuelo en los trabajos.

Crucifixus in Sacello
 Confortas in imagine,
 Adjutor in hoc bello
 Dum sum in solitudine:
 In obscuro mundi lumen,
 Ut non involvant tenebræ,
 Ductor es O Sacrum Numen,
 Ut cernant mentis palpebræ.

7.

Todo os transformais en todo,
 Porque en todo os tenga à mano:
 En todo os busco, mi Vida.
 Y no obstante, en nada os hallo..

Præsens es ubique Deus,
 Ut semper te inveniam:
 Te requiro Sponse meus
 Ferventer, ut reperiam:
 Ast frustratur labor iste
 Hinc premit me tristitia,
 Donec adsis mihi Christe
 Et exultem præ lætitiâ.

8.

Dios mio, y hermoso mio,
 Pues que buskais à quien daros,
 Daos al alma, que os desea,
 Pues me dais el deseáros.

O mi pulcher, Vita mea,
 Tu quaris meam animam,
 Te requiro quamvis rea,
 Te meam partem optimam:
 Te quærendi doce modum,
 Da sancta desideria,
 Istum quæso solve nodum,
 Tolle mundana, noxia.

9.

Dios, extended en mi ayuda,
 Sennor, accelera el passo:
 Sois salud, yo estoy enferma,
 Morirè, si os tardais tanto.

Deus, meum sis gravamen
 Quæso gressum accelera,
 Infirmæ sis in solamen,
 Oblitus mea scelera:
 Nunc ostende tuum vultum
 O meæ salus animæ!
 Veni neque tardes multum
 Ne moriar celerrimè.

10. Que

10.

Que os cuesta el hazerme rica?
Venid mi Dios, que os aguardo:
Hared de mi Coraçon
Para vos un Relicario.

Fac me DEUS opulentum
O JESU mi ditissime!
Fit hoc tuum per adventum,
O veni nunc citissime:
Sit Cor meum theca tibi
Quasi sit Reliquiarium,
Sis ô JESU præsens ibi,
Hoc tuum Sanctuarium.

11.

Quando vivere à vos toda,
Toda muerta à los peccados,
Y quando al mundo, y à mi
Los tendré crucificados?

Quando vivam tibi tota,
Cessabuntque piacula,
Quando erant hæc amota
Pieratis obstacula:
O sim mundo Crucifixa,
Et mundus mihi pariter,
Soli Tibi sim affixa,
Christique sim totaliter.

12.

Quando sola con vos solo
Vivere sola callando,
Y humilde, atenta, y contenta,
Sola os gozaré de espacio?

Quando sola cum Te solo
Manebo in silentio?
Sim submissa, sine dolo,
Una sit hæc intentio

Uoi tibi sim intenta
Te fruar Vitæ spatio,
Quidnam velis sim attenta,
Hæc mea postulatio,

13.

Quando os hallaré Dios mio?
Quando os tendré en mis braços?
Quando morire de amores?
Quando he de ver este Quando?

Quando mea spes mi DEUS
Ut opto te inveniam?
Te complectar sponse meus
In ulnis te reperiam?
Quando morte hinc discedam
Amore ut Te teneam?
Ut me totam Tibi dedam,
Et istud Quando videam?

14.

De vuestros pies en las llagas
Mis ojos pongo llorando,
Y mi boca humilde besa,
Las rosas de vuestras manos.

Plagas pedum complorando
Sponsi, nunc aspicio
Has cunctanter osculando
Devotè me reficio:
Rosas miras hinc adoro
Impressas factis manibus,
His refectus, has adoro
Pascar his Cæli panibus.

15.

Mi alma toda se esconde
En la laga del Costado,
Para que abrasada, sea
Geniza del amor santo.
M m m 3 Nunc

Nunc & totam me recondo
 In vulnus sacri lateris,
 In hoc nido tam profundo
 Gemiscam instar Turturis:
 Æstu sacro hinc ardebo
 Hâc domo mentis optimâ,
 Fiam Cinis, hinc gaudebo
 Amoris Christi victima.

16.

Aquí Estoy como Perrilla
 Ante la mesa del Amo,
 Gimiendo por las migajas
 Que se caen de vuestras manos

Sto ad mensam tuam JESU
 Ut tua sim Canicula,
 Ut de tuo mihi esu
 Donetur una micula:
 Nam sunt bona semper ea
 Quæ tuis dantur manibus,
 Quod das erit mica mea
 Quam non dimittam Canibus.

ALIA CANTIO CUM
 INTERROGATIONE.

1.

POstrada à los pies de Christo
 El alma, con mucha pena
 Reconociendo sus culpas,
 El perdon le pide dellas.

Gemens ante pedes Christi
 Se prosternit Anima,
 Dolet, plangit corde tristi,
 Sua flet peccamina,
 Recognoscit se peccasse,
 Corde, Verbis, Opere,
 Et præcepta violasse,
 deplorando scelete.

2.

Reconoce sus pecados
 Y qual otra Magdalena
 Llorosa à sus santos pies,
 Con sus lagrimas los riega

Est nunc quasi Magdalena
 Ante pedes Domini,
 E Contritione plenâ
 Fluunt fontes gemini:
 Hicce rigat pedes Christi
 Petit inde veniam,
 Atque plorat corde tristi,
 Ut det indulgentiam.

3.

Desecha todo cuydado,
 Assi humillada, y sujeta,
 Que quien ha ofendido al Rey;
 Este remedio le queda,

Omniem curam terræ vanam
 Nunc abjecit penitus,
 Nullam pensat rem mundanam,
 Benedicta Cœlitus:
 Summum Regem quem offendit
 Sibi vult propitium,
 Qui peccavit, ad hunc tendit,
 Reorum refugium,

4

No dize muchas palabras,
 Con Retorica compuesta:
 Mas su coraçon lloroso
 Todos los Cielos penetra.

Hic non Phrasim multam amat,
 Neque verba repetit,
 Mentem pravam fletu saua,
 Habet is quod appetit:

410

Hic sincerus dolor fletus,
Parat Reo veniam,
Scandit homo valdè lætus,
Hinc ad DEI gratiam.

5.

Sabe que su Espofo Christo,
Con mucha, razon se quexa,
De que le honren con los labios
Y el coraçon no lo sienta.

Quidnam Sponsus conqueratur
Sponfa novit opprimè,
Quod à multis honoratur
Sono vocis extimè:
Sed per mundum Cor vagatur
Perque vana pessimè,
Ut per multa distrahatur,
Quod cavendum max imè.

6.

Llegasse como culpada
Y assi su Dios se presenta,
Y arrodillada en el suelo,
En braços de Dios se queda.

Quamvis sit ab his averfa,
Dicit sum culpabilis,
Et ad Sponsum hinc conversa,
Illi fit amabilis:
Genuflexam ipse vocat,
Solans eam maximè,
Et in ulnis suis locat,
Hic quiescit optimè.

7.

Mira à Christo muy llagado,
Y mirandole, contempla
Su Poder, y su Justicia,
Su mansedumbre, y grandeza.

Cernit totum vulneratum
Christum, nostro scelere:
Pergit inde contemplatum
Quàm sit potens opere,
Æquitatem hinc miratur,
atque magnitudinem,
Nec mirando fatiatur,
Videns mansuetudinem

8.

Gozar desea de su espofo,
Y assi con amor se llega,
Y olvidada de si misma,
A si misma à Dios se entrega.

Suo tandem sponfo frui
Oprtat amabiliter,
Estque nunc oblita sui
Agens mirabiliter:
Sese totam sponfo donat,
Ejus petens Copiam,
O quàm mire istud lonat
Sponfae obinopiam!

9.

Sobrevienen lo primero
Del Cielo grandes centellas,
Que son fulgurantes rayos,
Que al alma en amor la quemaa.

Primò magna huc scintilla
Cælo sponsa depluunt,
O quàm bonus Sponsus ille
A quo tanta defluunt!
Ardet sponfa his amore,
Ut ignitis radiis,
Sacro fervet in calore
Rapta tantis nuptiis.

10. Aparte

10.

Aparta de si los gustos
Y con su dios se contenta,
Que es gozo, que dura siempre
Pues siempre dura su Alteza.

Quam cum DEO est contenta!
Vana mundi abnegans,
Sponsa tantum est intenta,
Illi se sacrificans;
Unum istud est quod curat
Dum in Christum respicit,
Cujus magnitudo durat
Nec in ævum deficit.

11.

Confieren los Ecos à solas,
Cosas altas, y secretas;
Y el alma escucha à su Esposo,
Y el Esposo al alma en senna.

Soli tractant de secretis
altis atque mysticis,
Verbis miris & infuetis
Quæ ignota Physicis:
Echo reddit Verba Christi
Quibus sponsam instruit,
Et doctrina hæc Magistri,
Cordi hujus influit.

12.

No puede tener descanso
En las cosas de la tierra,
Sino solo en su Quietido
Toda se queda suspensa.

Christi sponsam non solantur
Cuncta terræ gaudia:
Quæ sunt sponsi, hæc amantur
Divina Tripudia;

Dum in sponso est suspensa
Nil jam curans cetera
Igne sacro fit succensa
Mundo præfert æthera.

13.

Aqui no siente Porque,
Como si fuera una Ciega,
En los braços de su Amado
Queda à escuras, y en tinieblas;

Neque qui hæc fiant novit
Cæca clausis palpebris,
Amor sponsam ita movit,
Quasi sit in tenebris:
Illi Sponsus est in cunctis
Spes, & res, & requies,
Placet cunctis simul junctis,
Sola sponsi species.

14.

Las Potencias, y sentidos
Estàn como si no fueran,
Y como un grande sosiego,
Al alma la dexan quieta.

Manent sponsæ quasi nulli
Sensus, aut Potentiæ,
Rei nec attendit ulli,
Sponsi ni præsentia:
Hæc est illa quies magna,
Morti non absimilis,
In qua sponso vivit Agna,
Alta quantum humilis.

15.

Llevala el sennor adonde
Sus secretos le revela:
Que por ser humilde el alma,
El Cielo se baxa à ella.

Hinc

Hinc ad Sponsum elevatur

DEI secretaria,
Arca sponsi referatur
Et secreta varia:
Cœlum quoque hinc descendit,
Venit ad amabilem,
Atque sponsa sic ascendit,
Ut se fecit humilem.

16.

Mas con esta Luz divina,
Mas clara que el sol y Estrellas,
Y con una vista simple,
La Essencia de Dios contempla.

Sol & astra non clarescunt
Coram Dei lumine,
In quo sponsa nunc patescunt
Mira, sancto numine:
Visu miro contemplatur
Divinam essentiam,
Quam hinc non videre datur,
Ecce præcellentiam!

17.

Despertando deste suenno,
Con muy amorosas quexas,
Buelue à su Esposo, y le dize:
Como te vas, y me dexas?

Sacro somno excitata
Amorosè queritur,
Et dolore lancinata
Ad preces revertitur:
Ait, O mi benedictè!
Quæso non me desere,
Heu quid fiet derelictæ?
Sponse jam revertere.

* * *

18.

Yo te Buscare Querido
No en Lecho de Oro, ni seda,
Que en otra Cama mas dura
Pienso yo hallar tu belleza.

Non in gemmis aut in auro
Sponsus habet requiem,
Sacro Crucis in thesauro
Dormit per meridiem:
Ibi quæram cum fervore,
Certa quod reperiam,
Magno Crucis in dolore
Meam sponsans animam.

19.

El remedio que me has dado
Mi Esposo, para mis penas,
Es oraz muy de continuo,
Y andar siempre en tu presentia.

Sponse, meo in dolore
Juvas me Consilio,
Ut non cessem cum fervore
Orare continuo:
Quod sis præsens cogitare,
Cuncta videns hominis,
Ad te semper vigilare,
Contra fraudes dæmonis!

20.

Pues aora Maestro bueno,
Lo que se alcança con essa
Te Pido que me declares,
Para no viuir à ciegas.

O, Magister esto mecum,
Donum da scientiæ,
Quis sit fructus harum precum,

N u n T u s

Tuæ quis Præsentia:
 Hæc me doce, ut orare
 Semper mihi sapiat,
 Nec ut Cœcam fac errare
 Hostis ne me capiat.

3.

Sus efectos son muy grandes:
 O ye, escucha, y està atenta,
 Y sabras grandes secretos
 Que la Oracion en si encierra

RESPONSUM CHRISTI

1.

HAs de faber Hija mia,
 Que la oracion es la fenda
 Por donde se sube al Cielo,
 A gozar mi gloria æterna.

Precum miri sunt effectus,
 Modo fiant optimè,
 Si attendat his affectus,
 Cordis, mentis, animæ;
 Sis attenda, & ausculta,
 Et secreta percipe,
 Ut ad preces sis exulta
 Precum fructus accipe.

4.

Nunc oportet ut attendas
 Filia Charissima
 Quali viâ huc ascendas,
 Via quæ tutissima:
 Scite debes quod orando
 Scanditur ad gloriam,
 Preces semper iterando
 Obtinebis gratiam.

De las lagrimas es Causa,
 Y de! perdon del que peca
 Fuerte muro en el trabajo
 De aquel que en su Dios espera.

Hinc fons fluit lachrymarum,
 Nævis indulgentia,
 Stat in Ventis ærumnarum
 Muri resistentia:
 Spes in DEO hinc firmatur,
 Dolor, Pœnitentia,
 Prece datur ut feratur
 Pro Reo sententia,

2.

La Oracion, à la alma que ora,
 Hastà mi mismo la eleva,
 Y haze que yo carinoso,
 Conmigo unida la tenga.

Mens in prece elevatur
 Ut ad me perveniat,
 Quæ deyotè me precatur,
 Vana si reiiciat:
 Ego hujus sum amator
 Et ad eam veniam,
 Hancque sponsam ut Zelator,
 Unum mecum faciam.

Mantenimiento invisible;
 Y de Angeles obra buena,
 Para el triste, grande gusto,
 Pues de triste, alegre queda.

Prece homo præservatur
 Inter tot pericula,
 Prece, DEUS adoratur
 Ab Angelis in sæcula;

Hinc

Hinc solamen venit tristi,
Inter mundi tædiar
Et oranti, dantur isti,
Sacra Cœli gaudia.

6.

Es Mineral de Virtudes,
Manjar de Dios, que sustenta
Al alma invisiblemente,
Porque no perezca, y muera.

Preces, sunt Aurifodina,
Bona dant cœlestia,
Fœcla quoque sunt divina,
Ast invisibilia:

Orans hîc confortatur
Cito ne intereat,
Illi piâ prece datur
Ne æternum pereat,

7.

Es Luz del Entendimiento,
Destierro delas tristezas,
Argumento dela Fe
Del que morir en mí desea.

Preces, Lux sunt intellectus,
Exilium tristitiæ,
Orans fide fit perfectus,
Proles est Ecclesiæ:

Quisquis semper nunc attendit
Orans in hoc sæculo,
Christo fide hic intendit,
Mortis tactus jaculo.

8.

En los Monges solitarios
Es destierro de perezca
Y en los Monasterios, blanco
Del rigor y Penitencia,

Mentis sunt & Medicina
Preces solitariis,
Qui stant semper ad divina
Ut fit in Cartusis:
Prece Sopor ablegatur,
Tædia Pigritiæ,
Hîc Pius roboratur
Scopo Pœnitentiæ:

9.

De aprovechamiento Espejo
Dela Religion la muestra,
Arma al soldado de Christo
En las interiores guerras.

Qui se servum est professus
Christi, spreto sæculo
Orans qualis sit progressus
Videt ut in speculo:
Hinc se armat miles Christi
Donis sacri flaminis,
His confusos facit sisti
Omnes hostes hominis.

10.

Tres vezes orò San Pablo:
Yo que soy la viva piedra,
Otras tantas en el Huerto
Orè à mi Padre en la tierra.

Sanctus Paulus ter oravit
Carnis tactus spiculo,
Et Juvamen impetravit
Tutus in periculo:
Ego Vita ter oravi
Tristis, plenus sanguine,
Terræ quoque me prostravi,
Victima pro homine,

N n n 2 11. Los

11.

Los Santos por este medio,
Con esperança muy cierta
Pedian en sus angustias
La ayuda de mi presencia.

Sancti in tentatione,
Mundi in exilio,
Semper in Oratione
Erant pro auxilio.
Ut adesset me rogabant
Præsens in certamine,
Et sic hostes profligabant
Meo cum iuvamine.

12.

Yo soy camino seguro.
Alma mira mi franqueza,
Pues muero por darte Vida
En una Cruz con afrenta.

Ego Via tibi certa
Sum pro Cæli gloria,
Vita mea est experta
Mortem tui gratiâ:
Tibi Vitam do per mortem,
Crucem, ignominiam,
Per me bonam capis sortem,
Vitam atque Veniam.

13.

Ya te he dicho, Esposa mía,
Lo que te importa que veas,
Con los ojos interiores,
Lo que el orar aprovecha.

Dixi Sponsa, & nunc sentis
Preces quàm sint utiles,
Porro cerne visu mentis
Ne sint Vagæ, futiles:

Die, noctu, diligenter
Ora in cubiculo,
Roga Deum, sed ferventer,
Et attende sedulo.

14.

Mira de espacio lo dicho,
Miralo con diligencia,
Date priessa, ven conmigo,
Trabaja, sufre, y pelea.

Pensa Sponsa, sed cum mora
Dicta hæc de Precibus,
Hûc festina, hûc labora
Mentis ire pedibus:
Sile, pugna, suffer, ora,
His armata viribus,
Merces magna mortis hora
Manet his operibus.

CANTICUM DE STATU
ANIMÆ IN VITA U-
NITIVA.

1.

Quando se recoge el alma
Y se entra en su centro à solas,
Libre, y purgada de culpas,
Lucida, y limpia de todas.

Quando mens est recollecta
Centro suo latitans,
Neque culpis est infecta
Deo se sanctificans:
Quando cuncta est oblita
Deumque glorificans,
Quando Sponsa est unita
Ipsique cohabitans.

2. Alli

2.

Alli olvidada del Cuerpo,
No concurriendo à sus obras,
Corradas puertas: ventanas,
Porque no lo estorve nada.

Tunc dimissâ carnis curâ
Ejus clausit ostia,
Ut ab omni nævo pura
Christo fiat hostia:
Sensus manent in Clausura
Ut non sit turbatio,
Et in novâ Creaturâ
Sit absorpta ratio.

3.

Manda à todos los sentidos
Se suspendan, y recogan:
A los ojos, que no miren
A los ouidos, que no origan.

Sensus habent hoc Præceptum
Ut quiescant penitens,
Ne perturbent quod inceptum
Est, à Sponso cælitus:
Visus, ne terrena cernat
Christum aut respiciat,
Et auditus ne hoc spernat,
Sed se spinis sepiat,

4.

Cessa la imaginacion,
Y las Potencias afloxan,
Que de todo lo criado,
Alli no tiene memoria,

Nil jam agit Phantasia
Aut imaginatio,
Neque Sponsa sunt in via
sensus atque ratio:

Non est Dei Creaturæ
Ulla recordatio,
Soli Christo vacant curæ,
Hoc Divino spatio.

5.

La Razon está embargada,
Su entendimiento reposa,
No discurre ya, ni entiende,
Que solo el afecto obra.

Hinc in Dei tam profundo
Mari Sponfa mergitur,
Intellectu tunc è mundo
Ad supetna pergitur:
Hic ut solet non vagatur
Discurrens per varia
Solus amor operatur
Dei sulcans mari:

6.

Y assi como orò Moyzes
Se queda en el monte
Dexando à la falda el pu
Y canalla gritadora,

Sponfa sola est in monti
Velut alter Moyzes,
Hic potatur Dei fonte
Uti Cæli Proceres:
Hinc oblita omnis rei,
Dum Plebs infia mu
Dormit Sponfa ulnis D
Nullus eam suscitât.

7.

Allitrata con su Dios
Muy alegre, è muy gustosa:
Porque aunque en obscuridad
De su hermoso Amado goza,

Hic cum Deo conversatur
 Facta multum hilaris,
 Quia Sponsus illi datur
 Cui nullus similis:
 In hoc Sponso jucundatur
 Quamvis ut in tenebris,
 O quam Sponsus tunc amatur
 In Divinis latebris!

8.

El en ella se recrea,
 Y en él ella se transforma,
 Gozando de los regalos
 De su mano generosa.

Sponsus dum in hac lætatur
 Et ut Charam expetit,
 Hæc in Sponsum transformatur
 Et hunc solum appetit,
 Miris gaudet tractamentis
 Sponsa Sponsi manibus,
 Hoc cœleste Manna mentis
 Est de Cœli panibus.

9.

Abforta le està mirando
 Contemplando en qualquier cosa
 De todas quantas el quiere,
 Y le dà gratias por todas.

Rapta manet admirando
 Sponsum in Operibus
 Pergit eum contemplando
 Mirum in hominibus:
 Soli Sponso laudes dando
 Grates agit meritas,
 Cui nullus potest fando
 Dare laudes debitas.

10.

Porque ya no siente pena
 De cosa adversa, y penosa,

Ni quiere mas que lo que él,
 Porque ella sin él no obra.

Hic non premit Sponsam pœna,
 Dolor omnis exulat,
 Est mensura Pacis plena;
 Nec pro culpâ vapulat:
 Quod vult Sponsus, vult & illa,
 Facit quod is voluit,
 Sponsa manet hinc tranquilla,
 Nec vult, quod is noluit.

11.

Ni él la dexa à su alvedrio
 Un solo punto, ni hora,
 Ni quiere que del se aparte,
 Que la quiere como Spôsa,

Sponsus eam non dimittit,
 Suo in arbitrio,
 Quod vult Sponsa non permittit
 Ne sit in Iudibrio:
 Neque vult ut separetur
 Ab illo Charissima,
 Dum presentem hanc tuetur,
 Quæ est dilectissima.

12.

Y el querer que en ella pone,
 Con el suyo se conforma:
 Y ella quiere antes mil muertes
 Que el verle un momento sola.

Velle hoc quod Sponsæ donat,
 Est ut velle Domini
 Nam uterque, Volo, tonat,
 Deus dat hoc homini:
 Mille veller Sponsa mortes
 Quàm ab hoc discedere,
 Unum optat inter sortes,
 Jungi Sponso fœdere.

F I N I S.

Hiscæ dulcibus modis candidus canorusque, Oloriste insonuit, qui ad extremum etiam, ut Phœnix mortem appetit. Hoc ideo dico, quoniam Venerabilis Mater Joanna, toties in tot filiabus renascitur, quot sanctimoniales numerantur in Inclyto Religiosissimoque Cœnobio D. Claræ in Urbe Burgenſi. Conſulto ego terreſtris hujus Cœleſtiſque Paradysi encomia laudisque præterii, partim quod celeberrima ejus nominis fama ubivis locorum abundè nota vulgataque sit, partim quod is intra tam angustos unius historiæ fines concludi nequiverit. Minimè tamen premendum est silentio, quod cum à prima Nobilissimi hujus Parthenonis fundatione atque erectione ad hunc usque diem, tantum jam temporis effluerit, nihilominus tamen Conventus iste, nullo tot annorū senio à primævo suo rigore, & laudabili obſervantiæ fama unquam deflexerit. Cum tamen alioquin in humanis rebus, quidquid temporaneū est, naturæ genio caducum etiam, instabile, transitoriumque sit; & sicut sensim à pri-

mo suo recedit principio, ita etiam à primigenio zeli fervorisque calore deficere solet. Prouti ipse quoque pulcherrimus Virtutis flos cum tempore areſcit, & ex averſo neglectus ac tepor undique itrepat. Verum Sacri hujus Cœnobii bonis in operibus firmiudo & constantia, primum quidem sui authorem Divinam habet Majestatem, tumque etiam intercessionem tam multarum Sanctarum Monialium, quæ de supernis in Sororum ſuarum in tertis pectoribus Cœlestes sancti fervoris rotes influxusque procurant; sic ut eo pacto Conventus iste, in Religiosa Disciplina Observantia constanter conservetur. Verumtamen felicitatis Sacri hujus asceterii insigne, galea gloriæ, splendor honorificentia, Corona prosperitatis, decus excellentiæ est Venerab. Mater Sor. Joanna à JESU MARIA, Cujus Vitam conscripsimus, ad laudem Regis ac Reginae Cœlorum, qui vivunt regnantque in sæcula. Amen.

FINIS TOTIUS LIBRI.

*Collegii Societatis Græcæ Paderbornensis
dono P. Kloppenburg SS.*



III
36

Collectio doctorum et magistrorum
in theologia et philosophia
per P. H. ...


KLIII
36



1311
36









Th
2321